Viro Clarissimo

Jo. Hofmanno Peerlkamp

Praeceptoris aestumatissimi memoriam
animo nunc etiam grato recolens
discipulus, Academicae huius
diatribes auctor

J. L. Kobbe

[Pamphlets on Aristotle. IV]

SPECIMEN LITERARIUM

EXHIBENS

VITAM ARISTOTELIS GRAECE NUNC PRIMUM EDITAM.

TYPIS A. W. SYTHOFF.

SPECIMEN LITERARIUM

EXHIBENS

VITAM ARISTOTELIS GRAECE NUNC PRIMUM EDITAM,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

A. KUENEN,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET THEOL. DOCT. ET IN FACULTATE THEOL. PROF. ORD.,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE
ET LITERARUM HUMANIORUM DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DISCIPLINA

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA,

DEFENDET

LEONARDUS ROBBE,

EX PAGO LEYDERDORP.

AD DIEM XI M. APRILIS A. MDCCCLXI, HORA III—IV.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD J. W. VAN LEEUWEN.
MDCCCLXI.

PROLEGOMENA.

Quae me, quum multis abhinc annis portum proxime navigarem, rejecerint tempestates, quominus cupienti contractis velis Corinthum adire contigerit, novere ii, qui vitae mihi peractae rationes tenent; nunc sat esto Herodoteum illud: *ὁ χρόνος διέφυ,* praefari, et monuisse, jam *μοι μέγ' ἀναλώσαντι ψυχῆς μόριον* diem, qui mihi suadeat, ut doctoris gradum tandem nunc capessam, illuxisse. Quem consequi ut mihi liceat, Aristotelis Biographiam, ad hunc usque diem ineditam, mihi ut aliquando data occasione ederem a Viro Clarissimo nec minus amicissimo C. G. Cobet concessam, publici facere juris statui. Descripta est ex Codice Marciano Veneto CCC, qui liber passim situ detritus est et lacer et perrosus, ut scateat lacunis, quas omnes diligentissime indicavi et ubicumque fieri potuit explevi.

Simul typis mandandam curavi Latinam Versionem, quam primus edidit P. J. Nunnesius Lugd. Bat.

1631 [1]). Hanc enim, quae vulgo dicitur *versio vetusta Latina* cum nostra inedita Graeca comparans, observavi eam paucis exceptis adeo Graecae nostrae esse similem, ut dubitari vix possit, quin auctor versionis (de quo caeteroquin nihil constat) *nostram* non ausim dicere Latine verterit, sed certe proxime similem, sive vetustiorem, ex qua nostra fuit desumta, sive novam ex nostra conflatam [2]). Interdum integra habet nomina propria, vel annorum numeros, quae in nostra Graeca legi non possunt: saepissime Latina Graece vertendo ita lacunas supplevi, ut spatium in Graeco exemplari vacuum relictum impleant. Alia corrupta apud nostrum,

---

[1]) Cfr. J. Theoph. Buhle. T. I. p. 52. ubi scribit: "Caeterum prodiit haec (sc. Pseudo-Ammonii) vita Aristotelis Graece et Latine una cum veteri translatione et Petri Joannis Nunnesii erudito Commentario Lugd.-Bat. 1631 (cura Lucae Holstenii, ut ipse innuit in libello de vita et scriptis Porphyrii Cap. I) et Helmstadii 1666. In edenda hac Versione V. L. edit. J. Theoph. Buhlii pag. 54. secutus sum. Sed, labore fere peracto, contigit mihi *primam* hujus Versionis editionem inspicere, quam dedit P. J. Nunnesius Lugd.-Batav. anno 1621. *Vita Aristotelis Peripateticorum principis per Ammonium, seu Philoponum, addita vetere interpretatione Latina longe auctiore, nunc primum ex MS. edita, cum copiosis, et eruditis scholiis V. C. Pet. Joan. Nunnesi Valentini. Lugduni Batavorum, apud Joannem Diephorst, anno* 1621.

[2]) Versio vetusta Latina pro parte optime convenit cum biographia Pseudo-Ammonii, sed alia multa addit, quae petita sunt ex nostra inedita, et in hac sola inveniuntur.

ant certa aut verisimili conjectura pro viribus emendare conatus sum. Veram restituere lectionem vel supplere mihi licuit saepe ex ipsis locis apud Aristotelem obviis, quae a nostro biographo citata, ubi de Aristotelis philosophia agit, in Philosophi operibus quaesivi, inveni, et comparavi [1]).

Res postulare videtur, ut hoc loco de variis, quae circumferuntur Philosophi Aristotelis vitae, pauca moneamus.

Nota est vita, quam scripsit Diogenes Laërtius; est *Διογένους Λαερτίου βίων καὶ γνωμῶν τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων τῶν εἰς δέκα τὸ πεμπτόν.*

In adnott. ad Diogenem Laërt. 5. 35. *alteram* primus edidit Menagius, iterum Buhlius, deinde A. Westerman in vitar. Scriptt. p. 398 [2]). Est haec vita, si ipsam spectes Aristotelis historiam, brevissima, et perpauca, quae eo pertineant, continet, sed longam satis librorum, quos scripserit Philosophus, enumerationem, quae clauditur his versibus:

---

[1]) Lacunae, quas supplevi designatae sunt signis his: ˎ ˏ exempli c. pag. 3. lin. 20 legitur ˎ*Ἀριστοτέλης φοιτᾷ Πλάτωνι ἐπ' Ἐ·ὐδ, όξου*ˏ, MS. habebat *Ἀριστοτέλης φ*........... *οξου*. Quae habui spuria, notavi inter ⌈ ⌉ exempli c. pag. 5. lin. 10 ⌈*γὰρ*.⌉.

[2]) Vidr. praefatio A. Westerman in nova Philos. vitarum editione, quae curis C. G. Cobet, Ant. Westerman et J. F. Boissonadii prodiit Parisiis editore Ambrosio Firmin Didot 1850.

Σμικρός, φαλακρός, τραυλὸς ὁ Σταγειρίτης,
Λάγνος, προγάστωρ, παλλακαῖς συνημμένος,
Ἀναλφάβητος οὑτοσὶ στιγογράφρος,
Ἄνους, ἄφρων, ἄγροικος, αὐθάδης, λάλος.

Quos perperam unum epigramma in Aristotelem constituere existimarunt. Inscribitur haec vita Graece *Ἀριστοτέλους βίος καὶ συγγράμματα αὐτοῦ*, Latine, ***Anonymi de Aristotelis vita atque scriptis.***

Hac vulgatior et notior est *tertia:* (quae in vitar. Aristotelis enumeratione ordine est *altera*) vulgo dicitur *Ἀριστοτέλους βίος κατ' Ἀμμώνιον* [1]). At vero hanc Ammonii nomen esse ementiam, hodie nec

Grammatici certant, nec jam sub judice lis est.

Eam primus edidisse fertur Aldus [2]) cum Ammonii commentario in Categorias anno 1503; vere quidem in tantum, quod haec vita, paucissimis iisque perexiguis exceptis, plane sit ipsis verbis eadem, quae *κατ' Ἀμμώνιον* dicta; sed praefixus *βίος Ἀριστοτέλους* Commentariis Ammonii in Categorias Aristotelis editis apud Aldum Pium Manutium Romanum Venetiis 1503 nullum habet auctoris nomen; hinc fortasse Nunnesius, cum Aristotelis vitam auctore Ammonio Graece et Latine una

---

[1]) In notis ad hanc, quae nunc primum editur, vitam, illam citantes vocavimus eam Arist. vitam Pseudo-Ammonii.

[2]) Vid. Westerman in praef. edit. Parisiensis supra allatae.

cum vetere translatione et commentario ederet [1]), se primum (quod narrat Ad. Stahr T. I. p. 14) vitam *κατ' Ἀμμώνιον* in lucem prodere existimavit, quam Nunnesii mentem refutavit (Vidr. l. c. Ad. Stahr) Jonsius, observans illam *κατ' Ἀμμώνιον* vitam jam dudum antea Venetiis ab Aldo in editione operum Aristotelis fuisse datam annis 1496—1498. Qui vero hanc Aristotelis operum editionem Aldinam (Venet. 1496—1498) inspicere velit, leget istic *βίος Ἀριστοτέλους κατὰ Φιλόπονον,* non vero *κατ' Ἀμμώνιον,* quamvis revera etiam hic *κατὰ Φιλόπονον βίος*, praeter paucissima nullius paene momenti, plane similis sit vulgari *κατ' Ἀμμώνιον* vitae. Potuit igitur *quodammodo* hoc sibi sumere Hispanus ille P. J. Nunnez, ut primus Aristotelis vitam *nomine κατ' Ἀμμώνιον* in lucem ederet: revera autem jam bis ab Aldo, primum annis 1496—1498 nomine *κατὰ Φιλόπονον,* iterum anno 1503, sed tum sine nomine, edita fuerat. Etenim si quis nunc duas has commemoratas cum nota *κατ' Ἀμμώνιον* vita contulerit, statim videbit eas esse unam eandemque Pseudo-Ammonii vitam. Sic enim se habet res. Qui Aristotelis operum codices vitam Philosophi referunt, horum alii iique vetusti eam exhibent sine ullo nomine, alii eandem nomine *κατ' Ἀμμώνιον,* alii et iterum eandem, licet numero fortasse haud ita

---

[1]) Vide supra not. 1. pag. VIII.

multi, nomine *κατὰ Φιλόπονον*. Scilicet scripserat hic Joannes *Φιλόπονος* commentaria in categorias Aristotelis, ut indicat titulus praestantissimi codicis Vindobonensis: *Ἰωάννου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως τοῦ Φιλοπόνου ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου σχολικαὶ ἀποσημειώσεις εἰς τὰς Ἀριστοτέλους δέκα κατηγορίας*. Hinc factum videtur, ut vitam, quam sine auctoris nomine circumferri viderent, tribuerint alii Joanni *Φιλοπόνῳ*, alii Ammonio, cui vulgo etiam in codicibus attribuuntur commemorata in Categorias Commentaria. Sed, ut supra diximus, quam nunc *κατ' Ἀμμώνιον* legimus vitam, eam haudquaquam conscripsit Ammonius; cur huic sit abjudicata afferre rationes, cum de iis inter omnes conveniat viros Doctos, hujus loci esse nequit: hoc fortasse monendum easdem valere etiam de Joanne Philopono. Consarcinavit eam igitur ignarus aliquis Graeculus, et rerum et linguae imperitus, sed hoc fortasse merito statuere licet Graeculum istum veram Aristotelis ab Ammonio conscriptam habuisse vitam, quam de suo misere corruperit et vero deturpaverit.

Praeter illas tres, novamque, quae nunc editur, nostram, minoris momenti tres veniunt aliae:

a) 1ma Dionysii Halicarn. in epistola ad Ammaeum de Demosthene. Continet ea notationes aliquot Chronologicas.

b) Altera ex Hesychio Milesio agit de philosophia Aristotelis.

c) Tertia denique ex Suida brevis, nec fere quidquam, quod alicujus sit momenti, habet.

Restat ut tandem pauca dicam de certa quadam Nunnesii opinione, quae videri possit magis cum nostra hac vita inedita cohaerere. Refert eam Ad. Stahr tom. I. pag. 14 his verbis: "Der Spanier P. J. Nunnez, der sie (i. e. Arist. vitam *κατ' Ἀμμώνιον*) mit einem weitläufigen Commentare begleitet herausgab, meinte sie zuerst ans Licht gezogen zu haben. Jedoch war sie, wie Jonsius bemerkt, schon viel früher in der Ausgabe der Aristotelischen Werke, welche zu Venedig in den Jahren 1496—1498 erschien, bekannt gemacht worden; (de his vidimus supra, pergit autem sic:) wobei jedoch auch nicht zu übersehen ist, dass nach einer Behauptung des genannten Nunnesius zum Phrynichus (p. 311. ed. Lob.) Aldus die Griechische Lebensbeschreibung, welche er dem Commentare des Ammonius zu den Kategorien des Aristoteles vorsetzte, nur durch *eigne* Uebersetzung der alten handschriftlichen Lateinischen "Vita Aristotelis ex Vetere translatione„ gewonnen habe!„ Vides hanc fuisse Nunnesii mentem, ut putarit Aldum Vitam ex Veteri translatione vertisse Graece. Hoc si verum foret, Aldina ista Graeca consentirent cum translatione Vetere Latina, consentirent vero etiam cum Graecis, quae nunc edimus, utpote quae partem longe maximam congruunt cum translatione V. L.: imo nunc fortasse con-

jiciendum foret Aldum *non* vertisse, sed nostra habuisse Graeca, et edidisse, ex mente nempe Nunnesii: sed sive ab Aldo editam vitam annis 1496—1498, quae ibi dicitur *βίος Ἀριστ. κατὰ Φιλόπονον*, sive eam sine ullo auctoris nomine, quam Ammonii Commentariis in Categorias Aristotelis praemisit anno 1503, contuleris aut cum Vetere translatione Latina, aut cum Graeca nostra vita nova, idem obtinet discrimen, quod nunc est inter nostram et eam, quae vocatur *κατ' Ἀμμώνιον*. Scilicet translatio illa vetus partim quidem consentit cum Ammonio, sed multis locis ab eo est diversa, (ut nostra etiam Graeca) et continet multo plura et omnino nova, quae nunc primum in nostra inedita Graece leguntur et reperiuntur.

Caeterum de Aristotelis vita, Scriptis, et de ejus biographis conferatur Jacob. Brucker Instit. historiae Philos. Lipsiae 1790, J. Theophil. Buhle Biponti 1790 in praefat. editionis Aristot., H. Clintonis fasti Hellenici edit. C. G. Kruger Lipsiae 1830, et inprimis Ad. Stahr in libro, qui inscribitur Aristotelia, Halle 1830—1832: hic plerumque accurate et erudite totum hoc argumentum tractavit, omnia conquirens, quae huc pertinent ex testimoniis sparsis et in biographiis, et in auctoribus Graecis et Latinis: sed aliquando tamen turpiter (quod factum nollem) labitur Graeca explicans vel artem criticam attingens: v. c. T. II. p. 21 ubi citat Plutarchi haec verba (in vita Syllae c. 26), "*οἱ*

δὲ πρεσβύτεροι Περιπατητικοὶ φαίνονται μὲν καθ' ἑαυτοὺς χαρίεντες καὶ φιλολόγοι, τῶν δ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου γραμμάτων οὔτε πολλοῖς οὔτ' ἀκριβῶς ἐντετυχηκότες διά τε τὸ τὸν Νηλέως τοῦ Σκηψίου κλῆρον, ᾧ τὰ βιβλία κατέλιπε Θεόφραστος, εἰς ἀφιλοτίμους καὶ ἰδιώτας ἀνθρώπους παραγενέσθαι.,, Haec. Tom. II p. 22 ita Germanice vertuntur. "Die älteren Peripatetiker aber erscheinen zwar, an sich betrachtet, wissenschaftlich gebildet und gelehrt, doch ohne, weder ausgebreitete noch genaue, Kenntniss der Schriften des Aristoteles und Theophrastos etc. et pag. 27. doch von den Schriften des Aristoteles und Theophrastos sagt er, (Plutarchus) "haben sie weder viele noch (*diese*) genau studiert, wovon das Schiksal jener Schriften unter den Erben des Neleus die Schuld trägt.„ Ich brauche kaum auf die Verwirrung, ja auf die Absurdität, welche in diesen Worten enthalten ist, aufmerksam zu machen. Denn wenn dies Verfahren der Erben des Neleus auch von Plutarch als Ursache angesehen werden konnte, warum den älteren Peripatetikern überhaupt nur wenige Werke des Arist. und Theophr. zu Gebote gestanden hätten, so konnte doch darin durchaus kein Grund für das nicht sorgfältige Studieren der ihnen zugänglichen Schriften enthalten sein; gesetzt auch, ich wollte nicht erwähnen, dass, wie jetzt die Plutarchische Stelle lautet, das οὔτ' ἀκριβῶς nur sehr gezwungen auf die, jenen Peripate-

tikern bekannten, (*οὐ πολλοί*) wenigen Bücher des Aristot. und Theophr. bezogen werden kann.„ Tum in nota ad h. l. bonus noster Stahr addit.: "In der That weiss ich hier den Plutarch kaum anders zu vertheidigen und uns zu helfen, als dass ich die Worte von *διὰ τὸ τὸν Νηλέως* bis *παραγενέσθαι* für einen späteren Zusatz erkläre.„

Haec omnia levia sunt ac propemodum ridicula. Nam primo obtutu, si quis hoc aget, Plutarchi locum corruptum et mutilatum esse videbit. Quid exciderit, ipsa indicante loci sententia, non est admodum difficile reperire. Plutarchus in hunc fere modum scripsisse videtur: *τῶν δὲ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου* *σ υ γ γ ρ α μ μ ά τ ω ν* (non *γραμμάτων*) *οὔτε πολλοῖς οὔτ' ἀκριβῶς* (*γεγραμμένοις βιβλίοις*) *ἐντετυχηκότες διὰ τὸ τὸν Νηλέως τοῦ Σκηψίου* *κ λ ῆ ρ ο ν* (non *κληρόνομον*), *ᾧ τὰ βιβλία κατέλιπε Θεόφραστος, εἰς ἀφιλοτίμους καὶ ἰδιώτας ἀνθρώπους* *π ε ρ ι γ ε ν έ σ θ α ι* (non *παραγενέσθαι*). Plutarchus narrat veteres Peripateticos librorum Aristotelis et Theophrasti *pauca* tantum exemplaria *neque ea diligenter descripta* nactos esse, idque factum esse incuria hominum indoctorum ad quos ea hereditas devenisset. Tabulae testamenti Theophrastei exstant apud Diogenem Laërtium V. 51: de libris suis quid statuerit legitur § 52: *τὸ δὲ χωρίον τὸ ἐν Σταγείροις ἡμῖν ὑπάρχον δίδωμι Καλλίνῳ, τὰ δὲ* *β ι β λ ί α* *πάντα Νηλεῖ.*

Hos igitur libros omnes Theophrasteos cum Aristotelicis Nelei heredes, homines omnis eruditionis expertes neque *magno numero describendos* curasse dicuntur neque *ut emendate describerentur:* itaque sic factum esse quod Plutarchus narraverat.

Sed hos et alios, qui in his operibus citantur, adeat, qui de his rebus certior fieri velit; nos adhibuimus quidem, sed describere noluimus, nec argumento fere exhausto novi quid afferre nobis licuit. Ubi tamen res postulabat, ex iis nonnulla, quae ad locum illustrandum necessario facerent, in notis historicis et Chronologicis subjecimus, quod ut aequi bonique nobis lector benevolus consulat, vix est quod postulare necesse sit.

Scripsi in Brabantiae Septentrionalis pago
qui dicitur Boxmeer
a. d. v. Idus Apriles
anni CIƆIƆCCCLXI.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΒΙΟΣ.

Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος τῆς μὲν ἦν Σταγείρων, τὰ δὲ Στάγειρα πόλις Θρᾴκης πλησίον Ὀλύνθου, καὶ Μεθώνης, υἱὸς δὲ Νικομάχου καὶ Φαιστίδος, ἀμφοῖν ἀπὸ Μαχάονος τοῦ Ἀσκληπιοῦ καταγομένων, ὡς δηλοῖ τὸ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα·

"Φαιστίδος ἦν μητρὸς, καὶ Νικομάχου γενετῆρος,
Τῶν Ἀσκληπιαδῶν, δῖος Ἀριστοτέλης.,,

Γέγονε δὲ αὐτοῖς οὐ μόνον Ἀριστοτέλης, ἀλλὰ καὶ Ἀρίμνηστος καὶ Ἀριμνήστη· ὁ δέ γε Νικόμαχος ἰατρὸς ἦν Ἀμύντου, τοῦ Μακεδόνων βασιλέως, τοῦ Φιλίππου πατρὸς, καὶ κατὰ μνήμην τοῦ οἰκείου πατρὸς Ἀριστοτέλης τὸν ἑαυτοῦ παῖδα Νικόμαχον προσηγόρευσεν, ᾧ καὶ τὰ Νικομάχεια ἠθικὰ ἔγραψε. Πατρόθεν ἄρα τῷ Ἀριστοτέλει καὶ ἐκ τῆς ἀνέκαθεν γενεᾶς ἡ περὶ φυσιολογίαν καὶ ἰατρικὴν ἕξις. Ὀρφανὸς δὲ γενόμενος ἀνάγεται παρὰ Προξένῳ τῷ

Ἀταρνεῖ, οὗ τῆς φήμης μνημονεύων τὸν αὐτοῦ υἱὸν Νικάνορα ἔθρεψε καὶ ἐπαίδευσε, καὶ υἱὸν ἐποιήσατο, καὶ τελευτῶν ἐκέλευσεν ἐν διαθήκαις τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πυθαΐδα, γενομένην αὐτῷ ἀπὸ Πυθαΐδος, δοθῆναι αὐτῷ πρὸς γάμον. Ἕως μὲν οὖν ἔτι νέος ἦν, τὴν τῶν ἐλευθέρων ἐπαιδεύετο παιδείαν, ὡς δηλοῖ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ Ὁμηρικὰ ζητήματα, καὶ ἡ τῆς Ἰλιάδος ἔκδοσις, ἣν δέδωκε τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ὁ περὶ ποιητῶν διάλογος, καὶ τὸ τῆς ποιητικῆς σύγγραμμα, καὶ αἱ ῥητορικαὶ τέχναι, καὶ τὰ ἰατρικὰ προβλήματα, καὶ τὰ φυσικὰ προβλήματα ἐν ἑβδομήκοντα βιβλίοις ὄντα, καὶ τὰ ὀπτικὰ προβλήματα, καὶ τὰ μηχανικὰ προβλήματα, καὶ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ δικαιώματα τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, ἐξ ὧν Φίλιππος τὰς φιλονεικίας τῶν Ἑλλήνων διέλυσεν, ὡς μεγαλορρημον⸜εῖν⸝ ποτε καὶ εἰπεῖν· „ὥρισα τὴν Πέλοπος.„ Γέγραπται δὲ αὐτῷ καὶ ἡ τῶν πολιτειῶν ἱστορία ὕστερον. Ἐτῶν δὲ γενόμενος ⸜ἑπτὰ⸝ καὶ δέκα, τοῦ Πυθοῖ θεοῦ χρήσαντος αὐτῷ φιλοσοφεῖν παρ' Ἀθηναίοις, φοιτᾷ Σωκράτει, καὶ συνῆν ⸜τὸν⸝ μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον πλὴν ὀλίγον ὄντα· μετὰ δὲ τοῦτον φοιτᾷ Πλάτωνι, καὶ συνῆν τούτῳ τὸν μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον εἰκοσαετὴς τυγχάνων, ὡς αὐτὸς ἐπιστέλλων Φιλίππῳ λέγει, καὶ οὕτω φιλοπόνως συνῆν Πλάτωνι, ὡς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἀναγνώστου οἰκίαν προσαγορευθῆναι· θαμὰ γὰρ Πλάτων ἔλεγεν· „ἀπίωμεν εἰς τὴν τοῦ ἀναγνώ-

στου οἰκίαν,„ καὶ ἀπόντος τῆς ἀκροάσεως, ἀνεβόα·
“Ὁ νοῦς ἄπεστι, κωφὸν ἀκροατήριον.„

Ἐπέζησε δὲ Πλάτωνι ἔτη εἴκοσι τρία, πῇ μὲν παιδεύων Φιλίππου παῖδα Ἀλέξανδρον, πῇ δὲ συμπεριϊὼν αὐτῷ θάλατταν πολλὴν καὶ γῆν, πῇ δὲ συγγράφων, πῇ δὲ διδασκαλείου προεστώς. Οὐκ ἄρα ἀντῳκοδόμησεν Ἀριστοτέλης σχολὴν ἔτι ζῶντος Πλάτωνος, τὸ Λύκειον, ὡς Ἀριστόξενος πρῶτος ἐσυκοφάντησε, καὶ Ἀριστείδης ὕστερον ἠκολούθησεν, ἀλλὰ μέχρι τελευτῆς συνῆν Πλάτωνι. Καὶ ὅτι Πλάτων μὲν ἐτέχθη ἐπὶ Διοτίμου ἄρχοντος Ἀθήνησι, καὶ βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα δύο μετήλλαξε τὸν βίον ἐπὶ Θεοφίλου, Ἀριστοτέλης δὲ τεχθεὶς ἐπὶ Διοτρέφους, καὶ βιοὺς ἔτη ἑξήκοντα τρία, τελευτᾷ ἐπὶ Φιλοκλέους· φοιτᾷ δὲ Πλάτωνι Ἀριστοτέλης ἐπὶ Ναυσιγένους, καὶ ἀπὸ Θεοφίλου, ἐφ' οὗ τελευτᾷ Πλάτων, ἕως Φιλοκλέους, ἐφ' οὗ τελευτᾷ Ἀριστοτέλης, ἔτη εἴκοσι τρία ἐπέζησε Πλάτωνι· οὐκ ἄρα οὖν, ὡς οὗτοι συκοφαντοῦντες φασὶν, τεσσαρακοντούτης Ἀριστοτέλης φοιτᾷ Πλάτωνι ἐπ' Εὐδόξου, τοῦ γὰρ Ἀριστοτέλους ἑξήκοντα τρία ἔτη βιώσαντος, τρία ἔτη ἐστὶν ἀπὸ θανάτου Πλάτωνος, ἀφῃρημένων τῶν εἴκοσιν ἐτῶν ἃ ἐσχόλασε Πλάτωνι· ἐν δὲ τοῖς τρισὶν ἔτεσιν οὐ μόνον οὐκ ἦν τοσαῦτα ἐκθέσθαι, ἀλλ' οὐδὲ ῥᾴδιον ἀναγνῶναι· οὕτω Φιλόχορος ἱστορεῖ, καὶ ὅτι οὐδὲ εἰκὸς ἦν, Ἀριστοτέλη ξένον ὄντα τοῦτο δύνασθαι ποιεῖν κατὰ Πλάτωνος πολίτου τυγχάνον-

τος καὶ μέγα δυναμένου διὰ Χαβρίαν καὶ Τιμόθεον, τοὺς Ἀθήνησι στρατηγήσαντας καὶ κατὰ γένος αὐτῷ προσήκοντας. Μετὰ δὲ τὴν Πλάτωνος τελευτὴν, Σπεύσιππος μὲν ὁ Πλάτωνος ἀδελφιδοῦς, (ἐτύγχανε γὰρ υἱὸς ὢν Ποτώνης, τῆς ἀδελφῆς Πλάτωνος), διαδέχεται τὴν σχολὴν, Ἀριστοτέλης δὲ στέλλεται εἰς Μακεδονίαν, μεταπεμφθεὶς ὑπὸ Φιλίππου, ἐφ' ᾧ τὸν υἱὸν αὐτοῦ παιδεῦσαι· καὶ οὕτως ἦν τίμιος Φιλίππῳ καὶ Ὀλυμπιάδι, ὡς ἀναθεῖναι αὐτῷ μεθ' ἑαυτῶν ἀνδριάντα. Ὁ δὲ φιλόσοφος, μέγα μέρος ὢν τῆς βασιλείας, ὀργάνῳ τῇ δυνάμει πρὸς εὐποιίαν ἐχρήσατο, ἕνα τε ἕκαστον εὐεργετῶν καὶ πόλεις ὅλας, καὶ πάντας ἅμα. Ὅσα μὲν γὰρ ἕκαστον εὐηργέτησεν, αἱ γεγραμμέναι αὐτῷ πρὸς τοὺς βασιλέας περί τινων ἐπιστολαὶ δηλοῦσιν, ὅσα δὲ πόλεις ὅλας, τὰ Στάγειρα δηλοῖ, καὶ Ἐρεσὸς, ἡ Θεοφράστου καὶ Φανίου τῶν αὐτοῦ μαθητῶν πατρίς· τήν τε γὰρ ἑαυτοῦ πατρίδα Στάγειρα κατασκαφεῖσαν ὑπὸ Φιλίππου πείθει τὸν Ἀλέξανδρον δεύτερον κτίζειν, καὶ χώραν ἑτέραν αὐτῇ προσδιδόναι, ἀνθ' ὧν οἱ Σταγειρῖται μῆνα προσηγόρευσαν Ἀριστοτέλειον, καὶ ἑορτὴν ἦγον Ἀριστοτέλεια, καὶ ἐν Χαλκίδι τελευτήσαντος μετεπέμψαντο τὸ σῶμα, καὶ βωμὸν ἐπέστησαν τῷ τάφῳ, καὶ Ἀριστοτέλειον τὸν τόπον ἐκάλεσαν, καὶ ἐκεῖ τὴν βουλὴν ἤθροιζον, καὶ Ἐρεσὸν μέλλουσαν ὑπὸ Φιλίππου πολιορκηθῆναι ἔπεισεν ἀφεθῆναι. Πολλὰ δὲ καὶ Ἀθηναίους εὐηργέτησεν ἐν τοῖς πρὸς Φί-

λιππον γράμμασιν, ὡς Ἀθηναίους ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀνδριάντα αὐτῷ ἀναθεῖναι. Ἵνα δὲ καὶ πάντας ἀνθρώπους εὐεργετήσῃ, γράφει τῷ Ἀλεξάνδρῳ βιβλίον περὶ βασιλείας, διδάσκων ὅπως βασιλευτέον, ὅπερ οὕτως ἔδρασεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου ψυχήν, ὡς λέγειν, ὅτε μὴ ὠφέλησέ τινα· "σήμερον οὐκ ἐβασίλευσα, οὐδένα γὰρ εὖ ἐποίησα·„ ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ ἐπιχωρίως λεγομένῳ ἐπὶ τῶν ἐπ' ὀλίγον ἀρρωστούντων, τοῦτ' ἔστιν ἐφήμερον νόσον, "παρὰ μίαν·„ διὰ ⌜γὰρ⌝ τὸ μὴ ποιῆσαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὰς ὑγιαινόντων εὐεργεσίας. Ἀκμάσαντι δὲ Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἐπιστρατεύσαντι κατὰ Περσῶν συνεξῆλθεν, οὐδὲ τότε ⸌τοῦ⸍ φιλοσοφεῖν ἀποσχόμενος· τὴν γὰρ ἱστορίαν τῶν πολιτειῶν τότε συνέλεξε, καὶ μέλλοντι συμβάλλειν τῷ Περσικῷ πολέμῳ ἔφη τὰ αἴσια γενέσθαι· ὁ δὲ μὴ πεισθεὶς συνέβαλε, καὶ ἐτελεύτησεν. Καὶ οὐχ ἧττον δὲ τῶν φθασάντων βασιλέων, Ἀμύντου, Φιλίππου, Ὀλυμπιάδος, Ἀλεξάνδρου, Ἀντίπατρος ὁ διαδεξάμενος τὴν Ἀλεξάνδρου βασιλείαν, διὰ τιμῆς εἶχε τὸν Ἀριστοτέλην. Τοῦ δὲ Σπευσίππου τελευτήσαντος, οἱ ἀπὸ τῆς σχολῆς μεταπέμπονται τὸν Ἀριστοτέλην, καὶ διαδέχονται αὐτὴν αὐτός τε καὶ Ξενοκράτης σωφρονέστατα· καὶ Ἀριστοτέλης μὲν ἐν Λυκείῳ, Ξενοκράτης δὲ ἐν Ἀκαδημείᾳ, ἔνθα καὶ Πλάτων ἐπαίδευεν. Οὐ γὰρ ὡς Ἀριστόξενος ὕστερον, Πλάτωνος ζῶντος καὶ ἐν Ἀκαδημείᾳ παιδεύοντος, ἀντῳκοδόμησεν ὁ Ἀριστοτέλης τὸ Λύκειον. Εἴπερ

γάρ τις ἄλλος, φαίνεται ὁ Ἀριστοτέλης καταπεπληγμένος Πλάτωνα, ἐπιγράφει γὰρ εἰς αὐτόν·

"Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τόνδε Πλάτωνι.,,

καὶ ἀλλαχοῦ περὶ αὐτοῦ φησίν·

"Ἀνδρός, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.,,

Καὶ φαίνεται ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς θαυμάζων Πλάτωνα, καὶ συνιστὰς τοῖς βασιλεῦσι τοὺς Πλάτωνι κατὰ γένος κοινωνοῦντας. Εἰ δὲ καὶ ἔν τισιν ἀντιλέγει Πλάτωνι, πλατωνίζειν αὐτὸν φήσομεν. Πλάτων γάρ ἐστιν ὁ λέγων "Σωκράτους μὲν ὀλίγον φροντίζειν, τῆς δὲ ἀληθείας πολύ.,, Καί, "ἔγωγε οὐδενὶ ἄλλῳ πρόθυμός εἰμι πείθεσθαι, ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἄν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος καταφαίνηται.,, Καί, "εἰ μὴ σὺ σαυτοῦ λέγοντος ἀκούσεις, ἄλλου λέγοντος μὴ πιστεύσῃς.,, Ἴσως δὲ οὐδὲ πρὸς τὰ δοκοῦντα Πλάτωνι μάχεται, ἀλλὰ πρὸς τοὺς κακῶς αὐτὰ ὑπολαβόντας, ὡς καί, "τὸ κινητὸν τοῦ οὐρανοῦ,,, ἐν τῇ περὶ οὐρανοῦ· τινὲς γὰρ κατὰ χρόνον αὐτὸ ἤκουσαν, καὶ οὐ κατ' αἰτίαν εἶναι· καὶ τὰς ἰδέας ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικά· τινὲς γὰρ ἔξω τοῦ νοῦ αὐτὰς ὑπέθεντο, καὶ ἄλλοι ἴδια αἰσθητὰ ὑπέλαβον αὐτὰς οἷον ἄνθρωπον ἀθάνατον καὶ ἵππον· ὅτι γὰρ οὐ βούλεται αὐτὰς παντάπασι μὴ εἶναι, δηλοῖ ἐν τοῖς ἠθικοῖς λέγων· "διττὴν εἶναι τὴν τάξιν, τὴν μὲν ἐν τῷ στρατηγῷ, τὴν δὲ ἐν τῷ στρα-

τοπέδῳ, καὶ αἰτίαν εἶναι ταύτης ἐκείνην·„ καὶ ἐν τῇ περὶ ψυχῆς· "τὸν κατ' ἐνέργειαν νοῦν εἶναι τὰ πράγματα·„ καθόλου γὰρ ὁ Ἀριστοτέλης τὸ ἦθος μέτριος γέγονεν, εἰ ἐν μὲν ταῖς κατηγορίαις φησί· "μὴ δεῖν προχείρως ἀποφαίνεσθαι, ἀλλὰ πολλάκις ἐπεσκεμμένον, καὶ μὴν οὐδὲ διαπορεῖν μόνον ἄχρηστον εἶναι·„ καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ· "δεῖ μεμνῆσθαι ἄνθρωπον ὄντα οὐ μόνον εὐδαίμονα ἀλλὰ καὶ ⌈τὸν⌉ ἀποδεικνύντα·„ καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς Νικομαχείοις· "φίλος μὲν ὁ ἀνὴρ, φίλη δὲ ἡ ἀλήθεια· ἀμφοῖν δὲ φίλοιν ὄντοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν·„ καὶ ἐν τοῖς μετεώροις· "ὧν τὰ μὲν ἀποροῦμεν, τῶν δὲ ἐφαπτόμεθά τινα τρόπον·„ καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς· "οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλ' ἀπειράκις τὰς αὐτὰς γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις δόξας·„ ἵνα μὴ μέγα φρονῶμεν ἐφ' οἷς εὑρίσκειν δοκοῦμεν. Καὶ τοιοῦτος μὲν κατὰ τὸν βίον γέγονεν ὁ φιλόσοφος. Προσέθηκε δὲ τῇ φιλοσοφίᾳ πλείω ὧν παρ' αὐτῆς ἀνελέξατο· τῇ μὲν ἠθικῇ, τὸ τὴν εὐδαιμονίαν μήτε ἐν τοῖς ἐκτὸς ἀποτίθεσθαι, ὡς ὁ πολὺς ὄχλος, μήτε ἐν τῇ ψυχῇ μόνον, ὡς ὁ Πλάτων, ἀλλ' ἔχειν μὲν τὸ κῦρος ἐν ψυχῇ, ῥυπαίνεσθαι δὲ καὶ θλίβεσθαι μόνον αὐτὴν ὑπὸ τῶν ἐκτὸς μὴ εὖ ἐχόντων, οἰκείως ταῖς λέξεσι χρησάμενος, καὶ γὰρ τὰ ῥυπούμενα ἔνδον αὐτὸ τὸ κάλλος ἔχει, κρύπτεται δὲ κατὰ μόνην τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὰ τριβόμενα, τὸ αὐτὸ μέγεθος ἔχοντα κατ' ἀλήθειαν,

ὁ πολὺς αἶνος Bernays, Dial. d. Arist. p. 131

ἐλάττω φαίνεται μόνον. Τῇ δὲ φυσιολογίᾳ προσέθηκε τὴν πέμπτην οὐσίαν, καὶ τὸ κατ' εἰσδοχὴν ὁρᾶν· τῇ δὲ μαθηματικῇ, τὸ ὀξύγωνον εἶναι τὸν κῶνον τῶν ὄψεων διὰ τὸ ἐπιπλέον προϊέναι τὴν ὄψιν οὗ ὁρᾷ μεγέθους, καὶ κατὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲν τῶν ὁρωμένων ὅλον ἅμα ὁρᾶται· καὶ ταύτῃ μείζονα γενέσθαι τὸν ἄξονα τῆς ἐκ τούτου τῆς βάσεως, καὶ ὀξύγωνον τὸν κῶνον ἀποτελεῖσθαι. Τῇ δὲ θεολογίᾳ, τὸ μὴ τὰ πάντα ἐγκόσμια εἶναι, ὡς τὸ εἰκός, ἀλλ' εἶναί τι καὶ ὑπερκόσμιον· ἐν γὰρ τῷ πέμπτῳ τῆς φυσιολογικῆς, τὸ πρῶτον μηδὲ κατὰ συμβεβηκός φησι κινεῖσθαι, τοῦ ἐγκοσμίου διὰ τὸ ᾧ συντέτακται, κατὰ συμβεβηκὸς κινουμένου· καὶ ἐν τῷ ὀγδόῳ τῆς φυσικῆς, τὸ πρώτως κινοῦν ἀκίνητον εἶναι βούλεται. Αὐτοῦ δὲ εὕρεμα καὶ ἡ λογικὴ τὰς συλλογιστικὰς μεθόδους ἀπὸ τῶν πραγμάτων ˎδιακρίνˏαντος. Ἐπαναστάντων δὲ αὐτῷ τῶν Ἀθηναίων, ὑπεχώρησεν εἰς Χαλκίδα, τοσοῦτον ὑπειπὼν, ὡς οὐ συγχωρήσω Ἀθηναίοις δὶς ἁμαρτεῖν εἰς φιλοσοφίαν. Ἐπεὶ δὲ τὰ αὐτὰ καθήκοντα ˎοὐκˏ ἦν πολίτῃ καὶ ξένῳ περὶ τὴν τῶν Ἀθηναίων πόλιν, ἐπιστέλλων Ἀντιπάτρῳ γράφει τὸ Ἀθήνησι διατρίβειν ἐργῶδες,

Ὄγχνη γὰρ ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

τὴν διαδοχὴν τῶν συκοφαντούντων αἰνιττόμενος. Καὶ τελευτᾷ ἐκεῖ ⌜σε⌝ διαθήκην ἔγγραφον καταλιπὼν, ἣ φέρεται παρά τε Ἀνδρονίκῳ καὶ Πτολεμαίῳ μετὰ

τὸν πίνακα τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, ἐπὶ παισὶ μὲν Νικομάχῳ καὶ Πυθαΐδι, γνησίοις δὲ μαθηταῖς Θεοφράστῳ, Φανίᾳ, Εὐδήμῳ, Κλυτῷ, Ἀριστοξένῳ, Δικαιάρχῳ, συντάγμασι δὲ χιλίοις τὸν ἀριθμὸν, πολλὰ μὲν δυνάμενος παρὰ τοῖς κατ' αὐτὸν βασιλεῦσι, Φιλίππῳ, Ὀλυμπιάδι, Ἀλεξάνδρῳ, Ἀντιπάτρῳ, τῇ δὲ δυνάμει ὀργάνῳ φιλοσοφίας χρησάμενος. Ἴδιον δὲ τῆς Ἀριστοτέλους φιλοσοφίας τὸ μὴ ἀφίστασθαι τῶν ἐναργῶν· μετὰ γὰρ τὰς ἀποδείξεις καὶ τοὺς πολλοὺς μαρτύρεται· καὶ ἐν τῷ περὶ οὐρανοῦ τοὺς πλανῆτας ἀνωμάλως κινεῖσθαι λέγει, διὰ τὴν ἐνάργειαν . . . . . τῶν ἀνελιττουσῶν, τὴν ὁμαλὴν κίνησιν σωζουσῶν· καὶ ἐν ταῖς κατηγορίαις καταπλήττεται τὰς ἀτόμους οὐσίας, καὶ προτίθησι τῶν καθόλου διὰ μόνην τὴν ἐνάργειαν· καὶ γὰρ ὅτι τὰ καθόλου οὐκ ἔστι, καὶ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς φησί· "τὸ δὲ ζῷον τὸ καθόλου ἤτοι οὐδέν ἐστιν ἢ ὕστερον·,, ἀσαφὲς γὰρ τὸ ἐν τοῖς πολλοῖς καθόλου, διὸ καὶ καταναγκάζει πάντας ἐκ τῆς ἐναργείας.

VETUS LATINA VERSIO.

Var. lect. e 'tractatu de vita Aristotelis de greco in Latinum in Johannis Walensis floriloquio [cod. Laud. 603 fol. 78 b seqq.

Aristoteles philosophus de gente quidem fuit Macedo, patria vero Stagirita. Stagira autem civitas est Thraciae, vicina Olyntho et Methonae. Filius autem fuit Nicomachi et Phaestidis, ambobus a Machaone Asclepiade descendentibus. Sic designat Epigramma, quod fuit in ipsum, sic dicens:

"Phaestide fuit matre et Nicomacho genitore
Qui descenderunt ab Aesculapio, insignis Aristoteles.„

Genitus autem est eis non solum Aristoteles, sed Arimnestus et Arimneste. Nicomachus autem medicus fuit Amyntae, regis Macedonum, patris Philippi, et ad memoriam proprii patris Aristoteles suum filium Nicomachum appellavit: cui et Nicomachia Ethica scripsit. Itaque habitus fuit quidem ejus circa philosophiam et medicinam a patre et propria prima generatione. Post mortem Nicomachi et Phaestidis parentum, ducitur ad quendam Proxenum Atarnensem: cujus etiam educa-

tionis recordatus Aristoteles non solum ejus filium Nicanorem educavit, et omni doctrina erudivit, verum etiam eum sibi filium adoptavit, et moriens in suo testamento jussit suam filiam nomine Pythiada, genitam a Pythiade, tradi illi Nicanori in uxorem. Aristoteles autem juvenis adhuc exsistens doctrinam eloquentiae docebatur, ut declarant Homerica commenta scripta ab eo, et Iliadis dictamen, quod dedit Alexandro, et dialogus de poëtis, et tractatus de poëtica, et rhetorica. Factus autem XVII annorum, et Pythia praecipiente ipsum philosophari, mittitur Athenas: ubi adhaesit Socrati, et moratus est cum eo tribus annis usque ad finem vitae ipsius. Mortuo autem Socrate, Platonem adit, cum eoque annos viginti versatus est, sicut ipse declarat mittens Philippo; et tantam adeptus est dilectionem Platonis et diligentiam circa studium philosophiae, ut Plato domum Aristotelis domum lectoris vocaret, et saepe dicebat: eamus ad domum lectoris; et ipso absente a lectione, clamabat; intellectus abest, surdum est auditorium.

Vixit autem post mortem Platonis annis XXIII, partim quidem docens Alexandrum filium Philippi, partim autem peragrans cum ipso multam terram, partim autem componens libros, partim munere doctoris eminens. Non enim verum, quod aedificavit Aristoteles Lyceum contra Platonem vivum exsistentem, sicut Aristoxenus accusavit, et Aristocles postea. Adhaesit autem

Platoni usque ad finem suum. Plato autem natus fuit Diotimo dominante Atheniensibus, et vivens annis LXXXI finivit vitam suam sub Theophilo. Aristoteles autem natus sub Diotrephe et vivens annis LXIII moritur in tempore Philoclis. Adhaesit autem Aristoteles Platoni tempore Nausigenis: et fuerunt a Theophilo, sub quo moritur Plato, usque ad Philoclem anni XXIII, quibus Aristoteles supervixit Platoni.

Non igitur sic quidem mentiuntur, quod XL annis immoratus est Aristoteles sub Platone tempore Eudoxi? Aristotele enim vivente LXIII annis, tres anni tantum restarent a morte Platonis, ablatis XVII annis, quibus studuit in trivio, tribus, quibus studuit cum Socrate, et ablatis XL, quibus [studuit] cum Platone (ut ipsi ajunt), in tribus annis non solum non fuit possibile tanta componere, sed etiam nec facile legendo transcurrere, sicut Philochorus historizavit: et etiam non fuit conveniens, Aristotele extraneo exsistente, posse facere contra Platonem, qui erat civis et valde potens propter Chabriam et Timotheum, principantes Atheniensibus, et genere sibi cognatos. Post mortem autem Platonis Speusippus recepit scholas Platonis. Fuerat enim hic filius Potones, sororis Platonis. Aristoteles autem nutritus est in Macedonia, ubi docet Alexandrum filium Philippi, (et in tantum fuit honoratus a Philippo et Olympiade matre Alexandri, quod illi construxerunt [vel constituerunt] cum suis statuam)

et in magna parte fuit concors regni ipsius, et multum laboravit pro rege; et cum esset magna pars potentiae ad benefaciendum, potentia [opportune] usus est, bene faciens et singulis proprie, et omnibus communiter. Et quod multis proprie benefecerit, declarant missae ab eo epistolae de quibusdam ad regem. Quod autem et communiter benefecit multis, et demonstrat illud, quod scilicet civitatem suam Stagiram dirutam prius a Philippo, induxit Alexandrum regem [iterum] reaedificare, et regionem aliam ipsi tradi. Propter quod et Stagiritani festivitatem celebrabant Aristotelis, Aristoteliam ipsam vocantes, et mensem, in quo festivitas celebratur, Stagiritem nominabant, et etiam Eressum urbem Theophrasti et Phaniae suorum discipulorum, debentem destrui, liberavit destructione. Stagiritani autem duxerunt corpus Aristotelis mortui in Chalcide in Stagiram, et altare construxerunt in monumento, locum illum Aristoteleum appellantes, et illuc ad concilium congregabantur. In multis autem et Atheniensibus benefecit, ut declarant tractatus, qui sunt ad Philippum. Itaque Athenienses in acropoli statuam illi construxerunt. Ut autem et omnibus hominibus [universaliter] benefaceret, scripsit Alexandro librum [unum] de regno, docens ipsum qualiter oporteat regnare, et in tantum movit animam Alexandri ad faciendum, quod dicebat: quod non benefeci aliquibus hodie, non regnavi. Quod aequale, aegrotans modice morbo ephemero, illa die opera-

tiones sanorum non facit. Juvene autem exsistente Alexandro et militante contra Persas, eundo cum eo, nec tunc abstinuit philosophari. Tunc enim composuit historiam ducentarum et quinquaginta politiarum, et associavit ipsum usque ad Persas, et bello facto rediit ad suam patriam [et ultro anticipatur]. Suscipiens autem Alexander regnum, in honore habuit Aristotelem, in quantum Alexander vixit. Speusippo autem, nepote Platonis, mortuo, suos discipulos suscipiunt Xenocrates et Aristoteles sapientissimi. Et Aristoteles quidem legebat in Lyceo, Xenocrates in Academia, ubi et Plato studebat. Non enim sicut Aristoxenus et Aristocles posterius dicunt, Platone vivente et in Academia docente, Aristoteles contra aedificavit Lyceum: et hoc tentant quidem dicere propter id, quod in pluribus contradicit Platoni: [ad quos dicendum, quod non simpliciter contradicit Platoni] sed non intelligentibus ea, quae sunt Platonis [cogitata] Si autem contradicit Platoni, non est inconveniens. Et in his enim ea, quae sunt Platonis, cogitat. — Platonis enim est sermo, quod magis oportet de veritate curare, quam de aliquo alio; et alibi dicit: amicus quidem Socrates, sed magis amica veritas; et in alio loco: de Socrate parum est curandum, de veritate vero multum. Hoc igitur et Aristoteles fecit, etsi non destruxit dicta Platonis; quamvis [in his] consona ipsi fecit, nolens despicere veritatem. Habuit autem multam dilectionem erga Platonem Ari-

stoteles, et quod sit verum patet ex eo, quod aram consecravit ei, in qua scripsit ita:

> Aram Aristoteles fundavit hanc Platonis
> Viri quem non est conveniens malis laudare.

Forte autem non ad ea, quae videntur, oppugnavit Platonem, sed ad eos, qui ipsa male intelligunt. Sicut et genitum esse coelum, in libro qui est de coelo. Quidam enim secundum tempus ipsum intellexerunt, sed non secundum causam esse. Ideas etiam in Metaphysica. Quidam enim extra intellectum ipsas posuerunt, et alii propria sensibilia arbitrati sunt ipsas, ut hominem immortalem et equum. Quod enim non vult ipsas omnino non esse, demonstrat in Metaphysicis dicens: duplicem esse ordinem, hunc quidem in duce esse exercitus, hunc autem in exercitu, et alterum esse causam alterius. Et in libro de anima intellectum qui est secundum animam esse res. Multum namque Aristoteles moderatus fuit moribus: unde in praedicamentis ait, non oportet promte definire, sed quidem multoties considerare, et dubitare de singulis non esse inutile; et in iis quae de Bono: oportet reminisci hominem exsistentem non solum bene fortunatum sed demonstrantem. Et in Ethicis Nicomachiis: amicus quidem vir, amica autem veritas. Ambobus vero entibus amicis, sanctum est praehonorare veritatem. Et in Meteöris: horum quidem quaedam dubitamus, quaedam attingimus se-

cundum aliquem modum; et in eisdem, non semel nec bis, sed infinite easdem opiniones fieri hominibus; quod non multum sapientia superbiamus in quibus invenire videamur. Et talis quidem secundum vitam fuit philosophus. Addidit autem philosophiae plura, quae ipse invenit. Ethicae quidem addidit, felicitatem nec in bonis exterioribus constare, sicut Polyaenus dicit, nec in anima solum, sicut Plato dicebat, sed habere quidem formam in anima, coinquinari autem et constrictari solum ipsam ab exterioribus non bene se habentibus, proprie dictionibus utens. Etenim [quae] coinquinantur interius ipsam pulchritudinem habent: occultantur autem secundum solam superficiem, et constricta eandem magnitudinem habent secundum veritatem. Philosophiae autem addidit quinctam essentiam. Mathematicae vero hexagonium esse conum visivum, propter id, quod in plus incedit visus, cujus inspicit magnitudinem, et secundum hoc, nihil eorum, quae videntur, simul totum videtur, et sic majorem fieri axem base, quae est ex hoc, et hexagonum conum perficere. Theologiae vero quamvis nihil addidit, tamen de ea nihil diminute determinavit. Non enim solum mundana vidit, sicut quidam putant, sed et ea, quae sunt supra mundum, sicut declarat in octavo de physico auditu, [dicens:] quod prima causa nec per se mobilis, nec secundum accidens; ex hoc demonstrans, quod divinum nec corpus est, neque passibile. Composuit

autem et medicinalia problemata, et physica problemata in LXX libris existentia, et aspectiva problemata, et Mechanica, et scriptas ab eo Justificationes Graecarum civitatum, cum quibus lites Graecorum determinabat. Scripta autem est ab eo posterius historia politiarum. In philosophia vero transcendit humanam mensuram, nihil diminute de ea tractans, sed et multa ei adjiciens ex sua solertia totam direxit philosophiam. Logicae enim apponit, distinguens regulas a rebus, et faciens demonstrativam methodum. Antiqui enim demonstrare quidem sciebant, idem patientes scindere corium non potentibus, calceis autem uti potentibus. Insurgentibus autem ipsi Atheniensibus, ivit Chalcidem, hoc dicens: non concedam Atheniensibus bis peccare in philosophiam: et mittens Antipatro scribit, Athenis commorari periculosum; et dixit illud Homericum:

"Pyrus autem supra pyrum senescit, ficus autem supra ficum."

successionem accusatorum aenigmatice loquens. Vixit autem Aristoteles annos LXIII, etenim XVII annos habens adhaesit Socrati, et cum eo stetit tribus annis. Adhaesit autem Platoni XX annis: post mortem autem Platonis vixit annis XXIII: totum utique tempus vitae suae numeratum fuerunt anni LXIII. Et mortuus est in Chalcide, demittens testamentum scriptum, quod fer-

tur ab Andronico et Ptolemaeo cum voluminibus suorum tractatuum. Dimisit autem filium Nicomachum et filiam Pythiada, proprios autem discipulos Theophrastum, Phaniam, [Plama], Eudemum, Clitum, Aristoxenum, Dicaearchum; tractatus autem numero mille. Multa autem potuit cum regibus, qui fuerunt tempore suo, Philippo, Olympiade, Alexandro, et Antipatro. Plurimum [autem] usus est organo philosophiae. Proprium autem fuit philosophiae Aristotelis, non discedere ab evidentia. [Composuit autem Aristoteles librum de Oratione. Unde Simplicius: Quod enim intelligat et super intellectum, et super substantiam Aristoteles, manifestum est apud finem libri de Oratione plane dicens: quod Deus aut intellectus est, aut aliquid ultra intellectum.] post demonstrationes enim et multorum testimonium facere

NOTAE.

Pag. 1, Lin. 1. *τῆς μὲν ἦν*. Exciderunt quaedam, quod saepius apud nostrum accidit, ut infra videbimus: v. c. hoc loco *τῷ μὲν γένει ἦν Μακεδὼν*, vel *Θρᾷξ, πατρίδος δὲ Σταγείρων*. Cfr. Vita Pseudo-Ammonii et Versio Vetus Latina. Possis etiam multo leniore medicina locum in integrum sic restituere, ut revocatis e fuga quatuor litterulis scribas: *(πολί)της μὲν ἦν Σταγείρων — υἱὸς δὲ Νικομάχου*. Sic enim optime scripturae, qualis e codice prodiit, ratio constat.

Ibid. Lin. 2. *Στάγειρα πόλις Θρᾴκης*, nempe ante Thraciae, post Philippum Macedoniae. Cfr. A. Stahr in libro c. T. I. pag. 28.

Ibid. Lin. 3. *Φαιστίδος*. MS. habet *Θεστίας* hic et in epigrammate, quod sequitur. Correxi *Φαιστίδος* ex Vers. V. L. et vita Arist. Ps.-Amm.

Ibid. Lin. 7. *Ἀσκληπιαδῶν*. Tzetzes in Chil. X. 727 et XII. 638 Aristotelem ideo Asclepiadem dictum esse putat, quod medicinam, quam pater et avus professi essent, ipse quoque profiteretur. Cfr. J. Th. Buhle l. c. Tom. I. pag. 83. Nicomachus secundum Suidam sex libros scripsit *Ἰατρικῶν*, unum *Φυσικῶν*. Phaestis Chalcide erat oriunda: Chalcidenses enim coloniam Stagiram deduxerant. (Vid. Dionys. Halicarn. in vita Aristotelis.) In testamento Aristotelis apud Diogenem Laërtium haec leguntur: "*Καὶ τὴν* (*εἰκόνα*) *τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τῇ Δημητρὶ* (ut recte Casaubonus emendavit,) *ἀναθεῖναι εἰς Νεμέαν*.„ Phaestidis imago a Protogene erat picta, cujus meminit Plinius H. N. XXXV. 20. Tradunt nonnulli Aristotelem Athenas profectum pharmacopolam fuisse, et artem medicam exercuisse. Cfr. J. Th. Buhle, Tom. I. pag. 85. Sed hanc narrationem ex impuro fonte fluxisse bene ostendit A. Stahr in l. c. T. I. pag. 39. Plutarchus in vita Alexandri refert Alexandrum M. a magistro Aristotele artis medicae studio fuisse imbutum. Scripsit sane philosophus libros quosdam, qui ad hanc artem pertinent.

Ibid. Lin. 9. *Ἀρίμνηστος καὶ Ἀριμνήστη*. Hinc vides quomodo illa explicanda sint in vita Anonymi et apud Suidam *καὶ ἀδελφοὺς μὲν ἔσχεν Ἀρίμνηστον καὶ Ἀριμνήστην*. Sc. fuit haec soror, nec alter fuit frater *Ἀριμνήστης*.

Ibid. Lin. 10. *Ἀμύντου*. Amyntas II regnum Macedoniae adeptus est Eubulide archonte 394 a. C. Vidrr. Clintonis Fasti Hellenici pag. 240 et 102; regnavit per 24 annos, mortuus est Dyscineto archonte 370 a. C.

Ibid. Lin. 16. *Προξένῳ τῷ Ἀταρνεῖ*. Vide testamentum Aristotelis apud Diogenem Laërtium (Edid. H. G. Hubnerus Lipsiensis a. 1828) Vol. I. p. 320, ubi haec Graece leguntur: "Quumque puella fuerit matura viro (Pythias) in matrimonium dari Nicanori.„ Illa: *ἀνάγεται παρὰ Προξένῳ τῷ Ἀταρνεῖ* apud Pseudo-Ammonium ita leguntur: *ἀνάγεται παρά τινι Προξένῳ Ἀταρνεῖ*, et varie explicantur. Nonnulli Aristotelem profectum esse Atarneam (quae Mysiae est urbs, vide Cellarium T. II. p. 40) perhibent ad Proxenum: A. Stahr l. c. T. I. p. 35 ipsum Proxenum Stagiris habitasse censet, imprimis quod ejus filius Nicanor vocatur Stagirita a Sexto Empirico adv. Mathem. c. 12. Sed pro *ἀνάγεται* exspectaverim *τρέφεται*, nec tamen certi quid in re incerta definire ausim.

Pag. 2. Lin. 1. *οὗ τῆς φήμης μνημονεύων*. Versio V. L. *cujus etiam educationis recordatus.* In vita Arist. Pseud.-Amm. *οὗ καὶ τῆς τροφῆς διαμεμνημένος*. Negligens librarius apud nostrum scripsisse videtur *φήμης* pro *τροφῆς*.

Ibid. Lin. 4. *Πυθαΐδα* et sequitur *Πυθαΐδος*. Versio V. L. *Pythiada genitam a Pythiade:* Sic et alii et Sextus Empiricus adv. Mathem. I. 258. *Πυθιάδα* videtur praeferendum. Cfr. Menag. ad Diog. Laërt. T. II. p. 191.

Ibid. Lin. 8. *ἡ τῆς Ἰλιάδος ἔκδοσις*. Est illa Homeri editio, quae vulgo *ἐκ νάρθηκος* dicitur, quam Alexander pretiosae cistulae inclusam, semper secum ferebat.

Ibid. Lin. 8. *ἣν δέδωκε*. malim *ἔδωκε*.

Ibid. Lin. 11. *Καὶ τὰ ἰατρικὰ προβλήματα*. . . . . *Γέγραπται ὕστερον*. In Vers. V. L. non hoc loco, sed infra haec eadem, paucis exceptis, leguntur. "*Composuit autem et medicinalia problemata* etc. *Scripta autem est ab eo posterius historia politiarum.*„ Sed ista auctor versionis alieno posuit loco; quid enim ibi significat *posterius?* tum contextus perspicue docet talia ibi olim non scripta fuisse. In vita Arist. Pseud.-Amm. *ὁ μὲν οὖν Ἀριστοτέλης ἔτι νέος ὢν τὴν τῶν ἐλευθέρων παιδείαν ἐπαιδεύετο, ὡς δηλοῖ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ περὶ ποιητικῆς καὶ περὶ ποιητῶν, ἔτι μέντοι τὰ Ὁμήρου προβλήματα καὶ αἱ ῥητορικαὶ τέχναι*. Noster multa scripta addidit varii generis, ut scilicet ostenderet Aristotelem *τὴν τῶν ἐλευθέρων παιδείαν πεπαιδεῦσθαι* id est didi-

cisse poësin, rhetoricam, physicam, etc. Sed male significat Aristotelem haec omnia adolescentem scripsisse: hoc enim illum voluisse patet ex istis, *γέγραπται δὲ αὐτῷ καὶ ἡ τῶν πολιτειῶν ἱστορία ὕ σ τ ε ρ ο ν,* quae verba non habet Pseudo-Ammonius; hic ita intelligi debet: "Aristoteles adolescens egregia educatione usus est, et omnes artes eruditus quae ingenuum liberalem decent; quod patet vel ex iis, quae (postea) de his ipsis artibus scripsit.„ Recte enim J. Th. Buhle l. c. T. I. p. 84. "Quaestionum Homericarum, librorum de re poëtica et de poëtis etc. vel fragmenta virum subactae jam eruditionis et maturioris aetatis produnt.„

Ibid. Lin. 14. *καὶ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ δικαιώματα τῶν Ἑλληνίδων πόλεων.* Omnino cum hoc loco comparandum est fragmentum, quod nobis (sed corrupte) servavit Ammonius *περὶ διαφόρων λέξεων* in voce *νῆες,* ubi legitur *Δικαιώμασι τῶν πολέμων.* Restituatur *πόλεων.* Adjiciam quae a VV. DD. ad hunc Ammonii locum notata leguntur. (Edit. Valcken.) "Hanc lectionem (*πολέμων*) contra Casaubonum, qui *πόλεων* emendandam conjecerat, eximie tuetur Valesius in not. Maussaci ad Harpocrat. v. *δρυμός,* et ex fragmine, quod Ammon. servavit, libri Aristotelis argumentum subolfecit, et erudite declaravit. Nequidquam igitur *πόλεων* pro *πολέμων* Meursio placuit, et Fabricio ad Ind. Auctor.„ Jam statuere liceat, quibus

emunctae naris viris bene, quid rei subesset, subolverit, quosque merito dicas: Emuncto lucratos esse Simone talentum.

Ibid. Lin. 16. In MS. *ὡς μεγαλορῥημον. . . . . ποτε.*

Ibid. Lin. 18. In MS. *ἐτῶν δε γενομενος . . . . καὶ δέκα* Cfr. Vers. V. L.

Ibid. Lin. 19. *Τοῦ Πυθοῖ θεοῦ χρήσαντος.* Aristoteles septemdecim annos natus Athenas abiit, quo multi ingenui liberales ire solebant, ut celeberrimorum philosophorum scholas frequentarent. Noster et Pseudo-Ammonius tradunt eum oraculo Delphico consulto Athenas profectum esse et Socratem per aliquot annos audivisse. Fabulae. Socrates mortuus est a. 399 a. C., Aristoteles natus 384 a. C. Diotrephe archonte. Nec majorem fidem merentur, quae, ab inimicis Philosophi ficta, Athenaeus, Aelianus et Eusebius narrant, Aristotelem, dilapidato patrimonio, abiisse militatum, (quo non addunt) tandem hujus vitae generis pertaesum et ad saniorem mentem redeuntem Athenas ivisse, ut philosophiae studiis operam daret.

Ibid. Lin. 20. In MS. legitur *παρ' Ἀθήνησι φοιτᾷ* quod fluxit ex male intellecto $\overset{\theta\theta}{\alpha}$ id est *Ἀθηναίοις.*

Ibid. Lin. 21. *καὶ συνῆν . . . . . μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον*. Ita MS. Adjeci articulum.

Ibid. Lin. 23. *Εἰκοσαέτης τυγχάνων*. MS. Versio V. L. *cum eoque annos viginti versatus est, sicut ipse declarat.* Pseudo-Amm. *τελευτήσαντος δὲ τοῦ Σωκράτους φοιτᾷ Πλάτωνι, καὶ τούτῳ σύνεστιν ἔτη κ'*. Dionys. Halic. *καὶ συσταθεὶς Πλάτωνι χρόνον εἰκοσαετῆ διέτριψε σὺν αὐτῷ*. Aristoteles septemdecim annos natus Socratis fit discipulus, ut noster fabulatur, per tres annos: viginti annos natus audivit Platonem per annos viginti. Unde conjicere licet, olim scriptum fuisse *καὶ συνῆν τούτῳ τὸν μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον εἴκοσιν ἔτη εἰκοσαετὴς τυγχάνων*. et hinc fortasse fluxit accentus vitium, quod habet *εἰκοσαέτης*. Quî tamen continuo *εἰκοσαετὴς τυγχάνων* per annos viginti Platoni *συγγενέσθαι* potuit? Itaque haec postrema videntur delenda; quod si ex mente biographi (vide mox *τεσσαρακοντούτης Ἀριστοτέλης φοιτᾷ Πλάτωνι*) servanda sint, transponenda et legenda sunt ante verba *καὶ συνῆν τούτῳ κ. τ. ἑ.*, et sic se habeat locus: *μετὰ δὲ τοῦτον φοιτᾷ Πλάτωνι εἰκοσαετὴς τυγχάνων, καὶ συνῆν τούτῳ τὸν μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον εἴκοσιν ἔτη*. Ceterum observandum est Apollodorum in Chronicis (apud Diogenem Laërtium) dicere, Aristotelem septemdecim annos natum adiisse Platonem et per viginti annos hujus scholas frequentasse. —

A. Stahr bene observat, quo tempore Aristoteles Athenas venerit, id est a. 367 a. C. (Vidr. Clinton in Fastis Hell. p. 124). Platonem non Athenis sed Syracusis fuisse et inde revertisse secundum Corsinum a. 365 a. C. — Quod autem Stahr conjicit hinc fortasse factum esse ut, qui alicubi legissent Platonem tum per duos vel tres annos non Athenis fuisse, finxerint Aristotelem per hoc tempus Socratis fuisse discipulum, nimis quaesitum mihi videtur. Hoc unice verum existimo: biographi, qui Aristotelis sunt laudatores, hanc summam philosophi hujus commendationem esse putabant, si Socratis fuisset discipulus.

Pag. 3. Lin. 4 et 5. Habet MS. *πῆ δὲ συμπεριὼν αὐτῷ.....* et compendium syllabae *ην* cum accentu gravi *καὶ γῆν*. Vitiosum *συμπεριὼν* restitui in *συμπεριϊὼν*, tum nota formula nec non accentus et compendii signo ductus inserui *θάλατταν πολλήν*.

Ibid. Lin. 7. *σχολὴν....... τὸ Λύκειον*. MS. Spatium vacuum vix admittit aliam vocem praeter *Πλάτωνι*. Sed nec satis convenit haec constructio *ἀντῳκοδόμησεν Ἀριστοτέλης σχολὴν Πλάτωνι τὸ Λύκειον*, et Versio V. L. et contextus indicant nostrum scripsisse *οὐκ ἄρα ἀντῳκοδόμησεν Ἀριστοτέλης ἔτι ζῶντος Πλάτωνος τὸ Λύκειον*. Cfr. vita Arist. Pseudo-Amm. Itaque sic in textum recepi.

Ibid. Lin. 8 et 9. *ὡς Ἀριστόξενος πρῶτος ἐσυκοφάντησε, καὶ Ἀριστείδης ὕστερον.* Versio V. L. et h. l. "Sicut Aristoxenus accusavit et Aristocles postea„ et infra habet: "Sicut Aristoxenus et Aristocles posterius dicunt„ quamvis graece illic loci solum nomen Aristoxeni commemoretur. At vero quis iste h. l. apud nostrum Aristides? Aeliusne Aristides Hadriani tempore Sophista? Vitiose credo esse scriptum pro *Ἀριστοκλῆς*.

Jam quod attinet sententiam, quae tota hac phrasi inde ab *Οὐκ ἄρα ἀντῳκοδόμησεν κ. τ. ἑ.* continetur, notare lubet haec. Pleraque, quae de inimicitiis inter Platonem et Aristotelem feruntur, aut re ipsa, quod absurda sunt, refelluntur, vel seriorum tantum testimoniis nituntur, quae nec inter se congrua sunt, vel ex impuro fonte fluxerunt, id est, ex odio et invidia Platonicorum erga Peripateticos, quorum exemplum etiam multi viri eruditi Saec. XVI et XVII. secuti sunt, alii Aristotelem laudibus in coelum tollentes, alii nulla non maledicta et convicia in illum conjicientes; quum vero obtrectatores et invidi fidem exiguam, nec majorem mereantur laudatores, qui partium non veritatis studio ducti omnia laudant, difficillimum est judicare quid sit in ea re veri.

AElianus Var. Hist. Lib. IV. 9 narrat Platonem dixisse de Aristotele, "hunc in se recalcitrasse, ut muli modo geniti in matrem recalcitrare soleant„: cui quidem dicto nescio quod Platonicum inesse mihi videtur.

Idem V. H. Lib. III. 19. primam discidii causam inter Platonem et Aristotelem hanc fuisse tradit, quod hic vestitu et cultu esset elegantiore, et discipulum magister ideo vituperaverit: nec hoc abhorret, sed maxime convenit ingenio Aristotelis, qui nunquam doctor umbraticus fuit, sed in aula regum versari natus: tum Ad. Stahr in l. c. T. p. 57 nota citat Athenaeum L. 1. p. 21, ubi Hermippus idem vitium narrat de Theophrasto; videtur igitur discipulus magistri carissimi vitia etiam imitatus esse.

Jam ab omnibus viris eruditis, qui de hoc argumento scripserunt, observatum est, Aristotelem a Platone ne semel quidem memorari, quod forte accidisse vix credibile est. Porro Speusippus, non Aristoteles, Platonis fuit in academia successor: biographus noster cum aliis hoc quidem inde explicat, quod Speusippus Platonis ex sorore filius esset, sed quum multis in rebus philosophia Aristotelis differat a Platonis, jam antea discipulus saepe a magistro dissensisse, et contentiose cum illo disputasse censendus est: utrum autem rei naturae magis est consentaneum magistro succedere eum qui multa, an qui nihil in magistri doctrina sit innovaturus? Frustra enim noster biographus Platonis et Aristotelis placita inter se conciliare conatur, exemplum secutus Graecorum Aristotelis interpretum, Hieroclis, Porphyrii, aliorum. Vid. J. Th. Buhle in l. c. T. 1. p. 88.

Quo haec omnia pertineant, quisque videt: obtrectatorum et invidorum insulsas fabulas mittamus; inter Platonem et Aristotelem discidium aliquod fuisse probabile est: nec tamen odium aut invidia interfuit, ut bene noster demonstrat ex ipsis Aristotelis scriptis. Quanta reverentia et humanitate hic de magistro loquitur! Ethic. Nicom. I. 4. *τὸ δὲ καθόλου βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι καὶ διαπορῆσαι πῶς λέγεται, καίπερ προσάντους τῆς τοιαύτης ζητήσεως γινομένης διὰ τὸ φίλους ἄνδρας εἰσαγαγεῖν τὰ εἴδη. δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας· ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.* — Infra noster ut ostendat grato erga magistrum animo fuisse Aristotelem haec affert: "*εἴπερ γάρ τις ἄλλος φαίνεται ὁ Ἀριστοτέλης καταπεπληγμένος Πλάτωνα, ἐπιγράφει γὰρ εἰς αὐτόν,*

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τόνδε Πλάτωνι,

καὶ ἀλλαχοῦ περὶ αὐτοῦ φησίν·

Ἀνδρός, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις."

Quae melius leguntur in Versione V. L. et apud Pseudo-Ammonium, illa habet: "aram consecravit ei in qua scripsit ita:

Aram Aristoteles fundavit hanc Platonis
Viri, quem non est conveniens malis laudare.

Apud hunc distichon ita legitur:

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε Πλάτωνος
Ἀνδρός, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Ubi *Πλάτωνος* recte, male *ἐνιδρ.* pro *ἱδρύσατο,* ut etiam ab Ant. Westermann edit. Paris. Firm. Didot 1850 videmus restitutum. Joanni Theophilo Buhle l. c. T. I. p. 53. hoc distichon conflatum esse videtur ex fragmento, quod occurrit in commentario Olympiodori ad Gorgiam Platonis, quodque petitum dicitur ex Aristotelis elegiis ad Eudemum: sed Aristoteli adscribi non potest, quoniam in eo in tertia persona de se loquitur Aristoteles, qui mos serius demum obtinuit. Haec Buhle. — Et vero quis talia ab ipso Aristotele profecta esse putet?

Ἐλθὼν δ' ἐς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον,
Εὐσεβέως σεμνῆς φιλίης ἱδρύσατο βωμὸν
Ἀνδρός, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις·
Ὃς μόνος ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἐναργῶς,
Οἰκείῳ τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων
Ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνήρ
Οὐ νῦν δ' ἔστι λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτά ποτε.

Recte Ad. Stahr l. c. T. 1. p. 62. nihil impedire dicit, quominus credamus revera ab Aristotele Platoni dicatam esse aram, cum res per se probabilis sit; et reliquorum conjecturis nostram adjicere liceat; ex omnibus his versibus uni huic *ἀνδρὸς κ. τ. ἑ.* color

antiquus nobis inesse videtur, unus hic Aristotelis ingenio dignus, certe non a misello hujus elegiae auctore, fortasse ab ipso Aristotele confectus.

Tandem noster infra et Pseudo-Ammonius observant non potuisse Aristotelem peregrinum scholam aperire contra Platonem civem, Timotheo et Chabria hujus consanguineis tum principatum gerentibus Athenis.

Jam videamus de Aristoxeno Musico et Aristocle (cujus nomen pro Aristide reponendum esse jam supra monuimus); noster biographus longe a vero aberrat, qui censet ab his viris Aristotelem fuisse vituperatum. Aristoxenus musicus, Suida quidem teste, (Cfr. S. in voce) auditor fuit et aliorum et Aristotelis, quem defunctum contumeliis consectatus est, quod scholae successorem Theophrastum reliquisset, cum ipse magnam apud Aristotelis auditores auctoritatem obtineret: sed haec falsa esse ostendit G. L. Mahne in Diatribe de Aristoxeno Musico Amst. 1793: actum egit Ad. Stahr in l. c. T. 1. p. 52: nam Aristocle auctore (Cfr. Euseb. Praep. Evang. XV. 2) Aristoxenus Musicus fere summam Aristoteli tribuit laudem. Veri simile est Musicum Aristoxenum postea confusum esse cum alio quodam ejusdem nominis viro, Aristotelis inimico et calumniatore.

Aristocles Messenius, magister Alexandri Aphrodisiae, eximii operum Aristotelis interpretis, scripsit (Cfr. Suidas in voce) libros X de philosophia, in quibus omnes philosophos eorumque opiniones recenset:

Ibid. Lin. 4. *Πυθαΐδα* et sequitur *Πυθαΐδος*. Versio V. L. ***Pythiada genitam a Pythiade:*** Sic et alii et Sextus Empiricus adv. Mathem. I. 258. *Πυθιάδα* videtur praeferendum. Cfr. Menag. ad Diog. Laërt. T. II. p. 191.

Ibid. Lin. 8. *ἡ τῆς Ἰλιάδος ἔκδοσις*. Est illa Homeri editio, quae vulgo *ἐκ νάρθηκος* dicitur, quam Alexander pretiosae cistulae inclusam, semper secum ferebat.

Ibid. Lin. 8. *ἣν δέδωκε.* malim *ἔδωκε.*

Ibid. Lin. 11. *Καὶ τὰ ἰατρικὰ προβλήματα. . . . . Γέγραπται ὕστερον*. In Vers. V. L. non hoc loco, sed infra haec eadem, paucis exceptis, leguntur. "***Composuit autem et medicinalia problemata*** etc. ***Scripta autem est ab eo posterius historia politiarum.***„ Sed ista auctor versionis alieno posuit loco; quid enim ibi significat ***posterius?*** tum contextus perspicue docet talia ibi olim non scripta fuisse. In vita Arist. Pseud.-Amm. *ὁ μὲν οὖν Ἀριστοτέλης ἔτι νέος ὢν τὴν τῶν ἐλευθέρων παιδείαν ἐπαιδεύετο, ὡς δηλοῖ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ περὶ ποιητικῆς καὶ περὶ ποιητῶν, ἔτι μέντοι τὰ Ὁμήρου προβλήματα καὶ αἱ ῥητορικαὶ τέχναι*. Noster multa scripta addidit varii generis, ut scilicet ostenderet Aristotelem *τὴν τῶν ἐλευθέρων παιδείαν πεπαιδεῦσθαι* id est didi-

cisse poësin, rhetoricam, physicam, etc. Sed male significat Aristotelem haec omnia adolescentem scripsisse: hoc enim illum voluisse patet ex istis, *γέγραπται δὲ αὐτῷ καὶ ἡ τῶν πολιτειῶν ἱστορία ὕ σ τ ε ρ ο ν,* quae verba non habet Pseudo-Ammonius; hic ita intelligi debet: "Aristoteles adolescens egregia educatione usus est, et omnes artes eruditus quae ingenuum liberalem decent; quod patet vel ex iis, quae (postea) de his ipsis artibus scripsit.„ Recte enim J. Th. Buhle l. c. T. I. p. 84. "Quaestionum Homericarum, librorum de re poëtica et de poëtis etc. vel fragmenta virum subactae jam eruditionis et maturioris aetatis produnt.„

Ibid. Lin. 14. *καὶ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ δικαιώματα τῶν Ἑλληνίδων πόλεων.* Omnino cum hoc loco comparandum est fragmentum, quod nobis (sed corrupte) servavit Ammonius *περὶ διαφόρων λέξεων* in voce *νῆες,* ubi legitur *Δικαιώμασι τῶν πολέμων.* Restituatur *πόλεων.* Adjiciam quae a VV. DD. ad hunc Ammonii locum notata leguntur. (Edit. Valcken.) "Hanc lectionem (*πολέμων*) contra Casaubonum, qui *πόλεων* emendandam conjecerat, eximie tuetur Valesius in not. Maussaci ad Harpocrat. v. *δρυμός,* et ex fragmine, quod Ammon. servavit, libri Aristotelis argumentum subolfecit, et erudite declaravit. Nequidquam igitur *πόλεων* pro *πολέμων* Meursio placuit, et Fabricio ad Ind. Auctor.„ Jam statuere liceat, quibus

emunctae naris viris bene, quid rei subesset, suboluerit, quosque merito dicas: Emuncto lucratos esse Simone talentum.

Ibid. Lin. 16. In MS. *ὡς μεγαλορημον. . . . . ποτε.*

Ibid. Lin. 18. In MS. *ἐτῶν δὲ γενόμενος . . . . . . καὶ δέκα* Cfr. Vers. V. L.

Ibid. Lin. 19. *Τοῦ Πυθοῖ θεοῦ χρήσαντος.* Aristoteles septemdecim annos natus Athenas abiit, quo multi ingenui liberales ire solebant, ut celeberrimorum philosophorum scholas frequentarent. Noster et Pseudo-Ammonius tradunt eum oraculo Delphico consulto Athenas profectum esse et Socratem per aliquot annos audivisse. Fabulae. Socrates mortuus est a. 399 a. C., Aristoteles natus 384 a. C. Diotrephe archonte. Nec majorem fidem merentur, quae, ab inimicis Philosophi ficta, Athenaeus, Aelianus et Eusebius narrant, Aristotelem, dilapidato patrimonio, abiisse militatum, (quo non addunt) tandem hujus vitae generis pertaesum et ad saniorem mentem redeuntem Athenas ivisse, ut philosophiae studiis operam daret.

Ibid. Lin. 20. In MS. legitur *παρ' Ἀθήνῃσι φοιτᾷ* quod fluxit ex male intellecto $\overset{\theta\theta}{\alpha}$ id est *Ἀθηναίοις.*

Ibid. Lin. 21. *καὶ συνῆν . . . . . μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον*. Ita MS. Adjeci articulum.

Ibid. Lin. 23. *Εἰκοσαέτης τυγχάνων*. MS. Versio V. L. *cum eoque annos viginti versatus est, sicut ipse declarat.* Pseudo-Amm. *τελευτήσαντος δὲ τοῦ Σωκράτους φοιτᾷ Πλάτωνι, καὶ τούτῳ σύνεστιν ἔτη κ'*. Dionys. Halic. *καὶ συσταθεὶς Πλάτωνι χρόνον εἰκοσαετῆ διέτριψε σὺν αὐτῷ*. Aristoteles septemdecim annos natus Socratis fit discipulus, ut noster fabulatur, per tres annos: viginti annos natus audivit Platonem per annos viginti. Unde conjicere licet, olim scriptum fuisse *καὶ συνῆν τούτῳ τὸν μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον εἴκοσιν ἔτη εἰκοσαετὴς τυγχάνων*. et hinc fortasse fluxit accentus vitium, quod habet *εἰκοσαέτης*. Quî tamen continuo *εἰκοσαετὴς τυγχάνων* per annos viginti Platoni *συγγενέσθαι* potuit? Itaque haec postrema videntur delenda; quod si ex mente biographi (vide mox *τεσσαρακοντούτης Ἀριστοτέλης φοιτᾷ Πλάτωνι*) servanda sint, transponenda et legenda sunt ante verba *καὶ συνῆν τούτῳ κ. τ. ἑ.*, et sic se habeat locus: *μετὰ δὲ τοῦτον φοιτᾷ Πλάτωνι εἰκοσαετὴς τυγχάνων, καὶ συνῆν τούτῳ τὸν μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον εἴκοσιν ἔτη*. Ceterum observandum est Apollodorum in Chronicis (apud Diogenem Laërtium) dicere, Aristotelem septemdecim annos natum adiisse Platonem et per viginti annos hujus scholas frequentasse. —

A. Stahr bene observat, quo tempore Aristoteles Athenas venerit, id est a. 367 a. C. (Vidr. Clinton in Fastis Hell. p. 124). Platonem non Athenis sed Syracusis fuisse et inde revertisse secundum Corsinum a. 365 a. C. — Quod autem Stahr conjicit hinc fortasse factum esse ut, qui alicubi legissent Platonem tum per duos vel tres annos non Athenis fuisse, finxerint Aristotelem per hoc tempus Socratis fuisse discipulum, nimis quaesitum mihi videtur. Hoc unice verum existimo: biographi, qui Aristotelis sunt laudatores, hanc summam philosophi hujus commendationem esse putabant, si Socratis fuisset discipulus.

Pag. 3. Lin. 4 et 5. Habet MS. *πῆ δὲ συμπεριὼν αὐτῷ. . . . .* et compendium syllabae *ην* cum accentu gravi *καὶ γῆν*. Vitiosum *συμπεριὼν* restitui in *συμπεριϊὼν*, tum nota formula nec non accentus et compendii signo ductus inserui *θάλατταν πολλήν*.

Ibid. Lin. 7. *σχολὴν. . . . . . . τὸ Λύκειον.* MS. Spatium vacuum vix admittit aliam vocem praeter *Πλάτωνι*. Sed nec satis convenit haec constructio *ἀντῳκοδόμησεν Ἀριστοτέλης σχολὴν Πλάτωνι τὸ Λύκειον*, et Versio V. L. et contextus indicant nostrum scripsisse *οὐκ ἄρα ἀντῳκοδόμησεν Ἀριστοτέλης ἔτι ζῶντος Πλάτωνος τὸ Λύκειον*. Cfr. vita Arist. Pseudo-Amm. Itaque sic in textum recepi.

Ibid. Lin. 8 et 9. *ὡς Ἀριστόξενος πρῶτος ἐσυκοφάντησε, καὶ Ἀριστείδης ὕστερον.* Versio V. L. et h. l. "Sicut Aristoxenus accusavit et Aristocles postea„ et infra habet: "Sicut Aristoxenus et Aristocles posterius dicunt„ quamvis graece illic loci solum nomen Aristoxeni commemoretur. At vero quis iste h. l. apud nostrum Aristides? Aeliusne Aristides Hadriani tempore Sophista? Vitiose credo esse scriptum pro *Ἀριστοκλῆς.*

Jam quod attinet sententiam, quae tota hac phrasi inde ab *Οὐκ ἄρα ἀντῳκοδόμησεν κ. τ. ἑ.* continetur, notare lubet haec. Pleraque, quae de inimicitiis inter Platonem et Aristotelem feruntur, aut re ipsa, quod absurda sunt, refelluntur, vel seriorum tantum testimoniis nituntur, quae nec inter se congrua sunt, vel ex impuro fonte fluxerunt, id est, ex odio et invidia Platonicorum erga Peripateticos, quorum exemplum etiam multi viri eruditi Saec. XVI et XVII. secuti sunt, alii Aristotelem laudibus in coelum tollentes, alii nulla non maledicta et convicia in illum conjicientes; quum vero obtrectatores et invidi fidem exiguam, nec majorem mereantur laudatores, qui partium non veritatis studio ducti omnia laudant, difficillimum est judicare quid sit in ea re veri.

AElianus Var. Hist. Lib. IV. 9 narrat Platonem dixisse de Aristotele, "hunc in se recalcitrasse, ut muli modo geniti in matrem recalcitrare soleant„: cui quidem dicto nescio quod Platonicum inesse mihi videtur.

Idem V. H. Lib. III. 19. primam discidii causam inter Platonem et Aristotelem hanc fuisse tradit, quod hic vestitu et cultu esset elegantiore, et discipulum magister ideo vituperaverit: nec hoc abhorret, sed maxime convenit ingenio Aristotelis, qui nunquam doctor umbraticus fuit, sed in aula regum versari natus: tum Ad. Stahr in l. c. T. p. 57 nota citat Athenaeum L. 1. p. 21, ubi Hermippus idem vitium narrat de Theophrasto; videtur igitur discipulus magistri carissimi vitia etiam imitatus esse.

Jam ab omnibus viris eruditis, qui de hoc argumento scripserunt, observatum est, Aristotelem a Platone ne semel quidem memorari, quod forte accidisse vix credibile est. Porro Speusippus, non Aristoteles, Platonis fuit in academia successor: biographus noster cum aliis hoc quidem inde explicat, quod Speusippus Platonis ex sorore filius esset, sed quum multis in rebus philosophia Aristotelis differat a Platonis, jam antea discipulus saepe a magistro dissensisse, et contentiose cum illo disputasse censendus est: utrum autem rei naturae magis est consentaneum magistro succedere eum qui multa, an qui nihil in magistri doctrina sit innovaturus? Frustra enim noster biographus Platonis et Aristotelis placita inter se conciliare conatur, exemplum secutus Graecorum Aristotelis interpretum, Hieroclis, Porphyrii, aliorum. Vid. J. Th. Buhle in l. c. T. 1. p. 88.

Quo haec omnia pertineant, quisque videt: obtrectatorum et invidorum insulsas fabulas mittamus; inter Platonem et Aristotelem discidium aliquod fuisse probabile est: nec tamen odium aut invidia interfuit, ut bene noster demonstrat ex ipsis Aristotelis scriptis. Quanta reverentia et humanitate hic de magistro loquitur! Ethic. Nicom. I. 4. *τὸ δὲ καθόλου βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι καὶ διαπορῆσαι πῶς λέγεται, καίπερ προσάντους τῆς τοιαύτης ζητήσεως γινομένης διὰ τὸ φίλους ἄνδρας εἰσαγαγεῖν τὰ εἴδη. δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας· ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.* — Infra noster ut ostendat grato erga magistrum animo fuisse Aristotelem haec affert: "*εἴπερ γάρ τις ἄλλος φαίνεται ὁ Ἀριστοτέλης καταπεπληγμένος Πλάτωνα, ἐπιγράφει γὰρ εἰς αὐτὸν,*

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τόνδε Πλάτωνι,

καὶ ἀλλαχοῦ περὶ αὐτοῦ φησίν·

Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.„

Quae melius leguntur in Versione V. L. et apud Pseudo-Ammonium, illa habet: "aram consecravit ei in qua scripsit ita:

Aram Aristoteles fundavit hanc Platonis
Viri, quem non est conveniens malis laudare.

Apud hunc distichon ita legitur:

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε Πλάτωνος
Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Ubi *Πλάτωνος* recte, male *ἐνιδρ.* pro *ἱδρύσατο,* ut etiam ab Ant. Westermann edit. Paris. Firm. Didot 1850 videmus restitutum. Joanni Theophilo Buhle l. c. T. I. p. 53. hoc distichon conflatum esse videtur ex fragmento, quod occurrit in commentario Olympiodori ad Gorgiam Platonis, quodque petitum dicitur ex Aristotelis elegiis ad Eudemum: sed Aristoteli adscribi non potest, quoniam in eo in tertia persona de se loquitur Aristoteles, qui mos serius demum obtinuit. Haec Buhle. — Et vero quis talia ab ipso Aristotele profecta esse putet?

Ἐλθὼν δ' ἐς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον,
Εὐσεβέως σεμνῆς φιλίης ἱδρύσατο βωμὸν
Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις·
Ὃς μόνος ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἐναργῶς,
Οἰκείῳ τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων
Ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνὴρ
Οὐ νῦν δ' ἔστι λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτά ποτε.

Recte Ad. Stahr l. c. T. 1. p. 62. nihil impedire dicit, quominus credamus revera ab Aristotele Platoni dicatam esse aram, cum res per se probabilis sit; et reliquorum conjecturis nostram adjicere liceat; ex omnibus his versibus uni huic *ἀνδρὸς κ. τ. ἑ.* color

antiquus nobis inesse videtur, unus hic Aristotelis ingenio dignus, certe non a misello hujus elegiae auctore, fortasse ab ipso Aristotele confectus.

Tandem noster infra et Pseudo-Ammonius observant non potuisse Aristotelem peregrinum scholam aperire contra Platonem civem, Timotheo et Chabria hujus consanguineis tum principatum gerentibus Athenis.

Jam videamus de Aristoxeno Musico et Aristocle (cujus nomen pro Aristide reponendum esse jam supra monuimus); noster biographus longe a vero aberrat, qui censet ab his viris Aristotelem fuisse vituperatum. Aristoxenus musicus, Suida quidem teste, (Cfr. S. in voce) auditor fuit et aliorum et Aristotelis, quem defunctum contumeliis consectatus est, quod scholae successorem Theophrastum reliquisset, cum ipse magnam apud Aristotelis auditores auctoritatem obtineret: sed haec falsa esse ostendit G. L. Mahne in Diatribe de Aristoxeno Musico Amst. 1793: actum egit Ad. Stahr in l. c. T. 1. p. 52: nam Aristocle auctore (Cfr. Euseb. Praep. Evang. XV. 2) Aristoxenus Musicus fere summam Aristoteli tribuit laudem. Veri simile est Musicum Aristoxenum postea confusum esse cum alio quodam ejusdem nominis viro, Aristotelis inimico et calumniatore.

Aristocles Messenius, magister Alexandri Aphrodisiae, eximii operum Aristotelis interpretis, scripsit (Cfr. Suidas in voce) libros X de philosophia, in quibus omnes philosophos eorumque opiniones recenset:

hic id semper egit, ut summopere laudaret Aristotelem, eumque ab inimicorum criminibus defenderet. Cfr. Stahr l. c. Quae huic virorum eruditorum sententiae de Aristoxeno et Aristocle repugnare videntur, recte jam et alii explicarunt et Ad. Stahr l. c. quem describere nolo.

Pag. 3. Lin. 9. MS. habet *ἠκολούθησεν. . . . μέχρι.* Addidi *ἀλλά.*

Ibid. Lin. 10. *Καὶ ὅτι Πλάτων μὲν ἐτέχθη κ. τ. ἑ.* Pleraque Chronologica rectissime noster recenset: sed a morte Platonis Theophilo archonte $\frac{347}{348}$ a. C. usque ad mortem Aristotelis Philocle archonte $\frac{321}{322}$ a. C. non sunt anni XXIII. sed XXVI. Cfrr. Clintonis Fasti Hellenici in appendice p. 378. [1]). Tum, (quod etiam apud alios biographos reperitur) perperam Aristoteles

---

[1]) Si jam tres illos annos, quibus, ut biographi fabulantur, Aristoteles moratus est cum Socrate, addas annis XXIII, quibus *ὁ Ἀριστοτέλης ἐπέζησε Πλάτωνι*, annorum seriem obtinebis LXIII, de quibus omnium est consensus. — Ut res probe intelligatur, hoc tenendum, Aristotelem bis commoratum fuisse Athenis. Natus archonte Diotrephe Olympiadis LXXXXIX. anno 1°. sive 384 a. C. primum Athenas venit anno aetatis suae XVII archonte Polyzelo Olympiadis CIII. anno 2°. s. 367 a. C. et mansit per annos XX usque ad Platonis mortem anno a. C. $\frac{347}{348}$ s. Olympiadis CVIII. anno 1°. vel 2°., certe archonte Theophilo. Igitur tum Aristoteli aetas obtigerat annorum XXXVII: quibus si annumeres annos inter archontem Theophilum et Philoclem archontem, redeunt anni LXIII.

narratur cum Alexandro in Asiam profectus esse, et peregrinas adiisse regiones [1]): tandem ne verbum quidem injicitur, quod philosophus, Platone mortuo, venit Atarneam ad Hermiam, ibique mansit per annos tres, et quod post hujus necem Olympiadis CVIII. anno 4°. Eubulo archonte, sive 345 a. C. profectus est Mitylenen, et hinc, Philippo arcessente, Alexandri futurus praeceptor, in Macedoniam venit archonte Pythodoto Olympiadis CIX. anno 2°. sive 343 a. C. ubi mansit usque ad Olympiadis CXI annum 2dum s. 335 a. C. per annos VIII, quin tamen certo constet, quamdiu Alexandrum docuerit: A. Stahr opinatur per annos IV. Apollodorus, qui in Chronicis omnium accuratissime secundum temporis ordinem philosophi vitam recensuit, iter ejus ad Hermiam memoravit; noster, Pseudo-Ammonius et alii omiserunt, cujus rei causam invenire in promptu est; hi enim omnes id egerunt, ut summopere laudarent philosophum; omnino tacere igitur maluerunt de hoc itinere, quod obtrectatoribus Aristotelis imprimis ansam dedit eum accusandi.

---

[1]) Alexander M. Olympiadis CXI. anno 1°. s. 336. a. C. regno suscepto anno sequenti in Asiam trajecit in crebro comitatu habens etiam Callisthenem Aristotelis discipulum; ipse autem Aristoteles eodem anno i. e. Olympiadis CXI. anno 2°. s. a. C. 335 etiam Macedoniam reliquit, sed jam ut secundo abiret Athenas, ubi iterum mansit annos XIII donec Chalcidem concessit, mox ibi moriturus Olympiadis CXIV. anno 3°. sive 322. a. C.

Ibid. Lin. 11. *ἄρχοντος* . . . . *βιοὺς*. ita MS. Cfr. Versio V. L.

Ibid. Lin. 13. *'Αριστοτέλης δὲ τεχθεὶς ἐπὶ διοτ* . . . . *βιοὺς*. MS. Cfr. Versio V. L.

Ibid. Lin. 15. *φοιτᾷ δὲ Πλάτωνι 'Αριστοτέλης ἐπὶ να* . . . . *ἀπό*. MS. Cfr. ibid.

Ibid. Lin. 17. 18. *ἐφ' οὗ τελευτᾷ 'Αριστοτέλης ἔτη κγ'* . . . . *τωνι*. MS. Vidr. ibid.

Ibid. Lin. 18. *ὡς αὐτοὶ συκοφαντοῦντες*. MS. dedi *οὗτοι*.

Ibid. Lin. 19. *φασὶν* . . . . *σαρακοντούτης 'Αριστοτέλης φ* . . . . *οξον*. MS. Iterum Cfr. Versio V. L. Sed Eumelus apud Diog. Laërtium dicit *αὐτὸν Πλάτωνι τριακοντούτην συστῆναι*.

Ibid. Lin. 22. *τρία ἔτη ἐστὶν ἀπὸ* . . . . *Πλάτωνος*. MS.

Ibid. Lin. 22. 23. *ἀφῃρημένων τῶν κ' ἐτῶν ἃ ἐσχόλασε Πλάτωνι*. Ne quid, Versione V. L. collata, excidisse putes, animadvertas auctorem Versionis V. L. non intellexisse vim vocabuli *τεσσαρακοντούτης*, (quod

vertit XL annis immoratus est) et dein de suo novam Chronologiae constituendae iniisse rationem; vel dicendus est aliam Graecam, huic nostrae prope similem biographiam aut vertisse aut contulisse.

Pag. 4. Lin. 1. 2. *διὰ τοὺς Χαβρίαν καὶ Τιμόθεον Ἀθήνησι στρατηγήσαντας*. Ita MS. Transposui *τοὺς*; pro *Ἀθήνησι* exspectaveris *Ἀθηναίων*, sed in hujus Graecitatis auctoribus nimis cauti esse non possumus. Pseudo-Amm. *πῶς γὰρ ἠδύνατο μέγα τότε δυναμένων Χαβρίου τε καὶ Τιμοθέου τῶν Ἀθήνησι στρατηγῶν καὶ τῷ γένει προσηκόντων τῷ Πλάτωνι;*.

Ibid. Lin. 9. *ὡς ἀναθεῖναι αὐτῷ μεθ' ἑαυτῶν ἀνδριάντα*. Hujus statuae, quam Philippus et Olympias, et alterius, (vide infra) quam Athenienses Aristoteli posuerunt, nulla mentio fit apud alios scriptores.

Ibid. Lin. 10. 11. In MS. *ὁ δὲ φιλόσοφος μέγα μέρος ὢν τῆς φιλοσοφίας*. Correxi *βασιλείας* pro *φιλοσοφίας*, collato Pseudo-Ammonio, qui *ἔνθα παιδεύει Ἀλέξανδρον τὸν κτιστὴν, καὶ μέγα μέρος γέγονε τῆς τούτου βασιλείας· πολλὰ γὰρ ἐδυνήθη παρὰ τῷ βασιλεῖ, καὶ τῇ δυνάμει δεόντως ἐχρήσατο εὖ ποιῶν καὶ ἑκάστῳ ἰδίᾳ καὶ πᾶσι κοινῇ*. Cfr. et Vers. V. L.

Ibid. Lin. 14. *αἱ γεγραμμέναι αὐτῷ κατὰ τοὺς βασιλέας* MS. Restitui *πρὸς*.

Ibid. Lin. 16. In MS. *'Ερεσσός*. Sed ab aliis scribitur *'Ερεσός*, quod praeferendum, vide Cellarium.

Ibid. Lin. 19. *πείθει τὸν 'Αλέξανδρον δεύτερον κτίζειν*, quod alii narrant jam a Philippo, philosophi precibus moto, factum esse.

Ibid. Lin. 20. 21. *Καταδιδόναι* et *Κατηγόρευσαν* in MS. sed pro hoc in margine *προσηγόρευσαν*.

Pag. 5. Lin. 9. *παρὰ μίαν*. In margine MS. *παροιμία*.

Ibid. Lin. 10. *διὰ γὰρ τὸ*. Delendum videtur *γάρ*.

Ibid. Lin. 13. *οὐδὲ τότε φιλοσοφεῖν ἀποσχόμενος*. MS. adjeci *τοῦ*.

Ibid. Lin. 25. *Οὐ γὰρ ὡς 'Αριστόξενος ὕστερον*. Scribendum videtur: *οὐ γὰρ ὡς 'Αριστόξενος ἱστορεῖ, καὶ 'Αριστοκλῆς ὕστερον*. Vide supra pag. 3, tum ea, quae ad illum locum notavimus. Caeterum quum et Aristoxenus et Aristocles, sicut ibi testimoniis luculentis ostendere sumus conati, non reprehenderint, sed summopere laudaverint philosophum, inde patet quam misere auctores harum vitarum rem suam agant, nempe *ὁμωνύμους* confundentes, apta et inepta, vera et falsa miscentes, *ἀκρισίας* ministri.

Pag. 6. Lin. 1. *ὁ Ἀριστοτέλης καταπεπληγμένος Πλάτωνα.* De discipuli erga magistrum reverentia, tum de iis, qui mox sequuntur versus, cfrr. quae supra sunt notata.

Ibid. Lin. 8. MS. *κοινωνοῦντας δὲ καὶ.* Dedi *κοινωνοῦντας. Εἰ δὲ καὶ.*

Ibid. Lin. 10. *Πλάτων γάρ ἐστιν ὁ λέγων.* Vide Phaed. 91. C. *ὑμεῖς μέντοι, ἂν ἐμοὶ πείθησθε, σμικρὸν φροντίσαντες Σωκράτους, τῆς δ' ἀληθείας πολὺ μᾶλλον, ἐὰν μέν τι ὑμῖν δοκῶ ἀληθὲς λέγειν, ξυνομολογήσασθε, εἰ δὲ μὴ κ. τ. ἑ.*

Ibid. Lin. 12. *Καὶ, "ἔγωγε οὐδενὶ ἄλλῳ πρόθυμός κ. τ. ἑ.,,* Cfr. Crito 40. B. *ἐγὼ τοιοῦτος οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι ἢ τῷ λόγῳ, ὅς ἄν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται.*

Ibid. Lin. 17. Correxi *ὑπολαβόντας* pro *ἐκλαβόντας* in MS.

Ibid. Lin. 17. *ὡς καὶ τὸ κ . . . . . τὸν τοῦ οὐρανοῦ.* Cfr. Aristoteles de coelo II. 1. Init. (*οὐρανός*) *ἐστιν ἀθάνατόν τι καὶ θεῖον τῶν ἐχόντων μὲν κίνησιν, ἐχόντων δὲ τοιαύτην, ὥστε μηθὲν εἶναι πέρας αὐτῆς, ἀλλὰ μᾶλλον ταύτην τῶν ἄλλων πέρας,* Sed ibid. in

libro 1. inde a 10 usque ad finem libri philosophus ostendit *οὐρανὸν ἀγένητον ὄντα.* Versio V. L. habet, *genitum esse coelum.* Quid itaque certo reponendum sit, incertum est. Si quid tamen in re incerta conjicere liceat, *τὸ κινητὸν,* quod in textum recepi, sine ulla haesitatione probarem, (est scilicet *οὐρανός τι ἐχόντων τοιαύτην κίνησιν, ὥστε μηθὲν εἶναι πέρας αὐτῆς*) modo *ἐν τοῖς περὶ οὐρανοῦ* huic illud epitheton additum invenissem. Nullibi tamen alio loco latere in tot tantisque Aristotelis operibus quis affirmet? praesertim quum biographus noster saepius locos Aristotelis perperam citet, ut mox v. c. ubi citat *τὰ ἠθικά,* revera autem respicit locum *ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικά;* quem attulimus.

Ibid. Lin. 18. *ἐν τῇ περὶ οὐρανοῦ.* Nihil sollicitandum existimo. Cfr. in Biographis vita Hippocratis; intelligitur *βίβλος.* Caeterum negligens est noster in hujus formulae usu, modo *ἐν τῇ,* modo *ἐν τοῖς,* modo *ἐν τῷ* scribens.

Ibid. Lin. 20. *καὶ τὰς ἰδέας . . . . μετὰ τὰ φυσικά.* MS. Inserui *ἐν τοῖς.*

Ibid. Lin. 21 et 22. *Καὶ ἄλλοι ἴδια αἰσθητὰ ὑπέλαβον αὐτὰς ὁ . . . . ἀθάνατον ἵππον.* Ita legitur in MS. Versio V. L. "*et alii propria sensibilia*

arbitrati sunt ipsas ut hominem immortalem et equum. Ex his patet reponendum esse, quod fecimus, *οἷον ἄνθρωπον ἀθάνατον καὶ ἵππον*. Quod ad rem ipsam attinet, vix horum, ut nunc leguntur, quidquam intelligi potest; et biographi ipsi haud satis Platonis vel Aristotelis philosophiam intellexisse videntur. Si conjectura locum emendare, ut aliquid intelligatur, liceat, legam: *καὶ ἄλλοι ἀΐδια αἰσθητὰ ὑπέλαβον αὐτὰς* (i. e. *τὰς ἰδέας*). Scilicet qui *τὰς ἰδέας* Platonis, quae sunt *ἀΐδιοι, ἀθάνατοι*, non intelligebant, eas cum *τοῖς αἰσθητοῖς* permiscebant, quin ut unum quid idemque habebant, et sic ad *ἄνθρωπον* (*αἰσθητόν τι*) *ἀθάνατον* (*ἀΐδιόν τι*) *καὶ ἵππον* perveniebant.

Ibid. Lin. 23 et seqq. *ὅτι γὰρ οὐ βούλεται αὐτὰς παντάπασι μὴ εἶναι δηλοῖ ἐν τοῖς ἠθικοῖς λέγων δ . . . . . . εἶναι τὴν τάξιν τὴν μὲν ἐν τῷ στρατηγῷ τὴν δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ καὶ αἰτίαν . . . . καὶ ἐν τῇ*. Ita MS. Supplevi *διττὴν* et *αἰτίαν εἶναι ταύτης ἐκείνην*. Vid. Vers. V. L. ubi legimus *duplicem esse ordinem* et *alterum esse causam alterius.* Cfr. Aristotelis Metaph. XI. 10. *ἐπισκεπτέον δὲ καὶ ποτέρως ἔχει ἡ τοῦ ὅλου φύσις τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον, πότερον κεχωρισμένον τι καὶ αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἢ τὴν τάξιν, ἢ ἀμφοτέρως, ὥσπερ στράτευμα· καὶ γὰρ ἐν τῇ τάξει τὸ εὖ καὶ ὁ στρατηγός, καὶ μᾶλλον οὗτος· οὐ γὰρ οὗτος διὰ τὴν τάξιν ἀλλ'*

ἐκείνη διὰ τοῦτόν ἐστιν. Aristoteles tamen ideas abjecisse videtur. Cfr. Metaph. I. 9. τὸ δὲ λέγειν παραδείγματα αὐτὰ (id est τὰ εἴδη) εἶναι καὶ μετέχειν αὐτῶν τἆλλα κενολογεῖν ἐστι καὶ μεταφορὰς λέγειν ποιητικάς.

Pag. 7. Lin. 2. καὶ ἐν τῇ περὶ ψυχῆς τὸν κατ' ἐνέργειαν νοῦν εἶναι τὰ πράγματα. Eadem in Vers. V. L. Sed longe aliud quid habet Aristoteles de anima III. 7. fin. ὅλως δ' ὁ νοῦς ἐστὶν ὁ κατ' ἐνέργειαν τὰ πράγματα νοῶν. Fortasse apud nostrum, vel apud illum auctorem unde hausit, scriptum fuerit τὸν κατ' ἐνέργειαν τὰ πράγματα νοοῦντα νοῦν εἶναι.

Ibid. Lin. 3 et 4. καθόλου γὰρ ὁ Ἀριστοτέλης τὸ ἦθ . . . . γονεν. MS. Dedi τὸ ἦθος μέτριος γέγονεν. Nam Versio V. L. *multum namque Aristoteles moderatus fuit moribus.* Pseudo-Amm. μέτριος δὲ γέγονεν ὁ ἀνὴρ οὗτος τοῖς ἤθεσιν εἰς ὑπερβολήν.

Ibid. Lin. 4 et seqq. εἰ ἐν μὲν ταῖς κατηγορίαις φησὶ μὴ δεῖν προχείρως ἀποφαίνεσθαι, ἀλλὰ πολλάκις ἐπεσκεμμένον καὶ μὴ . . . . ειν μόνον ἄχρηστον εἶναι. MS. In Vers. V. L. *unde in praedicamentis aït;* itaque pro εἰ malim ἐπεὶ. En ipsum Aristotelis locum Categ. 7. fin. ἴσως δὲ χαλεπὸν ὑπὲρ

τῶν τοιούτων σφοδρῶς ἀποφαίνεσθαι μὴ πολλάκις ἐπεσκεμμένον. Τὸ μέντοι διηπορηκέναι ἐφ' ἑκάστου αὐτῶν οὐκ ἄχρηστόν ἐστι· Cfr. et Vers. V. L. Unde ex conjectura hiatum supplevi *μὴν οὐδὲ διαπορεῖν.*

Ibid. Lin. 7. MS. *καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ δεῖ μεμνῆσθαι ἄνθρωπον ὄντα οὐ μόνον .... καὶ τὸν ἀποδεικνύντα.* Liber de Bono memoratur etiam ab auctore Anonymo vitae Aristot. et a Diogene Laërt. in vita Arist. Cfr. J. Theoph. Buhle Aristot. opera omnia Biponti 1791. T. I. p. 62 et p. 20. Caeterum in Vers. V. L. *Oportet reminisci hominem existentem non solum bene fortunatum sed demonstrantem*: itaque Graeca hoc modo restituenda sunt: *δεῖ μεμνῆσθαι ἄνθρωπον ὄντα οὐ μόνον εὐδαίμονα ἀλλὰ καὶ ἀποδεικνύντα.* Simile quid habet Aristoteles Ethic. Magn. I. 4. *ἐν χρήσει τοίνυν τινὶ ἂν εἴη καὶ ἐνεργείᾳ ἡ εὐδαιμονία* et inferius *τῆς τελείας ἀρετῆς ἡ ἐνέργεια εὐδαιμονία.* Ibid. II. 10. *ἡ γὰρ εὐδαιμονία ἐστὶν ἐνέργεια.*

Ibid. Lin. 10. *καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς Νικομαχείοις· φίλος μὲν ὁ ἀνήρ, φίλη δε ἡ ἀ .... ἀμφοῖν δὲ* MS. Vide ipsum Aristotelis locum in libro cit. I. 4. init. *ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.*

Ibid. Lin. 12 et seqq. *καὶ ἐν τοῖς μετεώροις ὧν*

. . . . *ῦμεν τῶν δὲ ἐφαπτόμεθά τινα τρόπον καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς ἀλλ'* . . . . *γενέσθαι τοῖς ἀνθρώποις δόξας*. MS. Supplevi *ὧν τὰ μὲν ἀποροῦμεν*. Cfr. Aristot. Meteor. I. 1. *ἐν οἷς τὰ μὲν ἀποροῦμεν, τῶν δ' ἐφαπτόμεθά τινα τρόπον*. In seqq. pro *γενέσθαι* in textum posui *γίνεσθαι* quod omnes, credo, probabunt et lacunam supplevi *ἀλλ' ἀπειράκις τὰς αὐτάς*. Cfr. Aristot. de Coelo I. 3. fin. *οὐ γὰρ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλ' ἀπειράκις δεῖ νομίζειν τὰς αὐτὰς ἀφικνεῖσθαι δόξας εἰς ἡμᾶς*. Licet enim noster librum Meteor. laudet, verba ipsa, quae refert, potius e libro de Coelo petita esse videntur. Tale quid in Meteor. I. 3. *οὐ γὰρ δὴ φήσομεν ἅπαξ οὐδὲ δὶς, οὐδ' ὀλιγάκις τὰς αὐτὰς δόξας ἀνακυκλεῖν γενομένας ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἀπειράκις*.

Ibid. Lin. 17. *δοκοῦμεν καὶ* . . . . *ὁ φιλόσοφος*. MS. Versio V. L. ***Et talis quidem secundum vitam fuit philosophus:*** quae sic Graece vertimus *καὶ τοιοῦτος μὲν κατὰ τὸν βίον γέγονεν ὁ φιλόσοφος*.

Ibid. Lin. 19. *ἀνελέξατο* . . . . . *ἠθικῇ*. Inserui *τῇ μέν*.

Ibid. Lin. 20 et seqq. *τὸ τὴν εὐδαιμονίαν μήτε ἐν*

τοῖς ἐκτὸς ἀποτίθεσθαι ὡς ὁ πολὺς, μήτε ἐν τῇ ψυχῇ μόνον ὡς ὁ Πλάτων. MS. Versio V. L. *Sicut Polyaenus dicit* pro *ὡς ὁ πολύς*. Sed quid hoc loco Polyaenus? Nemo sane Macedonem Polyaenum sec. V. rhetorem, Strategematum scriptorem intelligi velit. At fuit inter amicos et sectatores Epicuri, quos hic vivus in convictu habuit, mortuus admiratores expertus est, alius Polyaenus (Vid. Jacob Brucker, Instit. Hist. Philos. de philosophia Graecorum. Lib. II. C. 13. § 4). Hunc, quippe qui seculo fere post vixit, ipse Aristoteles oppugnasse dici nequit, sed respexit fortasse noster in consarcinanda hac vita. Fieri potest; et sic biographus ad eos Epicuri obtrectatores pertinuit, qui philosophum hunc quibusvis opprobriis cumulantes, ut fecit Zeno cum tota familia, quique Stoïcos inconsiderate postea secuti sunt viri cetera doctissimi, inter absurda alia eum *τὴν εὐδαιμονίαν ἐν τοῖς ἐκτὸς ἀποτίθεσθαι* dixerunt. Sed quae ratio nostro esse potuit, ut, Epicurum tangere si voluerit, pro magistro nomen disciputi Polyaeni scriberet? Sanius quid circumspiciendum. Nempe quum *τῶν πολλῶν* ista semper opinio fuerit, sitam esse *τὴν εὐδαιμονίαν ἐν τοῖς ἐκτός*, hic philosophi cujusdam nomine nihil opus est, et, quod recepi, scriptum fuisse puto *ὡς ὁ πολὺς ὄχλος*. Sic v. c. ipse Aristoteles in Ethic. Nicom. I. 2. *οἱ πολλοὶ* aliud quid *εὐδαιμονίαν* intelligunt quam *οἱ σοφοὶ, οἱ μὲν γὰρ τῶν ἐναργῶν τι καὶ φανερῶν οἷον ἡδονὴν,*

ἢ πλοῦτον, ἢ τιμὴν κ. τ. ἑ. Ethic. Magn. I. 3. τῶν ἀγαθῶν (ἐστι) τὰ μὲν ἐν τῇ ψυχῇ, οἷον αἱ ἀρεταὶ, τὰ δὲ ἐν τῷ σώματι, οἷον ὑγίεια, κάλλος, τὰ δ' ἐκτὸς, πλοῦτος, ἀρχὴ, τιμὴ — τούτων δὲ τὰ ἐν τῇ ψυχῇ βέλτιστα.

Pag. 8. Lin. 2. τὴν πέμπτην οὐσίαν. Cfr. J Bruckeri Instit. hist. philos. De philos. Graec. Lib, II. Cap. 7. sect. 1. § 10. Intelligit noster ἐντελέχειαν, de qua Tusc. Quaest. Lib. I. C. 10 haec sunt Ciceronis: „Aristoteles longe omnibus, (Platonem semper excipio) praestans et ingenio, et diligentia, cum quatuor illa genera principiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, *quintam* quandam naturam censet esse, e qua sit mens. Cogitare enim, et providere, et discere et docere, et invenire aliquid, et tam multa alia meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi, laetari: haec et similia eorum, in horum quatuor generum nullo inesse putat. Quintum genus adhibet, vacans nomine: et sic ipsum animum, ἐντελέχειαν appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem, et perennem." De ipso vocabulo ἐντελέχεια Vidr. index Graeco-Latinus in Jo. Augusti Ernesti clavi Ciceroniana.

Ibid. Lin. 10. ἐν γὰρ τῷ πέμπτῳ τῆς φυσιολογικῆς κ. τ. ἑ. Cfr. Aristot. Phys. Acroas. V. 1. ἔστι δὲ δή τι ὃ οὔτε κατὰ συμβεβηκὸς κινεῖται οὔτε τῷ

ἄλλο τι τῶν αὑτοῦ, ἀλλὰ τῷ αὐτὸ κινεῖσθαι πρῶτον· καὶ τοῦτ' ἔστι καθ' αὑτὸ κινητόν . . . . . sive *καθ' αὑτὸ πρῶτον, οἷον ὁ ἰατρὸς ἰᾶται.* Philosophus varias rationes *κινήσεως* rerum indagat: nam *ἰᾶτρος* v. c. *ἅλλεται κατὰ συμβεβηκός* sed *ἰᾶτρος ἰᾶται αὐτὸς καθ' αὑτόν,* in illo est *μεταβολή*, in hoc non est. Quae quam male intellexerit biographus, vix monere necesse est. Nam triplex illa *κίνησις*, quam hoc loco Aristoteles recenset, *ἐν τοῖς ἐγκοσμίοις* esse vult, sub libri finem demum pergit ad *τι ὑπερκόσμιον.*

Ibid. Lin. 13 et seqq. *ἐν τῷ ὀγδόῳ τῆς φυσικῆς. κ. τ. ἑ.* Cfr. Aristot. Physic. Acroas. VIII. 5. fin. *φανερὸν τοίνυν ἐκ τούτων ὅτι ἔστι τὸ πρώτως κινοῦν ἀκίνητον· εἴ τε γὰρ εὐθὺς ἵσταται τὸ κινούμενον, ὑπό τινος δὲ κινούμενον, εἰς ἀκίνητον τὸ πρῶτον, εἴ τε εἰς κινούμενον μέν, αὐτὸ δ' αὑτὸ κινοῦν καὶ ἱστάν, ἀμφοτέρως συμβαίνει τὸ πρώτως κινοῦν ἐν ἅπασιν εἶναι τοῖς κινουμένοις ἀκίνητον.*

Ibid. Lin. 14 et seqq. *αὐτοῦ δὲ εὕρεμα καὶ ἡ λογικὴ τὰς συλλογιστικὰς μεθόδους τῶν πραγμάτων ἀπο . . . . αντος.* (Hanc terminationem indicat compendii signum quod exhibet MS.) Pseudo-Amm. *τῇ μὲν γὰρ λογικῇ προσέθηκε διακρίνας τοὺς κανόνας ἀπὸ τῶν πραγμάτων καὶ ποιήσας τὴν ἀποδεικτικὴν μέθοδον (οἱ γὰρ πάλαι ἀποδεῖξαι μὲν ᾔδεσαν,*

ἀποδείξεις δὲ ποιεῖν οὐκ ἠπίσταντο ταὐτὸ πάσχοντες τοῖς σκυτοτομεῖν μὲν μὴ δυναμένοις, ὑποδήμασι δὲ χρῆσθαι δυναμένοις). Eadem iisdem verbis habet auctor Vers. V. L. Pseudo-Ammonii loco ductus, praepositione ἀπὸ transposita, lacunam in hunc modum supplevi: μεθόδους ἀπὸ τῶν πραγμάτων διακρίναντος.

Ibid. Lin. 18. οὐ συγχωρήσω Ἀθηναίοις δὶς ἁμαρτεῖν εἰς φιλοσοφίαν. Addit Pseudo-Ammon. καὶ γὰρ ἤδη τὸν Σωκράτην ἦσαν φονεύσαντες οἱ Ἀθηναῖοι.

Ibid. Lin. 19. Ἐπεὶ δὲ τὰ καθήκοντα ἦν. MS. Sed in magine τὰ αὐτὰ καθήκοντα. Ceteroquin ut verba se illic habent, non videntur sanum reddere posse sensum; quare particulam οὐκ, quam aute ἦν excidisse puto, ibi ex conjectura reposui: tum verba περὶ τὴν τῶν Ἀθηναίων πόλιν vel in ἐν τῇ τῶν Ἀθ. πόλει commutanda vel omnino delenda esse censeo.

Ibid. Lin. 25. MS. habet ἐκεῖσε, pro ἐκεῖ. Quum Graeculi iis temporibus, quibus haec fuere scripta, soleant ejusmodi adverbia permiscere, illud ἐκεῖσε quamvis vitiosum retineri placuit, terminationem tamen, ut spuriam uncis inclusi.

Ibid. Lin. 26. ἣ φέρεται παρά τε Ἀνδρονίκῳ καὶ Πτολεμαίῳ μετα . . . πίνακ. τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. Ita MS. Diogenes Laërtius in vita Philosophi

ipsa testamenti verba refert. Athen. Deipnosoph. XIII. p. 589. C. testamentum citat. De Andronico Rhodio et Ptolemaeo lege Ad. Stahr in l. c. T. I. pag. 158 seq. In vers. V. L. *cum voluminibus* suorum tractatuum. David Armenius in Commentariis ineditis ad categorias Aristotelis (Cfr. Stahr in l. c. T. I. pag. 159) *τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων πολλῶν ὄντων χιλίων τὸν ἀριθμὸν, ὥς φησι Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ἀναγραφὴν αὐτῶν ποιησάμενος καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὴν διάθεσιν κ. τ. έ.* Quare scripsi *μετὰ τὸν πίνακα* (id est Catalogum) *τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων.*

Pag. 9. Lin. 1. et 2. *ἐπὶ ..... μὲν νικομάχῳ.* MS. Versio V. L. *dimisit autem filium Nicomachum et filiam Pythiada.* Addidi *παισὶ*, quia ita hujus farinae auctores utuntur praepositione *ἐπὶ*. Cfrr. v. c. H. Clintonis Fasti Hellen. edit. C. G. Krugeri Lipsiae 1830. p, 250. ubi fragmentum Dexippi apud Syncellum citatur: "*οὓς καὶ αὐτὸς ὁ Κάσανδρος ἀνελὼν — ἑαυτὸν Μακεδόσι βασιλέα ἀνηγόρευσεν — καὶ βασιλεύσας ἔτη ιθ', φθινάδι τε νόσῳ διαλυθεὶς ἐπὶ τρισὶν υἱοῖς Φιλίππῳ, Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ἀντιπάτρῳ.*"

Ibid. Lin. 3. *Θεοφράστῳ, φανία εὐ .... κλυτῷ.* MS. Ex Vers. L. textum restitui.

Ibid. Lin. 5. *πολλὰ μὲν δυν .... κατ'*

αὐτὸν βασιλεῦσι. MS. Versio V. L. *multa autem potuit cum regibus.* Quae Graece verti πολλὰ μὲν δυνάμενος παρὰ τοῖς κατ' αὐτὸν βασιλεῦσι.

Ibid. Lin. 7. τῇ δὲ δυνάμει ὀρ.... φιλοσοφίας χρησάμενος. Versio V. L. *plurimum autem usus est organo philosophiae.* Quum supra pro male scripto φιλοσοφίας restituerimus βασιλείας et eadem saepius bis apud nostrum occurrant, et saepe nonnulla exciderint, ut patet ex comparatione Versionis V. L., fortasse et hoc loco eadem sententia scripta fuerit τῇ δὲ δυνάμει ὀργάνῳ πρὸς εὐποιίαν χρησάμενος. In ipso tamen textu nihil mutare sum ausus, quum verba, ut se habent, tolerabilem reddant sensum, quae res supra, ubi pro φιλοσοφίας aliud nomen substitui, non erat.

Ibid. Lin. 10. ἐν τῷ περὶ οὐρανοῦ. Alibi ἐν τῇ et rursum ἐν τοῖς vide supra pag. 6. lin. 18. Ceterum de planetis locum in Aristotele indagare, aut ex probabili conjectura hiatum supplere non licuit. Hoc solum video excidisse τῶν σφαιρῶν. Multa enim Aristoteles et in libro περὶ οὐρανοῦ et in iis περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως diligenter scripsit περὶ τῶν ἀνελιττουσῶν σφαιρῶν, quum de planetarum motu ageret.

Ibid. Lin. 15. In MS. π.... θησι. Dedi προτίθησι.

Ibid. Lin. 16. *καὶ γὰρ ὅτι τὸ καθόλου οὐκ ἔστι κ. τ. ἑ.* Vide Aristot. de animo I. 1. *σκεπτέον πότερον ὁμοειδὴς ἅπασα ψυχὴ, ἢ οὔ. — νῦν μὲν γὰρ οἱ λέγοντες καὶ ζητοῦντες περὶ ψυχῆς, περὶ τῆς ἀνθρωπίνης μόνης ἐοίκασιν ἐπισκοπεῖν· εὐλαβητέον δ' ὅπως μὴ λανθάνῃ πότερον εἷς ὁ λόγος αὐτῆς ἐστὶ, καθάπερ ζῴου, ἢ καθ' ἕκαστον ἕτερος, οἷον ἵππου, κυνὸς, ἀνθρώπου, θεοῦ· τὸ δὲ ζῷον τὸ καθόλου ἤτοι οὐθέν ἐστιν ἢ ὕστερον· ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τι κοινὸν ἄλλο κατηγοροῖτο· ἔτι δ' εἰ μὴ πολλαὶ ψυχαὶ* etc. Unde discimus quaenam sint Aristotelis verba a biographo citata, quibus suam addit observationem inde a verbis *ἀσαφὲς κ. τ. ἑ.*

Mihi nunc restat ut pauca de Versione Vetere Latina dicam, praesertim quum sub finem demum peracti laboris contigerit mihi legere P. J. Nunnesii Valentini librum, quo continetur vita Aristotelis Peripateticorum principis per Ammonium seu Philoponum, addita vetere interpretatione Latina longe auctiore nunc primum ex MS. edita Lugduni Batav. ap. Joann. Diephorst anno 1621. — Nunnesius pag. 29 hujus libri: "Hujus (vet. translat.) nos exemplar tantum unicum nacti sumus, et aliquot locis satis depravatum, et aliquando mutilum: curavimus tamen, ut potuimus, illud resti-

tuere, facta comparatione cum illa vita Graeca, quae Philopono tribuitur, licet illa multo auctior hujus contentione reddatur.„ Quae autem ipse addidit, vel emendavit, praecipue haec sunt:

Post (verum etiam sibi filium adoptavit) haec deërant in MS.: *et moriens in suo testamento jussit suam filiam*, quae bene repetivit ex vita Graeca Pseudo-Ammonii.

Pag. 58. Ad illa verba: *Iliadis dictamen*, adnotat: "poëma a barbaris vocabatur dictamen, ut constat ex eorum scriptis.„

Pag. 68. Ad verba: *Sicut ipse declarat mittens Philippo*, haec scribit Nunnesius: "haec verba non leguntur in Cod. Graeco: (Sc. Pseudo-Ammonii seu Philoponi) illa tamen sic accipio, ut mittens sit Graece ἐπιστέλλων.„ Rectissime conjecit, quod apud nostrum in Graeca vita nunc legitur.

Pag. 75. *Plato autem natus fuit Diotimo* in MS. legebatur *Dictymo.*

Pag. 83. Ad illa: *Sicut Philochorus historizavit*, sic habet: "Sic emendavimus, cum in MS. legeretur *Philotolus.* Philochorus historicus clarissimus fuit Atheniensis, de quo Suidas: is scripserat praeter alia XVII libros rerum Atticarum, qui a priscis scriptoribus passim citantur.

Pag. 86. Ad illa: *Aristoteles autem nutritus est in Macedonia*, haec scribit: "locus plane corruptus, quasi hic interpres legisset *τρέφεται*, cum in codice Graeco (Amm.) legatur aperte *ἔρχεται*. Reponendum igitur, *profectus est in Macedoniam*.„ Apud nostrum *στέλλεται εἰς Μακεδονίαν* quod non intellexisse videtur interpres.

Pag. 88. Ad illa: *Quod sibi construxerunt vel constituerunt cum eis statuam*. Buhlius tamen habet (ut nos etiam edidimus) *illi construxerunt* et *cum suis statuam*, dein Nunn. habet haec: "quod autem scribit *construxerunt*, *vel constituerunt*, idem video factitatum saepe in veteri tralatione, quam habeo M. S. commentariorum Graecorum in Aristot. Nicomachia: quod modestiae interpretis tribuendum, ut integrum sit, utro velit quis verbo Graecum reddere.„

Pag. 89. Ad verba: *potentia decenter usus est benefaciens*. "Illud *decenter* interposui ex Graeco exemplari, in quo erat *δεόντως*, cum in Latin. Translat. plane abesset. J. Th. Buhle pro *decenter* habet *opportune:* sed ex comparatione Translat. Vet. cum Graeca nostra patet jam in Vet. Transl. olim nec *decenter*, nec *opportune* fuisse scriptum. Idem observandum in proxime sequentibus (pag. 89) ad illa: *missae ab eo epistolae commendaticiae ad regem*, ubi Nunnesius ex

Ammonio addidit τὸ *commendaticiae*, "quod in Vetere Translat. desiderabatur„: apud Buhlium in Vet. Transl. τὸ *commendaticiae* rursus omissum est, et recte quidem, ut nunc scimus, nam neque in Graeca nostra legitur *συστατικαί*, ut apud Pseudo-Amm. seu Philoponum.

Pag. 94. Ad illa: *Scripsit Alexandro librum unum de regno*, iterum Nunnesius: "restitui τὸ *unum* ex Graeca Vita (Amm.) ubi *ἐν ἑνὶ μονοβίβλῳ περὶ βασιλείας* legitur„: Sed neque ἓν legitur in Graeca nostra.

Pag. 95. *Juvene autem existente — et ultro anticipatur* — hic locus recte a Nunnesio perobscurus et mendacii suspectus vocatur: Sed Buhlius haec: *et ultro anticipatur*, uti etiam in fine *Plama* uncis inclusit, uti et nos, qui in edenda Versione V. L. Buhlium secuti sumus.

Pag. 123. *Addidit autem philosophiae plura*, *quae ipse invenit*. Nunn. "legebatur in V. T. *elegit*, quasi Graece legeretur *ἥρηκε*, pro quo ego malui *εὕρηκε* minima mutatione, atque ita reposui *invenit.*„ Ex Graeca nostra discas et interpretem habuisse *ἀνελέξατο:* itaque *elegit* non mutandum est. Dein interpres fortasse vertit non *quae* sed *quam quae elegit.*

Pag. 127. Ad illa: *Philosophiae autem addidit quintam essentiam*, haec est Nunnesii nota: "hoc loco in Graeca Vita (Amm. s. Philop.) legitur verius *Physicae* — fortasse legebatur *Physicae*, et ex compendio scripturae manavit error, aut quod melius *Physiologiae*, quo verbo utitur M. Tullius.„ Rectissime Nunnesius; nam in Graeca nostra *τῇ δὲ φυσιολογίᾳ*.

Pag. 163. Ad illa: *non discedere ab evidentia. Composuit autem* etc. "Suspicor lacunam hic esse: neque desiderari tantum illa verba, quae ego addidi: *ab evidentia et composuit*, sed etiam plura.„ Rectissime addidit Nunnesius: Cfr. vita nostra Graeca, in qua leges: *Ἴδιον δὲ τῆς Ἀριστοτέλους φιλοσοφίας τὸ μὴ ἀφίστασθαι τῶν ἐναργῶν*.

THESES.

I.

Intelligi non possunt verba Homeri in Iliade IX. 230. σαωσέμεν ἢ ἀπολέσθαι. Emendandum est σόας ἔμεν pro σαωσέμεν.

II.

Ibid. vs. 327. pro μαρνάμενος reponendum est μαρναμένοις.

III.

In Odysseae libro XI. 483. rescribendum est μακάρτερος pro μακάρτατος.

IV.

Portentose corruptus est vs. 59 Hymni in Apollinem:

δηρὸν ἄναξ εἰ βόσκοις θεοὶ κέ σ' αἰὲν ἔχωσιν.

poëta dederat:

κνίση δέ τοι ἄσπετος αἰεί
δημοῦ ἀναΐξει, βοσκήσεις θ' οἵ κέ σ' ἔχωσιν.

V.

Apud Herodotum III. 45. τῷ ἐπίκουροί τε μισθωτοὶ καὶ τοξόται οἰκήϊοι ἔσαν πλήθεϊ πολλοί, aliena manus inseruit μισθωτοί.

VI.

Ibid. pro εἶχε ἑτοίμους legendum est εἶχε ἑτοίμως, id est ἑτοῖμος ἦν.

VII.

Ibid. III. 46. τὰ μὲν πρῶτα λεχθέντα ἐπιλεληθέναι emendandum est ἐπιλελῆσθαι.

VIII.

Ibid. VI. 133. in fine. ἄλλα τε ἐπιφραζόμενοι, καὶ τῇ μάλιστα ἔσκε ἑκάστοτε ἐπίμαχον τοῦ τείχεος,

τοῦτο ἅμα νυκτὶ ἐξήρετο. Locus emendandus *ἄλλα τε ἐπιφρασσόμενοι, καὶ τῇ μάλιστα ἔσκε ἑκάστοτε ἐπίμαχον τοῦ τείχεός τι, τοῦτο κ. τ. ἑ.*

IX.

Ibid. IX. 60. Ferri non potest lectio *συνοίδαμεν* — verum est *σύνιδμεν.* —

X.

Euripid. Androm. v. 401. Qui h. l. in edit. J. Barnesii insertus legitur versus

καὶ παῖδ' ἀπὸ βληθέντα περγάμων ἄκρων

merito ab Editoribus fuit rejectus.

XI.

Xenoph. Anab. I. 3. 14. Ejicienda sunt, quae inter parentheseos signa efferuntur *ἡ δ' ἀγορὰ ἦν ἐν τῷ βαρβαρικῷ στρατεύματι.*

XII.

Ibid. 10. 17. *εἰ αὐτοῦ μείναντες τὰ σκευοφόρα ἄγοιντο.* corrige *μένοντες.*

XIII.

Ibid. IV. 8. 14. *ἐμποδὼν τὸ μὴ ἤδη εἶναι.* Om-

nino retinendum videtur, quod jam editum fuisse videmus *ἐμποδὼν τοῦ μὴ κ. τ. ἑ.*

XIV.

Ibid. V. 2. 4. *ἐγένοντο οἱ διαβάντες πλείους ἢ εἰς δισχιλίους ἀνθρώπους* et ibid. § 17. *παίουσιν ἐκδεδραμηκότες τοὺς ἔνδον ἀνθρώπους*. Utroqne loco illud *ἀνθρώπους* glossam sapit, quae exstirpetur.

XV.

Ibid. § 5. *καὶ γὰρ τάφρος ἦν περὶ αὐτὸ εὐρεῖα ἀναβεβλημένη*. Perperam nonnulli interpretes intelligere mihi videntur aliam, praeter supra § 3 commemoratam *χαράδραν, τὸ χωρίον* circumductam fossam: quare inseratur articulus et legatur *ἦν γὰρ ἡ τάφρος ἡ περὶ αὐτὸ εὐρεῖα ἀναβεβλημένη*.

XVI.

Ibid. § 11. *ἐκέλευσε τὸν λόχον ἕκαστον ποιῆσαι τῶν λοχαγῶν ὡς ἂν κράτιστα οἴηται ἀγωνιεῖσθαι*. Haec sic legi malim: *ἐκέλευσε τῶν λοχαγῶν ἕκαστον ποιῆσαι τὸν λόχον, ὡς ἂν κ. τ. ἑ.*

XVII.

Ibid. § 13 et 14. In iis, quae ibidem leguntur alius aliter protasin cum apodosi constituit. Verba: *καὶ*

ἀλλήλους μὲν δὴ συνεώρων· μηνοειδὴς γὰρ διὰ τὸ χωρίον ἡ τάξις ἦν in parenthesi dicta sunto: protasis quae est bimembris, ita quidem vt utrumque membrum rursus binis constet partibus, desinat in verba: ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο· ordiatur apodosis ab ἅμα τε τῷ Ἐνυαλίῳ κ. τ. ἑ. usque ad finem sententiae.

XVIII.

Ibid. 3. 5. καὶ ἐπέγραψε τό τε αὑτοῦ ὄνομα καὶ τὸ Προξένου, ὃς σὺν Κλεάρχῳ ἀπέθανε· ξένος γὰρ ἦν αὐτοῦ. Quae nomen Proxeni sequuntur, glossatoris (ut multa sunt in toto hoc capite) habenda sunt verba,

XIX.

Ibid. § 6. κατοικοῦντος ἤδη αὐτοῦ ἐν Σκιλλοῦντι παρὰ τὴν Ὀλυμπίαν ἀφικνεῖται κ. τ. ἑ. Legebatur olim ἐν Σκιλλοῦντι ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων οἰκισθέντι παρὰ τὴν Ὀλυμπίαν. praeter ejecta delenda etiam sunt παρὰ τὴν Ὀλυμπίαν.

XX.

Ibid. 4. 6. In verbis καὶ τὸ λοιπὸν ὑμῶν ὑπηκόους εἶναι τούτους. Vel hoc εἶναι in ἔχειν vel illud καὶ in ὥστε mutandum.

XXI.

Ibid. 8 3. ὁμολογῶ καὶ τῶν ὄνων ὑβριστότερος

εἶναι, οἷς φασὶν ὑπὸ τῆς ὕβρεως κόπον οὐκ ἐγγίγνεσθαι. Delenda sunt verba *οἷς φασὶν — ἐγγίγνεσθαι.*

XXII.

Xenoph. Cyrop. I. 3. 15. *δοκῶ κράτιστος εἶναι, ὦ μῆτερ, καὶ τοξεύων, καὶ ἀκοντίζων.* Legatur *τοξεύειν, καὶ ἀκοντίζειν.*

XXXIII.

Ibid. IV. 2. 3. *ἔδοξεν αὐτοῖς νῦν καλὸν εἶναι ἀποστῆναι.* Lege *καιρὸς εἶναι.*

XXIV.

Ibid. § 10. *οἱ δὲ* (sc. *ἐξῆσαν*) *καὶ ἐλπίδας ἔχοντες, διὰ τὸ ἄνδρα φαίνεσθαι ἀγαθὸν, καὶ εὐτυχῆ καὶ μέγαν ἔτι ἰσχυρῶς ἔσεσθαι αὐτόν· οἱ δὲ, ὅτε ἐτρέφετο ἐν Μήδοις, εἴ τι ἀγαθόν τῳ συνέπραξεν, ἀντιχαρίζεσθαι ἐβούλοντο* pro hoc postremo omnino *βουλόμενοι.*

XXV.

Ibid. §. 13. *ἐὰν δ' ἐξαπατᾶτε [οὕτω νομίζομεν ἔχειν] ὡς οὐκ ἡμᾶς ἐφ' ὑμῖν ἔσεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον, ἐὰν οἱ θεοὶ βούλωνται, ὑμᾶς ἐφ' ἡμῖν [γενέσθαι].* Quae uncis inclusimus, delenda censemus.

XXVI.

Ibid. § 15. *ὡς δ' εὔζωνοί [τε καὶ ταχὺ] ἐπορεύοντο, [εἰκότως πολλήν τε ὁδὸν διήνυσαν, καὶ] ἅμα κνέφᾳ πλησίον γίγνονται τοῦ τῶν Ὑρκανίων στρατεύματος.* Quae uncis inclusa dedimus, manifesta glossatoris sunt additamenta.

XXVII.

Ibid. VIII. 7. 28. *ταῦτ' εἰπὼν, καὶ πάντας δεξιωσάμενος συνεκαλύψατο.* Imo *ἐνεκαλύψατο.*

XXVIII.

Recte et Valckenarius et Fischerus caput 8vum libri VIII. Cyrop. Xenoph. totum spurium judicarunt.

XXIX.

Plato Apol. Socrat. 17. B. *οὐ μέντοι — κεκαλλιεπημένους γε λόγους, ὥσπερ οἱ τούτων, ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασιν, οὐδὲ κεκοσμημένους, ἀλλ' κ. τ. ἑ. ῥήμασι* et quae sequuntur usque ad *ἀλλ'* glossema continent, quod deleatur.

XXX.

Ibid. 40. B. *ἐμοὶ δ' οὔτ' ἐξιόντι ἕωθεν οἴκοθεν ἠναντιώθη τὸ τοῦ θεοῦ σημεῖον, οὐθ' ἡνίκα ἀνέ-*

βαινον ἐνταυθοῖ ἐπὶ τὸ δικαστήριον. In his et *οἴκοθεν* et *ἐπὶ τὸ δικαστήριον* scribarum sunt additamenta.

XXXI.

Apud Polybium XI. 31. *διόπερ οὐδὲ προσδέξασθαι συναγωνιστὴν Ἰβήρων οὐδένα καθάπαξ ἔφη* (Scipio) *δι' αὐτῶν δὲ Ῥωμαίων συστήσασθαι τὸν κίνδυνον,* vera lectio est *προσδέξεσθαι* et *συστήσεσθαι.*

XXXII.

Ubicumque verbis *φημί, λέγω, ὁμολογῶ, ὑπισχνοῦμαι, ὄμνυμι* similibusque *aoristus* in libris additur cum *futuri* temporis significatione scribae vitium subest.

XXXIII.

Perperam Bekkerus edidit apud Polybium XII. 23. *ἐκεῖνος* (Callisthenes) *μὲν οὖν ἀποθεοῦν τὸν Ἀλέξανδρον οὐκ ἐβουλήθη.* Expungenda est negatio *οὐκ.*

XXXIV.

Apud Ciceronem in Verrem II. 40. § 98: citatus accusator — non respondet, *non adfuit;* duo ultima verba spuria sunt.

XXXV.

Ibid. II. 71. § 174. interpolata sunt verba: *publicanorum judicio.*

XXXVI.

Ibid. III. 72. § 168. Si publicani, *hoc est, si equites Romani*, judicarent. Interpolatori debentur verba *hoc est, si equites Romani.*

XXXVII.

Ibid. III. 94. § 219. Insiticia verba sunt *pecunias eo nomine capi.*

XXXVIII.

Apud Ciceronem pro Fonteio X. § 22. Vos tamen cum Gallis *jurare* malitis, corrige *stare* pro *jurare.*

XXXIX.

Apud Ciceronem in Orat. II. de lege agraria XX. § 53. agros quos tuo labore cepisti, ego mea lege vendam. supple: quos *tu* tuo labore cepisti.

XL.

In Ciceronis Bruto c. 17. Verba: "et adde numeros, et aptior sit oratio„ delenda sunt.

XLI.

Caesar de bello Gallico L. I. c. 33. Ipse autem Ariovistus tantos sibi spiritus, tantam adrogantiam sumserat, ut ferendus non videretur. Dele: *tantam adrogantiam.*

XLII.

Sallust. Bell. Catilin. c. 23. Cui cum minus gratus esset, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians maria montesque polliceri coepit. Legendum videtur *auri montes.*

XLIII.

Plinius. H. N. XXX. 4. bovem ita *inflammat* (sc. bupressis) ut rumpat. Lege *inflat.*

XLIV.

Apud Justinum II. 6. Aliena manus inseruit verba: *eodem innati solo, quod incolunt.*

XLV.

Ibid. VI. 5. Itaque quae incensa fuerunt praedarum *sumtu* — restituit. Lege *fructu.*

XLVI.

Ibid. VIII. 1. Quasi *parva supplicia* caedibus et rapinis luissent, emenda *parum supplicii.*

XLVII.

Ibid. IX. 3. "legationibus Graeciam fatigant, communem hostem *putant* communibus viribus submovendum,„ expunge, quod sciolus interposuit, *putant.*

XLVIII.

Ibid. IX. 7. aegre a filii caede amicorum precibus *exoratus*, imo vero *revocatus.*

XLIX.

Horatius. Satir. Lib. I. 3. 44—46.

strabonem
Appellat Paetum pater, et pullum, male parvus
Si cui filius est.
Lege *et Paulum* pro et pullum.

L.

Horatius. Epist. Lib. I. 2. 31.
Ad strepitum citharae cessatum ducere curam.
Correxit Bentleius: *cessantem ducere somnum.*
Malo: *cessantem ducere noctem.*

LI.

Ut animi ingeniique in juvene vires ad egregiam institutionem efformentur, omnium maxime facit prima a matre familias profecta educatio domestica.

LII.

Experientia duce statuere licet adolescentum institutionem ordiendam esse ab ejusmodi studiorum genere, quod sua vi animos eorum dulci sensu perfundat.

LIII.

Eorum magnopere probamus sententiam, qui ad altiora doctrinarum studia efformandos juvenes rerum mathematicarum, physicarum, linguarumque recentiorum disciplinis nostro praesertim tempore censent imbuendos, eos tamen his vitam et sensum adimere contendimus, qui id cum detrimento operae doctarum, quas dicunt, linguarum studiis dandae suadeant.

LIV.

Vernacula doceri lingua disciplinas earum scientiarum, quae non proxime cum ipsa veterum linguarum cognitione cohaerent, laudamus; qui vero ideo aliquid de literarum veterum studiis remitti posse existimant, turpissimo in ipsius humanitatis probrum errore laborare censemus.

LV.

Philosophiae contemplativae neglectus ad graves eosque turpes ducat errores necesse est; naturalis cum in dies felici temporum nostrorum eventu longius longiusque progrediatur, contemplativa nec serva subsequatur, nec socia comitetur, sed dux praecedat oportet.

LVI.

Auctor Versionis Vetustae Latinae non eandem, quam nos edidimus Aristotelis biographiam, sed proxime similem, sive vetustiorem ex qua nostra fuit desumta, sive novam ex nostra conflatam, vertisse videtur.

LVII.

Imperiti fuit Grammatici, qui e quatuor Anonymi Aristot. vitae subscriptis versibus unum in Aristotelem effinxit epigramma. Imo duo sunt. Scripserat prior Aristotelis inimicus:

Σμικρός, φαλακρός, τραυλὸς ὁ Σταγειρίτης,
Λάγνος, προγάστωρ, παλλακαῖς συνημμένος.

alter amicus in hunc maledicum illis subscripsit hos:

Ἀναλφάβητος οὑτοσὶ στιχογράφος,
Ἄνους, ἄφρων, ἄγροικος, αὐθάδης, λάλος.

PORPHYRII

DE

PHILOSOPHIA EX ORACULIS HAURIENDA

LIBRORUM RELIQUIAE.

EDIDIT

GUSTAVUS WOLFF.

BEROLINI

IMPENSIS IULII SPRINGERI.

MDCCCLVI.

INDEX CAPITUM.

PORPHYRII

DE

PHILOSOPHIA EX ORACULIS HAURIENDA

LIBRORUM RELIQUIAE.

PRAEFATIO.

Quomodo saepe in scena videmus viros ingenio moribusque haud mediocres rem aliquam, quam sibi mente finxerint honestam esse et egregiam, summo opere et studio amplecti atque fovere, tamen, quum necessitas atque leges divinae obstent, neque id consequantur quod appetiverint, neque ipsi gravem fugiant ruinam, ὀψὲ τὴν δίκην ὁρῶντες, ut ait Sophocles: ita ultimi etiam veterum deorum patroni moribus casti et incorrupti, laboribus indefessi, veritatis et sapientiae sinceri scrutatores, impari in Christi doctrinam bello suscepto frustra moliti sunt pristinam noctem, quamvis quasi stellis multis et ardentibus illustratam, novae luci offundere. Platonici praesertim, Ammonius Saccas, Plotinus, Porphyrius, Iamblichus, alii, Sisyphi instar, qui „versat

„saxum sudans nitendo, neque proficit hilum,"

irrito illo labore contendebant, quamquam vitam ipsi degebant eam quam ne atrocissimi quidem adversarii in animum inducerent reprehendere; velut Plotino ut orborum viduarumque fortunas patrociniaque committerent undique et Romanos et peregrinos homines concurrisse constat. Quid autem mirum, si obstinatis illi animis deos tenebant, quos sapientissimorum philosophorum placitis, suavissimorum poetarum carminibus, nobilissimorum artificum simulacris templisque, tota denique gentium egregiarum vita et rebus gestis tanquam celebratos viderant, quid mirum, si novam doctrinam horrebant, quae illa omnia iamiam funditus pervertere videretur? Atque ita imperatores extiterunt Traianus, Hadrianus, Anto-

nini Pius et Philosophus, qui praeclaris artium monumentis monumenta non minus praeclara adiicerent, ita rhetores, qui hominum animos ad Homeri ceterorumque poetarum admirationem, sermonem vulgi ad Atticam elegantiam et venustatem revocarent. Quorum studia arctissime cum deorum cultu cohaerebant. Namque imperatores illi novorum numinum, quorum notitiam ex Oriente ceperant, cum simulacris et delubris etiam sacra et religionem in Romani imperii fines introduxerunt, non deos diversos, sed diis Graecis Romanisque natura aequales, forma differentes se repperisse rati. Rhetorum autem quorundam pietatis luculentum Aelius Aristides praebet exemplum, qui peregrinantium apud nostrates sacerdotum instar, orationes per Asiae urbes magna hominum frequentia habuit, Iovem, Minervam, Neptunum, Bacchum, Herculem, Aesculapium, Sarapim deinceps singulis declamationibus praedicans. Atque etiam philosophi non evertere Graecorum sapientum opiniones, sed explicare et continuare sibi videbantur, quamvis multa ex Oriente hausissent. Nam ipsa plerorumque Oriens erat patria. Calvisius Taurus fuit Berytensis, Maximus fuit Tyrius, Numenius Apameensis, Potamo et Ammonius Saccas Alexandrini, Plotinus Aegyptius Lycopolitanus, Porphyrius et Iamblichus Syri; multi alii Syri et Cappadoces. Accidit enim tum, quod et in singulis hominibus et in universis civitatibus fieri solet, ut gentes nuper ad sacrorum doctrinaeque communionem convocatae fervore et studiis eos, qui convocaverant, superarent.

Horum igitur philosophorum Porphyrius, scriptor impiger et doctrina insignis, inter acerrimos erat Christianorum adversarios. Tamen Christum ipsum in libris περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας haud exiguis laudibus effert, neque divinum fuisse negat, sed in heroum refert numerum. Haud pauca iidem libri de cultu deorum, de arcanis Chaldaeorum artibus, de veterum institutis continent lectu dignissima. Quorum reliquias quum, ut omnem oraculorum poesim, dispersas iacere viderem ac neglectas, et collegi et, ut potui, emendavi, ad quasdam etiam codice usus, et explicui ita ut quae annotationis modum atque ambitum excedere viderentur, commentariolis nonnullis sub libri finem comprehenderem: veluti ea quae de daemonibus et angelis philosophi Graeci sentirent, quomodo simulacra

Graeci consecrassent, quas volucres sacrificassent. Praeterea ne quid certo de Porphyrii disputatione iudicio deesset, inquisivi quando confecta esset et quae inter eam et alias eiusdem viri disputationes ratio intercederet, qui possent fontes esse ex quibus hauriret, quae oraculorum allatorum fides esse videretur. Quare a vita Porphyrii orsus sum, quam quum nondum satis subtiliter scriptam esse et ex libris philosophi nuper primum editis explanari posse intellexissem, denuo narravi; perscrutatus deinde, quo tempore singulae commentationes confectae editaeque essent, tres vitae fuisse partes inter se diversas demonstravi. Dum enim Athenis Longinum audit (i. e. ab a. 252 usque ad a. 262), et scriptores veteres, praecipue Homerum, et cultum deorum ita fere tuitus interpretatusque est, ut antiquitas tradiderat; primis commorationis Romanae annis quum veteres neque inter se constare neque cum summae philosophiae ratione consentire cognovisset, et sub verbis scriptorum et sub institutis sacrorum reconditam aliquam et celsam subtilemque sententiam subiecit; postremo aliquanto ante a. 267, quo urbem Plotinique scholas reliquit, missis prorsus et abiectis Homero cultuque deorum totum sese puriori dedit philosophiae.

In prima vitae parte scripsit de oraculis. At ipsa ista oracula genuinane sunt an subditicia? Nam nullum eorum ab ullo vetustiore scriptore traditur, plurima et vocabulorum delectu et numerorum ratione posteriorem litterarum Alexandrinarum aetatem redolent. — Potuerunt tamen genuina esse, id est fusa in deorum templis. Nondum enim obmutuisse numina fatidica Porphyrii tempore, nuper ostendi*; fuisse vaticinationum corpora, ex quibus Porphyrius haurire posset, nunc probavi; composui enim veterum scriptorum, qui responsa divina collegerunt, nomina. — Atqui quum permulta Porphyrii oracula non hexametris, sed aliis numeris sint composita, nonne ea certe fraudis speciem aperte prae se ferunt? — De qua re ut scirem quid statuendum esset, oracula congessi quaecunque vincta quidem oratione, non tamen hexametris scripta traduntur. Ita intellexi, trimetros iambicos Delphis vel Harpagi tempore, sub imperatoribus versus elegiacos Delphis, tetrametros trochaicos Clari

* De novissima oraculorum aetate. Berol. Springeri impensis, 1854, ch. 4.

esse editos: dimetros troch. et tetrametros anapaest. apud unum Porphyrium reperiri. Accedit ut idem Hecatae quoque aliorumque deorum oracula afferat, qui nunquam vatum ore in templis, sed per somnia tantum se offerentes aut artibus arcanis evocati patefacere res venientes sint crediti. Sed huiusmodi quoque responsa in numerorum formam redacta circumferri exemplis haud paucis ostendi, et qui scriptores somnia collegerint exposui. His rebus omnibus perpensis censui, alia Porphyrii oracula vatum ore in templis, alia incubantibus evocantibusque data esse, alia conficta a Graecis grammaticis, Platonicis, doctrina Orientis imbutis, alia etiam ab Iudaeis Graece doctis: Porphyrium, quum tam litteris eruditus quam iudicio parum sagax esset, non fefellisse, sed ipsum esse falsum. Vera enim ille deorum responsa censuit; quae Christianis opposuit, ne soli doctrinam divinitus accepisse viderentur. Atque ita rem confecit, ut primo libro de diis disputaret, altero de daemonibus, tertio de heroibus: neque enim plures fuisse libros ex codice Neapolitano argumentatus sum.

Horum librorum reliquiis oracula quaedam Porphyrio posteriora quasi additamentum adieci, quia Steuchus Eugubinus, qui edidit primus, Porphyrii esse dixit. Quamquam erroris quidem vir eruditissimus eodem illo codice Neapolitano coarguitur. Postremo ne quem rerum turbaret varietas, indicibus providi.

CAPUT I.

VITA PORPHYRII.[1]

Malchus, Malchi f.[2], Tyrius[3], qui, postquam Longinus, celeber

[1] De Porphyrii vita et scriptis Luc. Holstenius ad eius libros περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων quattuor, ἀφορμῶν πρὸς τὰ νοητά duos, de antro Nympharum et de Styge singulos Rom. 1630. Cantabr. 1655 ch. octonis editos praefatus est. Repetiit vitam Fabric. bibl. Gr. lib. 4. part. 2. cap. 27, notulis et librorum Porphyrii omnium recensu adiectis. Horum ab utroque quum haud paucis in rebus mihi recedendum esset, plane nulli usui mihi Val. Parisoti, professoris Redonensis, fuit liber: „E maiore volumine excerpta, cui inscriptio est de Porphyrio tria tmemata.“ Paris. 1845. ch. 8. Maius illud volumen Parisiis quaerendum frustra curavi, neque prelo subiectum esse unquam arbitror. Excerpta autem quae dicit, sermone Latino obscuro et quaesito et aetate linguae ferrea multo magis ferreo, praeterea compendiis miris et nove inventis significata magis quam scripta, vitam Porphyrii et libros et philosophiam ita exponunt, ut nihil incerti maneret; scilicet Parisotus comperit, quis esset pater et quando mortuus et quantae eius fortunae; ne pilum quidem omittit. Illud unum dolendum est, haec omnia ab ipso esse excogitata.

[2] Porphyr. vit. Plotini (cuius editiones novissimae Creuzeri sunt enneadibus Plotini praemissa Oxon. 1836. ch. quaternis, et Westermanni cum Creuzero fere consentiens Paris. ap. Didot. 1850. ch. 8 mai. Diogeni Laertio annexa) cap. 17: Βασιλεὺς δὲ τοὔνομα τῷ Πορφυρίῳ ἐμοὶ προσῆν, κατὰ μὲν πάτριον διάλεκτον Μάλχῳ κεκλημένῳ· ὅπερ μοι καὶ ὁ πατὴρ ὄνομα κέκλητο. Malchus Arabis nomen apud Ioseph. 13. 5. 1 est. De Malcho Philadelpheno, quod Palaestinae fuit oppidum, sophista et rerum Byzant. scriptore Voss. hist. gr. p. 318 Westerm. C. Mueller fr. hist. gr. tom. 4. p. 111. Alius in sepulcri Syriaci prope Beroeam reperti inscriptione Graeca 4455 nominatur: Μάλχος Μενάνδρου: „Iulius Aurelius Zenobius, qui etiam Zabdilas, Malchi f. Malchi n.“ in anni 241 inscr. Palmyrena 4483. Euseb. Hieronymus Malchi, captivi monachi, vitam scripsit, de quo in opp. ed. Basil. a Froben. a. 1516 impressae f. max. tom. 1 fol. 116 c ait: „Erat igitur illic quidam senex nomine Malchus, quem nos Latine regem possumus dicere, Syrus natione et lingua et revera αὐτόχθων.“ Idem nomen Μάλιχος est in inscr. 4500 et 4504; inde Μαλχίων in inscr. Syr. 4647, Μαλιχίων in inscr. Palaestinae 4558. Malechus Persarum posteriorum magistratus erat Surena inferior. Amm. Marc. 24. 2. 4.

[3] Bataneota dicitur a S. Hieron. in epistulae ad Galatas datae prae-

ille rhetor Atheniensis, nomen Punicum Graece vertit[1], Porphyrius nominari solebat, haud obscuro loco[2] anno p. Chr. n. ducentesimo tricesimo secundo natus est[3]. Puer quamquam Tyri habitabat, ali-

fatione p. 156 a, et inter eos qui adversus Christianos scripserint, Bataneota appellatur a Celso ap. Chrysost. homiliae in epistolam ad Corinth. primam sextae p. 58 a, id quod non potest non ad eundem Porphyrium referri. Natus igitur est Bataneae, Iudaeorum vico non procul a Caesarea sito. Ipse tamen Porphyrius nunquam se nisi Tyrium appellat. Disputarunt de hac quaestione Tillemont. hist. des empereurs Rom. IV p. 29, qui aut vicum illum sub Tyriorum fuisse ditione, aut gentem Porphyrii Tyriam fuisse censet, Nic. Aug. Gundling. de Porph. Bataneote in Gundlingianis part. XL p. 444 sqq. Ch. A. Heumann. cur. P. dictus sit Bataneota, ep. in poecile tom. 3 p. 46 sqq., alii aliter. Ego non dubito, quin patre Tyrio usus sit; certe Tyri Porphyrius, fortasse iam a puero, habitabat, nam eo Longinus litteras ad eum dedit (Porph. vit. Plot. cap. 19).

1 Eunap. vit. Porph. ed. Boissonad. secundae (Paris. 1849. ch. 8. mai.) p. 456. 8: Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογγῖνος, ἐς τὸ βασιλικὸν τῆς ἐσθῆτος παράσημον τὴν προσηγορίαν ἀποτρέψας. Antea Βασιλέα eum Amelius, Plotini discipulus, post eumque Longinus denominaverat (vit. Plot. cap. 17. Longin. π. τέλους fr. 5. § 8).

2 Eunap. vit. Porph. init.: καὶ πατέρες δὲ οὐκ ἄσημοι.

3 Porph. vit. Plot. cap. 4: τῷ δεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς Γαλιηνοῦ βασιλείας ἐγὼ Πορφύριος ἐκ τῆς Ἑλλάδος .. (Romam) γεγονὼς καταλαμβάνω μὲν τὸν Ἀμέλιον, ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχοντα τῆς πρὸς Πλωτῖνον συνουσίας .. Ἦν δὲ ὁ Πλωτῖνος τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς Γαλιηνοῦ βασιλείας ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη καὶ ἐννέα. Ἐγὼ δὲ Πορφύριος τὸ πρῶτον αὐτῷ συγγέγονα αὐτὸς ὢν τότε ἐτῶν τριάκοντα. Valerianus Gallum Spoleti a. 253 mense Maio interfectum cum legionibus Gallicis Germanicisque approperans vindicavit, non retardatus ab Aemiliano, qui ante proelium necatus est. Quum consentaneum esset, novum imperatorem Romam festinare, Valerianus Iunio mense putandus est in urbe imperator publice declaratus esse; qui quum continuo Gallienum ad imperium assumeret, primus Gallieni annus a medio anno 253, ergo decimus fere a Iulio anni 262 mense incepit, quo anno Porphyrius annos triginta natus Romam pervenit. Neque enim anni 263 parte priore hoc factum esse alio argumento apparet. Decimum enim et octavum annum Amelius apud Plotinum versabatur, quum Porphyrius ad eiusdem scholas accessit (Porph. ibid.). Προσῆλθε δὲ αὐτῷ ὁ Ἀμέλιος τρίτον ἔτος ἄγοντι ἐν Ῥώμῃ κατὰ τὸ τρίτον τῆς Φιλίππου βασιλείας ἔτος, καὶ ἄχρι τοῦ πρώτου ἔτους τῆς Κλαυδίου βασιλείας παραμείνας ἔτη ὅλα συγγέγονεν εἴκοσι καὶ τέσσαρα (cap. 3 extr.). Iam quum Claudii Gothici imperium a. 268 ineunte inceperit, demptis sex annis sequitur ut intra primos anni 262 menses Amelius decimum octavum illum annum expleverit. Obstat tamen Philippus, si recte quum ab aliis, tum a Tillemontio in hist. impp. Rom. tom. 3 p. 121 anno 244 imperare coepisse censetur. Atqui Gordianus quum paulo ante illius anni diem pridie Id. Mart. a Philippo occideretur, ipsum

quamdiu tamen etiam Carthagine est versatus[1]. Vicesimum annum agens Romam petiit, ut Plotinum videret[2]; quem quia in Campania tunc rusticari accepit, Athenas profectus quum alios audivit, velut de arte grammatica Apollonium grammaticum[3], tum praecipuo studio

Philippum aliquot mensibus ante legionum suffragiis illi imperatorem adiunctum esse Iulius Capitolinus Gordiani tertii vitae capite 29 significat: „(Iulio) Arriano et (Aemilio) Papo Coss. (i. e. a. 243) .. praefectus Praetorii factus est Philippus Arabs .. Artibus Philippi primum naves frumentariae sunt aversae, deinde in ea loca deducti sunt milites, in quibus annona haberi non posset. Hinc Gordiano infestos milites statim reddidit, non intelligentes artibus Philippi iuvenem esse deceptum .. Corrupit praeterea etiam principes, effectumque ut palam Philippus ad imperium posceretur. Amici Gordiani primum vehementissime resistebant. Sed quum milites fame vincerentur, imperium Philippo mandatum est, iussumque a militibus, ut quasi tutor eius Philippus cum eodem Gordiano pariter imperaret. Suscepto igitur imperio, quum .. Philippus se contra Gordianum superbissime ageret ..“ Gordianus frustra coram exercitu conquestus imperio privatus est. Hinc duae res colligi possunt: et non multo post susceptum anno 243 praefecturae munus Philippum insidias imperatori struere coepisse, et aliquot menses eum una cum Gordiano imperasse. Quare imperium Arabis a. 243 exeunte videtur incepisse, ita ut tertius imperii annus ab ultimis anni 245 mensibus initium caperet. Atque ita demum Porphyrii de Amelio computatio sibi constat. Accedit ut primum illum annum 262 et alios quinque Porphyrius Romae versatus decimo quinto Gallieni imp. anno in Siciliam traiecit, i. e. a. 267 exeunte, — nam primo Claudii imp. anno (268) ibi iam habitabat. Itaque recte quum Baronius in annalibus (Antverp. 1612) natalem Porphyrii annum 232 fuisse invenisset, frustra reliqui annum 233 fuisse arbitrati sunt. Bruckerus quidem crit. philos. tom. 2 cap. 2 sect. 4 § 16 p. 241 ed. 2 annum 232 dicit, idem tamen p. 254 annum 233. Verum annum Parisotus quoque cognovit, neque tamen discrepantiae causam intellexit.

[1] Porphyrius de abst. 3. 4 p. 224 ed. Rhoer. (Trai. a. Rh. 1765 ch. 4): Ἡμεῖς γοῦν κατὰ Καρχηδόνα πέρδικος ἐπιπτάντος ἡμέρου, τρέφοντες τοῦτον, ... τῆς συνηθείας εἰς πολλὴν ἡμερότητα αὐτὸν μεταβαλούσης, ... ᾐσθόμεθα .. ἀντιφθεγγομένου πρὸς τὸ ἡμέτερον φθέγμα καὶ καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἀποκρινομένου ... Hoc puerum magis quam philosophum adultum et gravem prodere videtur. Solemnem pueris lusum fuisse O. Iahn ostendit Sächsische Berichte, hist. phil. Cl. 1855 p. 250.

[2] Porph. vit. Plot. cap. 5. 1: Ὀλίγον γὰρ ἔτι πρότερον τῆς δεκαετίας (antequam Plotinum audire coepit) ἐγεγόνειν ὁ Πορφύριος ἐν τῇ Ῥώμῃ, τοῦ Πλωτίνου τὰς θερινὰς μὲν ἄγοντος ἀργούς ...

[3] Porph. quaest. Homer. 25 (in scholl. a Bekkero editis ad Il. 19, 79), ubi disceptat, cur Agamemno de sede, non in medio coetu, verba fecerit, refutato Aristarcho pergit: Ἀπολλώνιος μὲν οὖν, ὁ διδάσκαλος ἡμῶν, καὶ

Claudium Cassium Longinum prosecutus est, rhetorem et philosophum, Ammonii Saccae apud Alexandrinos discipulum, Origenis, Platonici Alexandrini, aut discipulum aut sodalem.[1] Longini doctrina

αὐτός ... Quis fuerit, nescimus; Athenis tamen eum docuisse inde colligo, quod ibi Porphyrius scriptoribus interpretandis vacabat.

[1] Communis est opinio, Porphyrium, antequam Athenas petiisset, Alexandriae Ammonium Saccam et Origenem Platonicum audivisse. At quamvis Longinum, Plotinum, Origenem Ammonii discipulos fuisse constet, Porphyrius, qui saepissime et Longinum et Plotinum praeceptores suos fuisse praedicat, Ammonium Origenemve a se auditos esse nusquam commemorat, neque Eusebius aut Eunapius aut Suidas hoc memoriae tradunt, neque veri est simile, adolescentulum minus annos viginti natum, — nam ab ea inde aetate Longinum audiebat, — gravissimorum philosophorum scholis interfuisse. Immo finxisse hoc nostrates docti videntur ex Proculi ad Timaeum I p. 20 c. (p. 45 ed. Schneider): ἀπορεῖται δὲ ὑπὸ Λογγίνου καὶ Ὠριγένους ὁ τόπος (Plat. Tim. p. 19 e. de poëtis abiiciendis), μήποτε καὶ τὸν Ὅμηρον περιείληφεν ἐν τοῖς ποιηταῖς .. ὥστε, φησὶν ὁ Πορφύριος, τριῶν ὅλων ἡμερῶν διατελέσαι τὸν Ὠριγένην βοῶντα καὶ ἐρυθριῶντα καὶ ἱδρῶτι πολλῷ κατεχόμενον, μεγάλην εἶναι λέγοντα τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὴν ἀπορίαν, καὶ δεικνύναι φιλοτιμούμενον, ὅτι πρὸς τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις ἀρκοῦσα ἡ παρ' Ὁμήρῳ μίμησις ... Atqui hinc non sequitur, ut Porphyrius ipse haec viderit; nam a Longino praeceptore et familiari suo accipere potuit, cuius interpretatio hoc ipso loco affertur et qui commentaria ad Timaeum scripserat (Procul. in Tim. p. 10. 11. 16. 20. 21. 29. 50. 63. 98). Prooemium Timaei Origenes quoque peculiari libro illustraverat. (Procul. ibid. p. 10. 26. al.) Origenem cum Longino coniunctum p. 19 b. 21 f. 27 b. Proculus nominat, eosdemque ita, ut Porphyrii sententia, nomine quidem omisso, subsignificari videatur, 10 b. 24. 26 c. Tres illos philosophos coniunxit p. 50 c. 98 c; Longinum et Porphyrium 16 e. 29 c. 63 b; solum Origenem semel modo nominat 29 b; ita ut nesciam, an Origenis sententias Longini duntaxat ex commentariis Proculus noverit, nisi forte neque Origenem neque Longinum ipse legit, sed ex Porphyrii demum penu doctrinaeque thesauris illorum explicationes deprompsit. Multis enim Porphyrius Timaeum illustraverat, neque facile priorum doctorum opiniones omittere solebat: Proculus contra prae „divino“ suo Iamblicho reliquos interpretes contempsit. Utut hoc est, si Ammonii Porphyrius fuisset discipulus, aliter profecto in libro adv. Christianos III ap. Euseb. hist. eccl. VI. 19 (p. 420 Zimmermann.) dixisset, ubi Origenem Adamantium, clarissimum rerum Christianarum scriptorem, — quem Platonico cognomine minorem fuisse natu Vales. ad Euseb. l. comm. et Redepenning. de Origene I p. 421—29 (Bonn. 1841. ch. 8) demonstraverunt, — hunc igitur graviter vituperans: Ἀκροατὴς γάρ, inquit, οὗτος Ἀμμωνίου, τοῦ πλείστην ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ἐπίδοσιν ἐν φιλοσοφίᾳ ἐσχηκότος (qui plurimum philosophia profecit) γεγονώς ... Quem si audivisset, inquam, sine dubio pro more suo adiecisset: ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος.

et familiaritate per decem annos usus est, nisi quod intra hoc temporis spatium interdum domum videtur revertisse[1]. Triginta annos natus, posteriore anni 262 parte, Romam ad Plotinum se contulit[2], quem primo non probavit[3], postquam autem plane intellexit, adeo dilexit, ut totum ei se dederet. Ac mutuo amore maximi a Plotino habitus est[4], et tanti quidem, ut etiam libros ab ipso conscriptos emendare, certum in ordinem redigere, edere iuberetur[5]. Quinque annos et dimidium cum eo versatus[2] Porphyrius ductus, ut sibi quidem videbatur, corporis odio ac veritatis τῆς ἐπέκεινα intuendae

Ne Origenis Platonici quidem nomini hoc in vit. Plot. cap. 14 extr. adiecit. Ubi eum Plotini quondam scholis Romae intervenisse narrat; Plotinum, simulac conspexisset, conticuisse, ne doctum doceret. Itaque quamquam vidit Porphyrius Origenem, non Alexandriae vidit, sed Romae. Quid vero, quod Eunap. vit. Porph. p. 17 (p. 457. 10 ed. Boisson. II): Συμφοιτηταὶ μὲν οὖν, inquit, ὡς αὐτὸς (Porphyrius) ἀναγράφει, κράτιστοί τινες ὑπῆρχον, Ὠριγένης τε καὶ Ἀμέριος καὶ Ἀχυλῖνος? Origenis etiamsi non discipulus, sed condiscipulus fuit, nonne ad Ammonii scholas denuo referimur? Minime vero. Immo optime causam nostram Ruhnkenius dicit vitae Longini § 5: „Ob quam cum Plotino et Porphyrio consuetudinem Romae institutam Origenes ab Eunapio Porphyrii condiscipulus vocatur.“ Atque Amerius certe notissimus Plotini fuit discipulus. Porph. vit. Plot. cap. 7. 1: Ἔσχε δὲ (Plotinus) .. ζηλωτὰς καὶ διὰ φιλοσοφίαν συνόντας Ἀμέλιόν τε ἀπὸ τῆς Τυσκίας, οὗ τὸ ὄνομα ἦν Γεντιλιανὸς τὸ κύριον, αὐτὸς δὲ διὰ τοῦ ρ Ἀμέριον αὐτὸν καλεῖν ἠξίου, ἀπὸ τῆς Ἀμερίας ἢ τῆς ἀμελείας πρέπειν αὐτῷ καλεῖσθαι λέγων. Aquilinus vero Christianus fuit, cui et Plotinus et Porphyrius adversati sunt (vit. Plot. cap. 16). Eunapius igitur, quae hominis est neglegentia atque socordia, vera cum falsis miscuit.

Postremo ne quis forte obiiciat, Origenem Adamantium Porphyrio Alexandriae innotuisse videri, hoc unum commemoro, Origenem anno ante quam Porphyrius natus sit, Alexandria pulsum esse. Adamantio κἀγώ, inquit ap. Euseb. eccl. hist. 6. 19, κομιδῇ (admodum) νέος ὢν ἔτι ἐντετύχηκα: Tyri, opinor, ubi anno 254 episcopus mortem obiit.

[1] Longini ad Porphyrium epistula in vitae Plot. cap. 19: Τοῦτο γὰρ οὖν παρόντι σοι καὶ μακρὰν ἀπόντι καὶ περὶ τὴν Τύρον διατρίβοντι τυγχάνω δήπουθεν ἐπεσταλκώς, i. e. litteris datis scripsi, placita Plotini pauca mihi probari, virum probari maxime. — Illo ipso tempore Porphyrium cum Origene Ad. convenisse arbitror.

[2] Cf. p. 8 not. 3. Porphyrius se Plotini consuetudine usum esse primo anno, quo eum adiisset, et quinque deinceps ait vit. Plot. 5. 1, anno imperii Gallieni 15 in Siciliam se abiisse ibid. cap. 6. 1.

[3] Vit. Plot. 18. 1.

[4] Ibid. 7 med.: καὶ Πορφυρίῳ ἐμοὶ οἷα γνησίῳ ἀδελφῷ ἐν πᾶσι προσεσχηκώς.

[5] Ibid. 7 extr. et 8.

studio, revera tamen laborans bile mortem sibi consciscere in animum induxit. Sed a Plotino cohibitus ad mitius Siciliae caelum missus est[1]. Anno igitur 267[2] hieme ineunte[3] Lilybaeum se in Probi Platonici domum recepit[1]. Eo consolationis causa praeceptor egregius quum alia misit, tum a. 268 de felicitate et de providentia libros[4], quibus demonstrat homini licere vel viventi esse beato, neque Fortunae adversae nos debere succumbere.[4] Ibidemque annum 269 Porphyrius degit[5], quo anno Plotinus e vita excessit. Longinus tunc Palmyrae habitabat, a Zenobia regina et vocatus et maximi habitus[6]. Qui quum Plotini obitum accepisset, invitavit ad se Porphyrium[7]; hic tamen non videtur obsecutus esse, sed Romam migravisse[8], ubi magno applausu philosophiam docuit[9].

Senior Marcellam in matrimonium duxit, familiaris sui viduam,

[1] Vit. Plot. 11 extr.: Καί ποτε ἐμοῦ Πορφυρίου (Plotinus) ᾔσθετο ἐξάγειν ἐμαυτὸν διανοουμένου τοῦ βίου, καὶ ἐξαίφνης ἐπιστάς μοι ἐν τῷ οἴκῳ διατρίβοντι καὶ εἰπών, μὴ εἶναι ταύτην τὴν προθυμίαν ἐκ νοερᾶς καταστάσεως, ἀλλ' ἐκ μελαγχολικῆς τινος νόσου, ἀποδημῆσαι ἐκέλευσε. Πεισθεὶς δ' αὐτῷ ἐγὼ εἰς τὴν Σικελίαν ἀφικόμην, Πρόβον τινὰ ἀκούων ἐλλόγιμον ἄνδρα περὶ τὸ Λιλύβαιον διατρίβειν. Philosophia ductum vitam Porphyrium fugisse Eunapius tradit vit. Porph. p. 14 (456. 28 ed. Boiss. II).

[2] Vit. Plot. 6. 1. 'Εν δὲ τῇ Σικελίᾳ διατρίβοντός μου — ἐκεῖσε γὰρ ἀνεχώρησα περὶ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος τῆς βασιλείας Γαλιηνοῦ — ὁ Πλωτῖνος γράψας πέντε βιβλία ἀπέστειλέ μοι ταῦτα· περὶ εὐδαιμονίας, π. προνοίας δεύτερον, π. τῶν γνωριστικῶν ὑποστάσεων καὶ τῶν ἐπέκεινα, π. ἔρωτος. Ταῦτα μὲν οὖν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς Κλαυδίου πέμπει βασιλείας. 'Αρχομένου δὲ τοῦ δευτέρου, ὅτε καὶ μετ' ὀλίγον θνήσκει, πέμπει ταῦτα ...

[3] Ibid. 5. 1: συγγεγονὼς δὲ αὐτῷ (Plotino) τοῦτό τε τὸ ἔτος καὶ ἐφεξῆς ἄλλα ἔτη πέντε.

[4] Plotin. enn. 3. librum 2 π. προνοίας.

[5] Cf. not. 18 et vit. Plot. 2 med.

[6] Vopisc. vitae Aureliani cap. 30. Ruhnk. de Longino cap. 11.

[7] Vit. Plot. 19. 1: 'Αξιῶν γάρ με (Longinus) ἀπὸ τῆς Σικελίας κατιέναι πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν Φοινίκην ..

[8] Quod Holstenius in vit. Porph. cap. 2 Plotino mortuo Athenas eum profectum esse censet, ex Euseb. praep. evang. 10. 3 p. 464 Vig. collegit, ubi ex Porphyrii libro I τῆς φιλολογικῆς ἀκροάσεως haec verba afferuntur: τὰ Πλωτίνεια ἑστιῶν ἡμᾶς Λογγῖνος 'Αθήνησι .. Ibi tamen recte nunc restitutum ex codd. Πλατώνεια. Atque Platonis natalicia a secta eius celebrata esse docent Plut. qu. symp. 8. 1. Porph. vit. Plot. 2 f. v. et 15 init. Marinus vit. Proculi p. 56. K. F. Hermannus hist. philos. Platon. p. 85. Non dubito quin Porph. apud Euseb. de prima commoratione Atheniensi dicat.

[9] Eunap. vit. Porph. 17 (456. 50 Boiss.)

quinque filiarum duorumque filiorum matrem, valetudine infirmam, pauper pauperem[1], philosophiae vero studiosissimam[2]. Tenero uxorem amore fovit. Decem mensibus post nuptias in Graeciam profectus, negotiis aliquamdiu — Athenis sine dubio, ubi schola Platonica florebat, — retinebatur[3]. „Romae dicitur e vita abiisse“[4], anno fere 304, aliquanto post quam arcanam dei intuitionem nactus est, summum et exoptatissimum Platonicorum bonum, quod sexagesimo octavo aetatis anno ei contigit.[5]

[1] Porphyrii ad Marcellam uxorem epist. (pr. ed. Ang. Maius Mediolani 1816. ch. 8. repetiit Io. Conr. Orelli opp. Graec. vett. sententios. tom. 1 p. 277 sqq.) cap. 1. Falsus igitur Eunapius est, qui p. 18 (457. 32 B.) quinque Marcellae liberos fuisse ait.

[2] Ibid. cap. 3.

[3] Ibid. cap. 4: Καλούσης δὲ τῆς τῶν Ἑλλήνων χρείας καὶ τῶν θεῶν συνεπειγόντων αὐτοῖς, ὑπακούειν μέν σε (Graecis vocantibus obtemperare) καίπερ οὖσαν προθυμοτάτην, μετὰ τοσαύτης ἀκολουθίας θυγατέρων ἀδύνατον ἦν . . Μένειν δὲ ἐνταυθοῖ βιαζόμενος (non manere, sed commorari, ut in eiusdem capitis initio dixerat: συγχωρούντων τῶν πραγμάτων ἐπιπλέον αὐτόθι διατρίβειν) . . εἰκότως σοι παραινέσαιμ' ἂν ἀντεχομένῃ τῶν δοθέντων ἐν τοῖς δέκα μησίν, οἷς μοὶ συνῴκησας, μὴ πόθῳ καὶ ἐπιθυμίᾳ τοῦ πλείονος καὶ τὸ ὂν ἤδη ἐκβαλεῖν· σπεύδω μὲν γὰρ ὃν ἂν δύναμαι (scr. δύνωμαι) τρόπον τὴν ταχίστην πάλιν ἀναλαβεῖν (non Athenas arcessere, sed ad se suamque consuetudinem recipere, i. e. Romae).

[4] Verba Eunapii sunt vit. Porph. extr. — Hieronymus quidem in prooem. in primum commentariorum Ezechielis ad Eustochium tom. 4. fol 11 ed. Basil. a. 1516: „scorpiusque“ inquit „inter Enceladum et Porphyrium Trinacriae humo premitur . . .“ Atqui nulla in his rebus scriptoribus ecclesiae fides est: namque ab Eusebio quoque eccl. hist. 6. 19 Porphyrius Siculus vocatur, nulla alia de causa, quam quia illa in insula degebat, quum adversus Christianos scriberet.

[5] Vit. Plot. 23: ᾧ (deo) δὴ καὶ ἐγὼ Πορφύριος ἅπαξ λέγω πλησιάσαι καὶ ἑνωθῆναι, ἔτος ἄγων ἑξηκοστὸν καὶ ὄγδοον. Dicit ita, ut pateat eum aliquanto iam prius quam praeceptoris vitam scriberet, annum aetatis 68, qui 299 est p. Chr. n., explevisse. Quum vero a Suida (s. Porphyrio 373. 3 Bernh.), qui ex integris Eunapii libris hausit, παρατείνας ἕως Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως dicatur, Porphyrii mortem anno 305, cuius Calendis Martiis Diocletianus imperio se abdicavit, quam proxime admovi.

CAPUT II.

QUAEDAM DE LIBRORUM PORPHYRII TEMPORE.

Porphyrius quum ad Longini scholas viginti annorum adolescens accederet, ante illud tempus aegre quidquam scribere potuerat. Παρ' ἐκείνῳ δή, ait Eunapius vit. Porph. 13 (456. 10 Boiss.), τὴν ἄκραν ἐπαιδεύετο παιδείαν, γραμματικῆς τε εἰς ἄκρον ἁπάσης ὥσπερ ἐκεῖνος ἀφικόμενος καὶ ῥητορικῆς· πλὴν ὅσον οὐκ ἐπ' ἐκείνην ἔνευσε, φιλοσοφίας γε πᾶν εἶδος ἐκματτόμενος. Namque Λογγῖνος .. βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον, καὶ κρίνειν γε τοὺς παλαιοὺς ἐπετέτακτο (ibid. 456. 1.), καὶ εἴ τις κατέγνω (reprehendit) τινὸς τῶν παλαιῶν, οὐ τὸ δοξασθὲν ἐκράτει πρότερον, ἀλλ' ἡ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις (illius iudicium nisi Longini approbatione confirmatum non valebat. Ibid. lin. 16). Itaque φιλόλογος μέν, ἔφη (Plotinus), ὁ Λογγῖνος, φιλόσοφος δὲ οὐδαμῶς (vit. Plot. 14).

Hoc igitur studiorum genere ductus, Porphyrius in Dionysii Thracis γραμματικὴν τέχνην commentarios perpetuos scripsit (Villoison. diatr. 103), de quibus Maur. Schmidt Philologi p. 244 sqq. a. 1853 disputavit. Cohaerere cum his commentationem de prosodia, a Villoisone anecd. II. p. 103 editam, eius exordio apparet: Ἰστέον ὅτι ὁ Θρᾷξ Διονύσιος ... Δεῖ οὖν ἡμᾶς μὴ ἀπὸ τῆς τοῦ Διονυσίου τεχνολογίας τῆς ἐξηγήσεως ἄρξασθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προσῳδίας. Tum γραμματικὰς ἀπορίας et εἰς τὴν Μινουκιανοῦ (rhetoricam) τέχνην scripsit (Suid.). Qui Minucianus, Nicagorae sophistae filius, Atheniensis Gallieno imperatore vigebat (Suid.); Gallienus autem a secundo inde annorum, quos Porphyrius Athenis degebat, rerum summam tenebat. Ut rhetoricis studiis Longini praeceptoris exemplum secutus est, ita εἰς τὰ ἁρμονικὰ Πτολεμαίου ὑπόμνημα (cuius librum I et libri II initium Wallis edidit in Mathematicorum tomo 3. Oxon. 1690 f. max.), et πρὸς Ἀριστείδην libros VII (Suid.), ni fallor in Aristidis Quintiliani tres de arte musica libros, commentatus est, sicut Longini in Hephaestionis enchiridion extant scholia. Quinque φιλολόγου ἱστορίας libros (Suid.) suo iure Niebuhr opusc. 1. p. 188 censet φιλολόγων Longini ἱστοριῶν,

quorum liber XXI in Rhett. ed. Walz. VII p. 963 commemoratur, fuisse compendium. Nam Longinum ibi Suid. s. Longino tradit quaesivisse, τίνα παρὰ τὰς ἱστορίας οἱ γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἡγοῦνται: Porphyrius de scriptorum fraude et furtis in libro primo disseruit, cuius verba haud pauca Euseb. praep. evang. X 3 servavit. Quod enim τῆς φιλολόγου ἀκροάσεως libros Eusebius dicat, morari nos nequit. Ipsum praeceptorem Porphyrius in septem συμμίκτων ζητημάτων libris (Suid.) loquentem fecit, ubi quum π. τ. γεωμετρικῆς ὕλης aliisque de rebus disputat, tum Μηδίου πρὸς Λογγῖνον συνουσίαν τινὰ περὶ τῶν μορίων τῆς ψυχῆς narrat (Proculus in Euclid. 1. 16 et ad Plat. remp. 4 p. 415). — Ad haec tempora etiam φιλοσόφου ἱστορίας libros quattuor (Suid.) refero: nam ibi in annorum computatione Apollodorum sequitur, quum in chronicis Claudio imperatore scriptis partim secundum auctores diversos, partim suo Marte rerum Graecarum tempora definiverit[1]. Liber primus, Pythagorae vita, Graece extat[2], liber III vitam Socratis, lib. IV vitam

[1] Euseb. chron. 139. (359 Auch.): ὁ Πορφ. ἐν τῷ πρώτῳ τῆς φιλοσόφου ἱστορίας ὧδέ πως ἐπιτέμνεται πρὸς λέξιν· ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ἰλίου ἐπὶ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἔτη π' φ. εἶναι ὁ Ἀπολλόδωρος, ἀπὸ δὲ τῆς καθόδου εἰς τὴν Ἰωνίας κτίσιν ἔτη ἑξήκοντα, ἐντεῦθεν εἰς Λυκοῦργον ἔτη ἐννέα καὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, ἀπὸ δὲ Λυκούργου εἰς τὴν πρώτην ὀλ. ὀκτὼ καὶ ἑκατόν· τὰ δὲ πάντα ἀπὸ τῆς ἁλ. Ἰλίου ἐπὶ τὴν πρώτην ὀλ. ἔτη ἑπτὰ καὶ υ'. Etiam aliunde constat, Apollodorum a Troia capta usque ad Hom. numerasse 240 annos (Mueller fr. hist. Gr. I, p. 443). Obstat Suidas s. Homero p. 1095. 12 Bernh.: ("Ομηρος) γέγονε πρὸ τοῦ τεθῆναι τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα πρὸ ἐνιαυτῶν νζ'. Πορφύριος δὲ ἐν τῇ φιλολόγῳ ἱστορίᾳ πρὸ ρλβ' φησιν. Ἐτέθη δὲ αὕτη μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν ἐνιαυτοῖς ὕστερον υζ'. Τινὲς δὲ μετὰ ρξ' μόνους ἐνιαυτοὺς τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τετέχθαι ἱστοροῦσιν Ὅμηρον· ὁ δὲ ῥηθεὶς Πορφύριος μετὰ σοέ. At quomodo Porphyrius eodem in libro Apollodorum potuit sequi et non sequi? Immo qui ab Apollodoro tradi censebant, quando Homerus floruisset (Tatian. adv. Graec. 49), a Porphyrio, quando esset natus (Suid.), ii rem inverterunt. Nam si, ut fieri solet, hominum vitam 70 annorum esse, ἀκμήν in mediam vitam cadere statuimus, his ipsis 35 annis ad Apollodori numerum additis numerus Porphyrii exsistit. — Philosophorum historia medium inter libros de oraculis et de abst. tenebat locum. Pythagoram Porphyrius vit. Pyth. 7. 36. 38 narrat τῶν ἐμψύχων ἀπέχεσθαι, raro animalia sacrificasse, iussisse π. τ. θείου καὶ δαιμονίου καὶ ἡρῴου γένους εὔφημον εἶναι καὶ ἀγαθὴν ἔχειν ἔννοιαν. In hist. philos. dixit, Socrati γεγονέναι καὶ παιδικά.. ἀλλὰ ἀδικήματος χωρίς (Suid. s. Socrate). Contra hoc, quum Porph. Romae esset, Diophanes rhetor disputavit. Respondit Porph. (vit. Plot. 15).

[2] Malchus de vita Pyth. pr. ed. C. Rittershusius. Altorf. 1610. ch. 8. — Iamblichi vit. Pyth. ill. Kuester. Malchus s. Porph. v. P. c. nott. Holstenii et Rittersh. Amstelod. 1707. ch. 4. — Iambl. et Porph. vitt. Pyth. recogn. Th. Kiessling. Lps. 1815. 2 tomi. 8. — ed. Westermann post Cobeti Diogenem Laert. Paris. Didot. 1850. — Huius vitae quum § 44 ab Ioh. Lydo de mens. 4.

Platonis narrabat. Librum II de Empedocle egisse Parisotus coniicit de Porph. p. 70 coll. Suida s. Empedocle[1]. Priusquam ad reliqua Porphyrii studia transeamus, ea, quae in Homerum contulerit, tractanda sunt. In his quoque praeeuntem habuit Longinum, qui Suida teste ἀπορήματα Ὁμήρου sive προβλήματα Ὁμήρου καὶ λύσεις ἐν βιβλίοις β' scripsit[2], scholiastis testibus operam grammatici in poeta, Aristarchi vestigia premens, collocavit[3]. Praeceptoris in modum Porphyrius Homerum grammatice interpretatus est, ita ut per totam Iliadem et Odysseam et vocabula ex-

29 ex Diogene afferatur, Creuzer in Lydi editione Roetheriana auctorem non Porphyrium, sed Diogenem Cynicum Iuliano aequalem esse coniicit, in ind. doct. Gotting. a. 1854. l. 8. dubitat, an illa paragraphus et ab Iohanne et a Porphyrio ex Diogenis Laertii lacuna aliqua, quae VIII. 19. 24. 34 fuerit, sit repetita. At quum locupletiores testes complura illius vitae verba nominato Porphyrio afferant, et a Porphyrio et ab Iohanne Antonium Diogenem exscriptum esse arbitror, qui τῶν ὑπὲρ Θούλην ἀπίστων libros 24 edidit (Phot. bibl. 109 a 7) ante Lucianum (Phot. 111 b 33, qui 111 a 32 male coniicit, eos non multo post Alexandrum M. editos esse). De Pythagora ibi sermonem fuisse Photius quoque 109 b 14 ait. Porph. vit. Pyth. 10 et 32 ex eo fonte hausit, ut videtur etiam illud, quod 34 de victu Pythogorae affert.

[1] Vel Abulpharagius pag. 33 (ed. Pocockius) Empedoclem Pythag. Socr. Plat. Aristot. quinque philosophiae columnas vocat. Eius tempore liber IV extabat Syriace. (Bernh. ad Suid. s. Porph.)

[2] Suidas diversas has commentationes esse putat, Lehrs. Aristarch. p. 227 unam eandemque fuisse perspexit.

[3] Schol. A ad Il. 13. 103: Ἀρίσταρχος βαρύνει τὸ θώων, καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις· ὁ δὲ Πάμφιλος περισπᾷ.. (Lehrs. Arist. p. 261 duobus scholiis in unum contractis verba, non rem nostram immutat.) Κάσιος (sic pro Κάσσιος, i. e. Dion. Cassius Longinus) δὲ ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῆς βαρυτονήσεώς φησιν, ὅτι τὰ μονοσύλλαβα etc. Eust. in Od. 22. 58: ἡ δὲ τοιαύτη τιμὴ καὶ τῖμος λέγεται κωμικώτερον, ὡς Λογγῖνος δηλοῖ, ὁμοίως τῷ χολὴ χόλος, ὠνὴ ὦνος καὶ τοῖς τοιούτοις. Schol. V. ad Il. 7. 238: ὁ Κάσιος δεξιὰ μὲν τὸ διώκειν, ἀριστερὰ δὲ τὸ φεύγειν. Ἀχιλλεὺς γάρ, φησίν, ποδώκης καὶ ποδάρκης. De ἀνόπαια Od. 1. 320 sententia Aristarchi in scholiis, Longini in epimerism. Homer. p. 81 (ed. Cramer anecd.) affertur. Eust. ad Il. 1. 295: τινὲς δὲ ἀρέσκονται, ὡς καὶ Λογγῖνος δηλοῖ, νόθον εἶναι τὸν δεύτερον στίχον (i. e. σήμαιν'· οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι σοι πείσεσθαι ὀΐω ut inutilem post ἄλλοισιν δὴ ταῦτ' ἐπιτέλλεο, μὴ γὰρ ἔμοιγε) λαμβάνοντες ἐκ κοινοῦ τὸ πιτέλλεο. (Schol. A: κοινὸν τὸ ἐπιτέλλεο, καὶ ὁ γὰρ (tolle ὁ) περισσὸς ὁ ἑξῆς. διὸ ἀθετεῖται.) Ut hunc versum, ita etiam Il. 1. 139 ut inutilem Longinus reiicit; Eust. ad Il. 1. 140: Καὶ ὅτι ἀνωτέρω τούτου στίχος εἷς κεῖται δοκῶν κατὰ τὸν Λογγῖνον εἶναι παρένθετος. ἀρκεῖ τε γάρ, φησίν, εἰς τελείαν ἔννοιαν τὸ ἄνω αὐτοῦ κείμενον ἔπος (138) καὶ τὸ ἐφεξῆς δὲ τοῦ ἄξω ἑλών (140). ὁ (scr. τὸ) δὲ χολώσεται, ὃν ἂν ἵκωμαι εἰς οὐδὲν δέον ἐκ περισσοῦ τέθειται· τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὡς λυπήσεται ὁ ἀδικηθείς; Ubi schol. A: καὶ εὔηθες τὸ προσκείμενον ὁ δέ κεν κεχ. πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλε χολοῦσθαι;

plicaret et formas et sententias, de lectione versibusque spuriis secundum Alexandrinos, fortasse ex uno Didymo hauriens, ageret, de rebus solida cum doctrina disputaret. Haec enim eius reliquiae passim ab Eustathio et a scholiastis, praesertim B (Lehrs Arist. p. 225) et Leidensi (Valcken. ad Ammon. de diff. adfin. vocabb. p. 237—249) servatae luculenter ostendunt. Ante maiores autem de Homero commentationes eas ipsas quaestiones tractavit, quas Longinus aporematum libris persecutus erat. Ζητήματα enim Porphyrius Ὁμηρικά scripsit, quorum triginta duo uno ambitu comprehensa*, haud pauca praeterea per scholia sparsa hodie leguntur (Lehrs. Aristarchi p. 228. Wollenberg. de Porphyrii stud. Homer. p. 14). Ait in ipso harum quaestionum exordio: τὰς μὲν μείζους εἰς Ὅμηρον πραγματείας ὑπερτιθέμενος εἰς καιρὸν σκέψεως τὸν προσήκοντα, ταυτὶ δὲ οἷον προγύμνασμα τῶν εἰς αὐτὸν ἀγώνων ... Nihil ibi ex sublimiore philosophia petitum Homeri verbis subiungit, sed omnia ad genus dicendi verborumque significationem pertinent et, ut auctor ipse ait, Homerum ex Homero explicant: cap. 11. ἀξιῶν δὲ ἐγὼ Ὅμηρον (sic pro ὃ μαρτυρῶ ex schol. B. Il. 6. 201, ubi Porphyrius et nominatur et verbotenus exscribitur, rectissime Gildersleeve p. 11 not. 2) ἐξ Ὁμήρου σαφηνίζειν. Id. cap. I. init. Πολλάκις μὲν ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνουσίαις Ὁμηρικῶν ζητημάτων γιγνομένων, Ἀνατόλιε, κἀμοῦ δεικνύναι πειρωμένου, ὡς αὐτὸς μὲν ἑαυτὸν τὰ πολλὰ Ὅμηρος ἐξηγεῖται .... ἠξίωσας ἀναγράψαι με τὰ λεχθέντα ... Similia capp. 8 et 9 et 30.

Videmus quaestiones ad Anatolium esse inscriptas. Hunc Iamblichi magistrum ante Porphyrium fuisse Eunapius tradit vit. Iamblichi init.: Iamblichus Ἀνατολίῳ τῶν μετὰ Πορφύριον τὰ δεύτερα φερομένῳ συγγενόμενος πολύ γε ἐπέδωκε καὶ εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἤκμασεν· εἶτα μετ' Ἀνατόλιον Πορφυρίῳ προσθεὶς ἑαυτόν ... Nihil

* Ed. Ian. Lascaris Rom. 1518. 8. — Andr. Asulanus Venet. 1521. 8 c. comm. de antro Nympharum. — Iac. Bedout c. schol. Didymi q. d. in Hom. Argentor. 1539. 8. — cum Homero Camerarius et Micyllus 1541. 1543. 1551. 4. — mutato ordine in Homeri ed. Barnes. Cantabr. 1711. 4.— Commentati de illis sunt B. Lannavius Gildersleeve Americanus, de Porphyrii studiis homericis, comm. inaug., Gotting. 1853. 8. cap. 1. et Iul. Wollenberg de P. studiis philologicis capp. quinque, comm. inaug. ch. 8is Berol. 1854.

praeterea de hoc homine innotuit: nam alius sine dubio A. Alexandrinus est, Laodicenorum ab a. 270 usque ad a. 287 episcopus, qui antea quidem philosophiam peripateticam Alexandriae docuerat et Platonicis quoque acceptus fuit, siquidem eius libris decem ἀριθμητικῶν Iamblichus in theologumenis usus est; alius Vindanius Anatolius Berytensis, qui συναγωγὴν γεωργικῶν decem libris scripsit, excerptam a Photio bibl. cod. 163, in Geoponicis, in Hippiatricis, et qui a Rendtorfio π. τῶν κατὰ ἀντιπάθειαν καὶ συμπάθειαν commentatus esse censetur. Huius libelli ad Sextum quendam inscripti partem superstitem Fabricius edidit in bibl. Gr. tom. 4 p. 295 ed. 1, omisit Harless. At in codice non Ἀνατολίου legitur, sed Νεπουαλίου, quod Rendtorf. ipse etiam Ἀπουληίου emendari posse intellexit. Ne alii quidem Anatolii huc faciunt a Fabricio bibl. Gr. 5. 1. 32. 15 enumerati.

Quibus omnibus missis Porphyrium iam ipsum consulamus. Is igitur ad Anatolium suum eo modo dicit, ut fere appareat, rem grammaticam eum Anatolio tradidisse. Age enim audiamus ipsam praefationem: ἠξίωσας ἀναγράψαι με τὰ λεχθέντα μηδὲ διαπεσόντα ἐᾶσαι. Μὴ ὢν δὲ οἷός τε πρὸς τὰς σὰς δεήσεις ἀποβλέπειν, διὰ σὲ καὶ τοὺς ἄλλους Ὁμήρου ἐραστὰς πειράσομαι τά τε ῥηθέντα ποτὲ ἀνενεγκεῖν, τά τε πάλιν ὑποπεσόντα προσθεῖναι .... Αὐτὸς δὲ ἕκαστος (adde καθ') ἑαυτὸν ἀνακρίνων εὐθυνέτω, πρὶν ὑφ' ἡμῶν ἐπαχθῆναι τὴν ἐξήγησιν, ποίαν περὶ τῶν προβαλλομένων ἐπῶν εἶχε τὴν διάνοιαν. Ἢ γὰρ ταὐτὰ γνοὺς ἡμᾶς λέγοντας βεβαίαν τὴν π. τ. νοηθέντων ἕξει κρίσιν, ἢ σφαλλόμενος μεταβήσεται, ἡμᾶς τε ὀνήσει πλανωμένους διορθώσας. Cap. 8. Οὐδὲν δὲ χεῖρον, καὶ τὸν Ἡρόδοτον φιλοῦντί σοι, τὴν πᾶσαν τοῦ ἀνδρὸς (Philemonis ἐν τοῖς συμμίκτοις περὶ Ἡροδότου διορθώματος adversus Alexandrum Cotyaeensem) ἀναγράψαι ζήτησιν. Hic magistri ad discipulum sermo. Simul modestissima illa praefationis verba non seniorem, sed iuniorem produnt. Athenisne igitur Anatolium instituit? — At Romae Anatolium Iamblichus audivit, et nimis argute excogitaretur, Porphyrii instar Anatolium quoque Athenis Romam migrasse: comitatus certe Porphyrium non est, qui vit. Plot. 4. 1. unum Antonium Rhodium appellat comitem. Romae igitur ab Anatolio audiebatur, Romae ei quaestiones inscripsit. — Quid vero? Iamblichumne Anatolii

usum esse scholis, quum ipso eius magistro Porphyrio uti liceret? Quae difficultas ita commodissime solvitur, ut Iamblichum Anatolii discipulum fuisse arbitremur quo tempore Porphyrius in Sicilia degeret; illius discipulum, quum Lilybaeo Romam revertisset. Nihil quaestiones Homericas continere dixi, quod Plotini doctrinam sapiat. Omnia igitur eo nos deducunt, ut primo anno scriptas esse censeamus, quo Porphyrius Romae habitaret[1].

Num vero inde sequitur, ut Romae demum Homerum tractare coeperit? Num summum poëtam, a quo ceteri studiorum grammaticorum initium capere solerent, inter ea ipsa intactum reliquit? Minime vero. Nam maiores tantum de poëta commentationes post quaestiones confectas esse significat; ut commentarii quoque ipsi postea scripti sint non sequitur[2]. Qui quum tam alieni sint a Plotini philosophia quam apti ad Longinianum studiorum genus, nihil obstat quin Athenis conscripti esse censeantur. Maiorum autem commentationum ea, quae omissa apud Homerum nomina complectitur, quaestionibus proxime successisse commode censebitur, quum a philosophica interpretatione aeque abhorreat. Attulit ibi nomina, quae Homerus aut omiserat aut secus atque alii scriptores tradi-

[1] Non fuit, cur Rud. Schmidt de Ps. Plut. vit. Hom. p. 16 diceret: „quaestt. Homericas Porphyrius etiamtunc Apollonii grammatici discipulus Anatolio condiscipulo inscripsit.“

[2] Parisotus quidem p. 60 finxit eum Homero interpretando vacavisse partim post a. 282, partim post a. 300. et Iani Lascaris epigrammate quaestionibus Porphyrii Homericis praemisso hoc comprobari ratus est. Quod hoc est (ed. Homeri Odyss. Basil. 1551 f. max. p. 292):

Πορφυρίου λογίοις ἀρύτεσθε, σπένδετε πηγῆς
    ἀενάου γλυκερὸν χεῦμα χαριζομένης. (Quod non intellego.)
Κἀμοῦ γ' ὁπλοτέροιο περὶ φρένες ἠερέθοντο
    ἀρχὰς, κινήσεις, εἶδος, ἄπειρα, κενά.
'Αλλὰ μεσαιπόλιον Φοῖβος Σειρῆνας 'Ομήρου
    προὔτραπέ μ' ἀμφιέπειν, ὥσπερ 'Αριστοτέλην.
Καὶ γὰρ ὅγε προτέρους νέος ἴδμονας ἀνέρας αὔτως
    νείκεσε καὶ σοφίην τεῦξεν ἀμαυροτέρην.
Πρέσβυς ἀμοιβαίοισι λόγοις κύδαινεν 'Ομήρου
    Μοῦσαν, καὶ ταύτην ᾔνεσεν ἀσφαλέα.

Carmen neque elegans est neque perspicuum. Illud tamen patet, non cum Porphyrio Ianum se comparare, sed cum Aristotele, qui senior, quum Alexandri M. esset praeceptor, una cum rege studia in poetam contulit.

derat*. Non mirum si similia quaedam P. iam in commentariis tractaverat, velut ap. sch. Il. 14. 333 Alcimachen, Ajacis Locri matrem, quam Hom. Eriopis filiam dixit Il. 13. 697 et 14. 336, secundum alios Phylaci filiam fuisse Π. ἐν τῷ καταλόγῳ tradidit, sine dubio ad v. 527. Atque ita quae Eust. ad Il. 1. 68 p. 51, 2. 557. p. 285, Od. 4. 11 p. 1480 ex Porphyrio profert, ex commentariis videntur hausta.

Pluribus haec tractavi, quia multum ad Porphyrii librorum tempora recte computanda conferunt. Nam reliquae de Homero commentationes, quae sive integrae sive secus ad nostram aetatem permanserint, aut philosophicum interpretandi genus prae se ferunt, aut philosophicum simul cum grammatico. Has tamen ipse significat post quaestiones esse scriptas. Itaque transitus a prima, quam constituimus, vitae studiorumque Porphyrii parte ad secundam non Athenis, sed primis, quos cum Plotino degebat, annis Romae est facta. Id quod per se est consentaneum. Namque strenuus ille iuvenis, qui sicut aliis praecepit, ne quid magistro crederent, priusquam ipsi examinavissent, ita ipse Plotini non prius doctrinam est amplexus, quam cum illo et Amelio ore et scriptis aliquamdiu disceptavit, Porphyrius igitur non is fuit, qui, quae ex Longini ore imbibisset, illico fastidiens abiiceret; sed dum magis magisque intellegere sibi videtur, unice veram esse Plotini philosophiam, cum hac ut Homerum et veterem deorum cultum conciliaret, eo aliquamdiu interpretationis genere usus est, ut sub verbis, simulacris, caerimoniis nescio quid sublime latere censeret.

Decem libros Porphyrius περὶ τῆς ἐξ Ὁμήρου ὠφελείας τῶν βασιλέων scripsit (Suid. Eudoc.), ex quibus Gildersleevius p. 21 scholium Il. 1. 340 BL, Is. Vossii codice Leidensi ap. Valcken. ad Ammon. π. διαφ. λέξεων p. 240 tributum Porphyrio, existimat esse

* Sch. Il. 3. 250: μήτηρ Πριάμου, ὥς φ. Π. ἐν τῷ π. τ. παραλελειμμένων τῷ ποιητῇ ὀνομάτων, κατὰ μὲν Ἀλκμᾶνα τὸν μελοποιὸν Ζευξίππη, κατὰ δὲ Ἑλλάνικον Στρυμώ, Στάμις δὲ ἐν τῷ π. Λέσβου φ. Θόασαν τὴν Τεύκρου. — 314: Πορφ. ἐν τοῖς παραλελειμμένοις φ. ὅτι τὸν Ἕκτορα Ἀπόλλωνος υἱὸν παραδίδωσιν Ἴβυκος, Ἀλέξανδρος, Εὐφορίων, Λυκόφρων. — 325: Π. φ. ἱστορεῖν τὸν γράψαντα τὰ τραγῳδούμενα, ὅτι ὁ θρέψας τὸν Πάριν νομεὺς Ἀρχιάλας ἐκαλεῖτο.— Sch. Od. 9. 197: Μάρων Εὐάνθους υἱός, ὁ δὲ Εὐάνθης υἱὸς Διονύσου, γυνὴ Μάρωνος Οἰδερή, ὥς Π.

desumtum: Οἱ Πυθαγόρειοι κατὰ θεὸν καὶ κατὰ ἀνθρώπειον γένος ὅλον τρίτον ἐτίθεντο σεβάσμιον τὸν βασιλέα ἢ σοφὸν ἄνδρα, Ὁμήρου πρώτου μεταξὺ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων θέντος τὸν βασιλέα, καὶ πάλιν τὸν βασιλέα προτιμῶντα ποιήσαντος αὐτοῦ τὸν σοφὸν ἄνδρα. ... Παρ' Ἰνδοῖς τε τοὺς Βραχμᾶνας, οἵπερ εἰσὶ παρ' αὐτοῖς οἱ φιλόσοφοι, λόγος τοὺς βασιλέας ἀπαντῶντας προσκυνεῖν. Totum argumentum e Ps. Plutarchi vitae Homeri cap. 199 intellegi potest (R. Schmidt. de illa vita p. 18): Ἔστι δὲ παρ' Ὁμήρῳ πάσης ἡλικίας κατορθώματα, ὑφ' ὧν ὁστισοῦν ἐπαρθείη· ὁ μὲν ἀκμάζων ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως καὶ Αἴαντος καὶ Διομήδους, ὁ δὲ νεώτερος ὑπὸ τοῦ Ἀντιλόχου καὶ Μηριόνου, ὁ δὲ μεσαιπόλιος ὑπὸ τοῦ Ἰδομενέως καὶ τοῦ Ὀδυσσέως, ὁ δὲ γέρων ὑπὸ τοῦ Νέστορος, καὶ πᾶς βασιλεὺς ὑπὸ τούτων ἁπάντων καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος, — et ex cap. 182: Τὴν μὲν βασιλείαν δι' ὅλης τῆς ποιήσεως ὀνομάζων καὶ ἐγκωμιάζων, ὡς ἐν τούτοις·

> θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέων βασιλήων,
> τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι· φιλεῖ δέ ἑ μητίετα Ζεύς.

καὶ ὁποῖον δοκεῖ (πρέπει?) εἶναι τὸν βασιλέα, σαφῶς δηλοῖ·

> λαῶν δ' οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν,

καὶ

> οὔτε τινὰ ῥέξας ἐξαίσιον, οὔτε τι εἰπὼν
> ἐν δήμῳ, ἥτ' ἐστὶ δίκη θείων βασιλήων.

Ad mores igitur conformandos quantum Homerus valeret exposuit, regis semper ratione habita: ita ut vix haec scribi potuerint, nisi principis alicuius in gratiam, praesertim quum tantus librorum esset ambitus. Age iam consideremus vit. Plot. cap. 12. init.: Ἐτίμησαν δὲ τὸν Πλωτῖνον μάλιστα καὶ ἐσέφθησαν Γαλλιηνός τε ὁ αὐτοκράτωρ καὶ ἡ τούτου γυνὴ Σαλωνίνη, adeo ut Plotini suasu imperator vel Platonopolim aliquam urbem ad Platonis normam, velut Fourier phalansteria, instituere animum induceret. Cui Origenes Platonicus quoque blandiri studuit, quum librum ὅτι μόνος ποιητὴς (i. e. qui sui iuris sit, qui libere agere et quod velit creare possit) ὁ βασιλεύς conficeret (vit. Plot. 26). Nemo alius illo saeculo aut ante aut post imperavit, cui Porphyrii commentatio accepta esse posset; nam non solum Platonicos Gallienus magni habebat, sed etiam poetas amabat atque ipse versus faciebat. Illi igitur Porphyrium libros de regibus inscripsisse arbitror. Nam quum Plotinus et imperatorem nosset et Porphyrium simulac vidisset permagni aestimaret, fieri vix potuit,

quin discipulum laudaret commendaretque illi, aut moveret, ut ipse sua studia augusto philosophiae patrono probaret. Quod ita Porphyrius fecit, ut Homerum pone sequeretur: neque enim quidquam ad illam nos perducit interpretationem, quae poetae sententiam ad alienae philosophiae normam transmutet. Romam Porphyrius a. 262 pervenit; a. 265 tot totum per orbem seditiones aliis imperatoribus alias renuntiatis exortae sunt, ut mirum esset, si Gallienus satis otii esset nactus, ut poetis philosophisque vacare pergeret. Itaque ante a. 265 aut ipso a. 262 aut paulopost illam commentationem confectam esse arbitror.

Omnino autem tenendum est, quod subtiliter Gildersleevius observavit. Qui p. 8: „neque usquam," inquit, „ap. Porph." (in scholiis Homeri) „allegoricum genus cum ethico aut ethicum cum grammatico commixtum reperies." Semel tantum uno eodemque in libro et grammatici et philosophi interpretatione usus est, sed ibi quoque utramque separavit prorsus. Libellum de Styge* dico, cuius parte priore Homeri verba et fabulas componit, posteriore philosophicam extorquet sententiam. Ibi (ap. Stob. 2. 1. 18) ait: Πάντες οἱ παλαιοὶ π. τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων δι' αἰνιγμάτων ἐσήμηναν, Ὅμηρος δὲ καὶ μᾶλλον τὰ περὶ τούτων ἀπέκρυψε, τῷ μὴ προηγουμένως περὶ αὐτῶν διαλέγεσθαι, καταχρῆσθαι δὲ τοῖς λεγομένοις εἰς παράστασιν ἄλλων. Paulo ante de condicione animarum post mortem primum quid Homerus dixerit, tum quid senserit exponit. I. 52. 49 (p. 1028 Heer.) Titanum nomen a τίσει ducit, 46 p. 1004 Apollodori de diis librum XX sequens nomina fluviorum inferorum explicat et Acheronti ait esse masculinum genus, quia sterilis sit.

Antea se Homeri carmina nondum ita interpretatum esse I. 52. 49 p. 1038 Porphyrius significat. Postquam enim explanavit, cur sanguine umbrae mentem recuperarent, et cur mulierum umbrae ad sacra ab Ulysse facta priores accederent, pergit: Ὧν πάντων πολλῆς θεο-

* In Stobaei eclog. phys. (ed. Heeren. Gotting. a. 1792—1801 et Gaisford. Oxon. 1850) libri I cap. 4. 56; 52. 46—49 et 54 sq. II. 1. 18. Heeren; floril. 100. 21; 105. 57. Gaisf. Priores editiones ut parum emendatas omitto. Probabili coniectura R. Schmidt de Plut. vit. Hom. p. 18 etiam de somniorum ap. Hom. portis explicationem philosophicam, a Macrobio somn. Scip. 1. 3 ex Porph. commentariis allatam, huc trahit.

σοφίας γεμόντων ἡμεῖς ἐπιτρέχομεν, διὰ τὸ μὴ περὶ τούτων εἶναι τὴν πρόθεσιν, (ἀλλὰ) τῆς κατὰ τὴν Στύγα ἐξηγήσεως. Dixisset sine dubio, se alias de his rebus disputasse, si ante illud tempus fecisset. Immo iam tunc maius de ea re opus animo conceperat maiorisque libri hunc libellum quasi praecursorem esse voluit. Nam in ipso fine ait: ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου (de occulto carminum Hom. sensu) εἰς ὅλην πραγματείαν ὑπερκείσθω τὸ σύγγραμμα. Quae verba Gildersleevius p. 9 cognovit non adolescentem prodere, sed hominem aetate provectiorem, qui ad certum opus quasi se accingeret.

In libro de Styge igitur quum utroque interpretandi genere usus esset, ad alterum, i. e. philosophicum, solum commentatio de antro Nympharum* ap. Hom. Od. 13. 96—112 pertinet. Sed vel ibi explicationem philosophicam defendit tamquam causam dicens. Ait enim, quum nemo, qui Ithacam insulam viderit, quidquam de antro illo compererit, sequi ut aliud aliquid sub Homeri descriptione lateat. Itaque animam et sim. significari censet. Praeterea iam ibi deorum naturam philosophice explicare coepit, velut p. 270. Holst. ait: φρόνησις δὲ ἡ Ἀθηνᾶ, et paulo ante, leges quasdam naturae Saturni significari amputatione.

Maiorem autem librum, quem in extr. de Styge comm. promittit, eum esse Goens. p. 122 putat, quem Suidas περὶ τῆς Ὁμήρου φιλοσοφίας scriptam tradat. (Iam Longinus commentationem ediderat inscriptam: εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος, teste Suida s. Longino.) Atque eam ipsam Homeri esse vitam, quae Plutarcho tribui soleat, Rud. Schmidt in gymmn. Francogall. Berol. commentatione auctumnali a. 1850 sagaciter quum aliis argumentis probat, tum duobus gravissimis: Circae explicationem philosophicam, quam vit. Hom. cap. 126 praebeat, Porphyrio tribui a Stobaeo ecl. phys. 1. 52. 54; tum enneadem vit. cap. 145 extr. celebrari, ut a Porph. vit. Plot. 24. H. l. Porphyrius: τὰ τοῦ Πλωτίνου βιβλία, inquit, διεῖλον μὲν εἰς ἓξ ἐννεάδας, τῇ τελειότητι τοῦ ἓξ ἀριθμοῦ καὶ ταῖς ἐννεάσιν ἀσμένως ἐπιτυχών. Io. Lyd. de mens. 4. 78: θεῖος ὁ τῆς ἐννεάδος ἀριθμὸς

* Ed. I Rom. 1518. ch. 8. Repetiit Holsten. utraque editione. Ed. R. M. van Goens. Trai. a. R. 1765. ch. 4. — Ed. Parisot. Paris. 1845. 8. In brevius redegit Psellus ed. Boissonadius. Norimberg. 1838 p. 52 sqq., unde Porphyrius emendari potest aliquoties.

ἐκ τριάδων ἐκπληρούμενος, καὶ τὰς ἀκρότητας τῆς θεολογίας κατὰ τὴν Χαλδαϊκὴν φιλοσοφίαν, ὥς φησι Πορφύριος, ἀποσώζων. Unus philosophorum Graecorum Porphyrius hunc numerum tanti fecit: nam ne Xenocrates quidem sublimem ei sententiam subiunxit, sed arithmeticam tantum rationem spectavit. Lydus ibid. 3. 7. p. 100 ed. Roether: οἰκειότατος καὶ προσφυὴς ὁ ἐννέα ἀριθμὸς τῇ Σελήνῃ· οὗτος γὰρ ἑαυτὸν γεννᾷ κατὰ Ξενοκράτην· ἀόριστος γὰρ ἡ ἄχρις ἐννεάδος πρόβασις καὶ πλήθει σύνοικος. Platonici alii numerum quaternarium potius, Pythagorei decadem summi habent, magni etiam numeros ternarium et septenarium, non magni faciunt enneadem.

Nihili sunt, quae Gildersleevius Schmidtio obiicit. Nam quod scholiastas Homeri, qui alios Porphyrii libros diligenter excusserint, ex vita illa quidquam afferre negat, iam Schmidtius plura in scholiis inesse docuit, quae cum vita concinerent. Et ne librum quidem de Homeri philosophia a Porphyrio utique scriptum usquam scholiastae nominant. Quod deinde opponit, philosophorum placita non ea tantum, quae Porphyrius probaverit, sed alia quoque in vita ex Homero erui, hac re ostendit, se vitae rationem et argumentum parum perspexisse. Neque enim suam philosophiam Porphyrius Homeri auctoritate confirmare studuit, sed omnis sapientiae fontem communem poëtam fuisse ratus inesse demonstrat placita Pythagorae, Platonis, Peripateticorum, Stoicorum, Epicureorum: describi naturam condicionemque non solum regni, quam reipubl. formam ipse Porphyrius probabat, sed etiam ἀριστοκρατίας, ὀλιγαρχίας, δημοκρατίας. Quam sententiarum ap. Hom. discrepantiam etiam explicat philosophus: quae enim a vera sibique probata philosophia recedant, non Homeri esse opiniones, sed hominum ab eo descriptorum, significat in ultimo vitae capite (217): ἡ τοιαύτη ὑπόθεσις παρέσχεν ἀφορμὰς τῷ ποιητῇ παντοδαποὺς κινῆσαι λόγους, τοὺς μὲν ἀφ' αὑτοῦ, τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν εἰσαγομένων προσώπων, et cap. 5: εἰ δὲ μὴ μόνον ἀρετάς, ἀλλὰ καὶ κακίας ψυχῆς ἐν ταῖς ποιήσεσι παρίστησι, λύπας τε καὶ χαρὰς καὶ φόβους καὶ ἐπιθυμίας, οὐ χρὴ αἰτιᾶσθαι τὸν ποιητήν, παρόντα δὲ (scr. παρὸν τῷδε, quum sit penes eum, quum ei liceat) μιμεῖσθαι οὐ μόνον τὰ χρηστὰ ἤθη, ἀλλὰ καὶ τὰ φαῦλα· ἄνευ γὰρ τούτων παράδοξοι πράξεις οὐ συνίστανται, ὧν ἀκούοντα ἔνεστιν αἱρεῖσθαι τὰ βελτίω. Totius commentationis summam Eustath. in

prooemii suorum in Il. scholiorum initio complectitur: οὐδεὶς γοῦν οὔτε τῶν τὰ ἄνω. περιεργαζομένων, οὔτε τῶν περὶ φύσιν, οὔτε τῶν περὶ ἦθος, οὔθ' ἁπλῶς τῶν περὶ λόγους ἐξωτερικούς, ὁποίους ἂν εἴποι τις, παρῆλθε τὴν Ὁμηρικὴν σκηνὴν ἀξεναγώγητος, ne Pythia quidem, inquit, aut medici aut alius quisquam. Atque eosdem homines vita Homeri enumerat.

Ne illud quidem morari nos potest, quod liber multa de poetae vita, dialecto, figuris, tropis continens tamen de Homeri philosophia inscriptus sit. Permagna enim pars ad diversas philosophiae disciplinas pertinet, eodemque referenda sunt ea quoque, quae de republica, de rhetorice, de rebus physicis — quod medicorum quoque artis fundamentum est — de artibus denique omnibus disputata sunt. Haec enim omnia philosophia veteribus complecti videbatur. Itaque a potiori libri facta est denominatio.

Accidit tamen Gildersleevio, ut unam rem gravissimam, quae Schmidtio posset obiici, omitteret. Nam in vit. Hom. cap. 3 legimus: ἀλλὰ παρὰ τοῖς πλείστοις πεπίστευται Homerum μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῶν Τρωικῶν γεγονέναι (quae Eratosthenis computatio fuit auctore Syncello p. 180. d), οὐ πολὺ πρὸ τῆς θέσεως τῶν Ὀλυμπίων, ἀφ' ἧς ὁ κατὰ ὀλυμπιάδας χρόνος ἀριθμεῖται. At p. 15 vidimus, a Porphyrio in hist. philos. Homerum non centum, sed 275 annis post Troiam captam tradi natum esse. Nihilo tamen secius tantum abest ut librum ea re abiudicari a Porphyrio concedam, ut etiam aliquanto post historiam philosophiae scriptus esse ita videri possit, quae mea sententia est. Nam p. 15 commemoravi, in libris adv. Christianos et in chronicis Porphyrium alios auctores quam antea in temporibus constituendis esse secutum: potuit igitur de Homeri aetate tunc Eratosthenem (? Cf. Lauer Homer. Poesie p. 121) probare.

Quid vero? Si centum annis post Troiam dirutam poeta nascebatur, num hoc ab olympiadibus constituendis exiguo temporis spatio distabat? Nempe, si cum Alexandrinis a. 1184 urbem captam esse censemus, 317 anni intercedebant; sin a. 1208 cum Theopompo atque Ephoro, quos ea de re Porphyrium in chronicis secutum esse C. Mueller in fragm. hist. Gr. III p. 691 annotatione ex Syncello Eusebioque argumentatur, vel 341 annorum discrimen est. Itaque

quoquo nos vertimus, illa vitae verba non integra esse apparet. Quae suppleri possunt ex Suida sub Hesiodo: Πορφ. καὶ ἄλλοι πλεῖστοι νεώτερον Hesiodum Homero ἑκατὸν ἐνιαυτοῖς ὁρίζουσιν, ὡς λβ' μόνους ἐνιαυτοὺς συμπροτερεῖν (scr. αὐτὸν προτερεῖν) τῆς πρώτης ὀλ. Itaque in vit. Hom. scr. μετὰ ἔτη σοέ ἐκ τῶν Τρ. γεγ., [Ἡσίοδον δὲ] οὐ π. Nam 32+100+777=909; 1184−909=275.

His omnibus perpensis restat, ut studiorum a Porphyrio in poëtam collatorum paucis progressum complectamur atque decursum. Quae libris sacris apud Christianos, eadem Homeri carminibus apud Graecos antiquitus fuit auctoritas idemque usus. Quem quum Porphyrius omnis sapientiae fontem communi opinione censeri videret, primum elaboravit ut penitus intellegeret ceterisque explanaret; deinde quia, quo plus in philosophia proficiebat, eo magis percipiebat, non omnia, quae ille quum de hominibus, tum de diis cecinisset, summae veritati respondere, ad eam sententiam transiit, ut eius carmina, velut sacros libros recens quaedam theologorum secta, existimaret non tota esse vera, at continere id, quod verum esset; noluisse poëtam ipsius semper doctrinam proferre, sed deteriorum quoque hominum opiniones moresque depinxisse. Atqui ne hac quidem ratione effecit, ut a veritate, quam Porphyrius cognovisse sibi videbatur, poëta nunquam recederet. Itaque aliud ab eo verbis dici, aliud cogitatione subintellegi statuit, atque, haud dissimilis nostrorum temporum theologis, qui a ratione nomen ceperunt, de eius sapientia quidem non dubitavit, explicationem tamen extrinsecus, non amplius ex ipso poëta repetiit. Postremo postquam Plotino totum se dedit omninoque se ad mentem meditationemque vertit, et Homerum et traditas vulgo opiniones prorsus abiecit. Ita in interpretatione Timaei, quam mortuo iam Plotino scriptam esse infra demonstrabo, Πορφύριός φησιν, ὅτι μέγεθος μὲν πάθεσι περιθεῖναι καὶ ὕψος Ὅμηρος ἱκανὸς καὶ εἰς ὄγκον ἐγεῖραι φανταστικὸν τὰς πράξεις, ἀπάθειαν δὲ νοερὰν καὶ ζωὴν φιλόσοφον ἐνεργοῦσαν οὐχ οἷός τε παραδοῦναι (Proculus in Tim. p. 20 d).

Eaedem vices et progressus in reliquis Porphyrii libris offeruntur. Transitum a grammatico genere ad philosophicum nobis ex comm. Homericis liber de Styge, ex reliquis epistula ad Anebonem, sacerdotem Aegyptium, demonstrat. Huius epistulae partes haud exiguas

Eusebius servavit in praep. evang. et Iamblichus in libris de mysteriis Aegypt., quos Thom. Gale edidit Oxon. 1678. chartis formae maximae minoribus. Ex diversis reliquiis Galeus praefationis causa totam epistulam conformavit, et verbis quibusdam mutatis adiectisque absolvit. Finxit Iamblichus Abammonem, sacerdotem senem, Anebonis magistrum, pro discipulo ad Porphyrii quaestiones respondere. Porphyrius mortuo demum Plotino Iamblichum instituit; itaque senior videri potest ad Anebonem scripsisse. Tamen iuvenem scripsisse arbitror. Iamblichus certe adversus commentationem iampridem editam disputare poterat; atque ita ibi refragatur Porphyrio, ita verbotenus eum refutat, ita cum sententiis, quas ipse totam per vitam sequebatur quasque Proculus maxime admirabatur, consentit, ut ne ipse quidem adolescens, sed senior, mortuo iam Porphyrio, de mysteriis scripsisse videatur. Multa similiter ibi commentatus est ut in Platonis Timaeum, quem defuncto Porphyrio explicuit.

Porphyrius illa epistula summas de deorum natura movet dubitationes; physicam et philosophicam deorum interpretationem proponit quidem, sed hanc quoque dubitanter; Aegyptiorum de ea re doctrinam accipere cupit, quoniam Graeci confiteantur deos et sacra ab Aegypto in Graeciam esse translata. Quia igitur de philosophica deorum interpretatione nondum sibi persuaserat, sed incertus fluctuat, ad Anebonem videtur litteras dedisse, priusquam de Styge commentatus est. Quid vero? Si tunc iam Plotini consuetudine usus esset, cur non hunc potius interrogasset, qui et Lycopolitanus Aegyptius erat, et Alexandriae non solum Ammonium, sed alios etiam viros plurimos audiverat (vit. Plot. 3)? Itaque Porphyrium litteras edidisse arbitror non multo prius quam Romam se conferret, aliquanto ante, quam certa opinione concepta Homerum philosophice interpretari inciperet: de diis igitur sub finem temporis, quod Athenis degeret, dubitare coepisse.

Postquam Romam pervenit, orationem Plotini genusque dicendi primum non intellexit, διὸ καὶ ἀντιγράψας, inquit, προσήγαγον (Plotino me opposui), δεικνύναι πειρώμενος, ὅτι ἔξω τοῦ νοῦ ὑφέστηκε τὸ νόημα (cogitans et cogitatum non esse idem; Plotinus enn. 5. 5 argumentatur, ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητά) .. Γράψαντος δὲ βιβλίον οὐ μικρὸν τοῦ Ἀμελίου (qui iamdiu Plotini discipulus

fuerat) πρὸς τὰς τοῦ Πορφυρίου ἀπορίας, καὶ πάλιν πρὸς τὰ γράφέντα ἀντιγράψαντός μου, τοῦ δὲ Ἀμελίου καὶ πρὸς ταῦτα ἀντειπόντος, ἐκ τρίτων μόλις συνεὶς τὰ λεγόμενα ἐγὼ ὁ Πορφύριος μετεθέμην, καὶ παλινῳδίαν γράψας ἐν τῇ διατριβῇ ἀνέγνων (in conventu recitavi). Κἀκεῖθεν λοιπὸν τὰ βιβλία τὰ Πλωτίνου ἐπιστεύθην (vit. Plot. cap. 18 med.). Vituperatur eam ob causam a Longino, qui sua placita et litteris datis (vit. Plot. 19) et libro π. τέλους defendit[1].

Plotini monitu Porphyrius adversus Diophanem rhetorem scripsit, qui Alcibiadem Socratis cinaedum fuisse credebat eundemque defenderat (vit. Plot. 15); coram magistro carmen, quo Iovis Iunonisque connubium sacrum cecinerat et philosophice explicaverat, recitavit (ibid.), simul cum Plotino disputavit adversus gnosticos, qui Zoroastris nomine abutentes illo tempore oracula finxerant (ibid. 16). Haec igitur oracula quum non probaret, Chaldaica oracula et genuina esse censuit et suum in usum convertit in sex de materia libris (Suid. Simplic. phys. ausc. I fol. 50. b). Docte de his libris Thilo in disp. de coelo empyreo I paschalium Halensium a. 1839 ch. 4. edita commentatur. „Continuit," inquit, „de materia sententias Porphyrii, cuius summam praebent ἀφορμαὶ πρὸς τὰ νοητά sect. 21 (ed. Holsten. Rom. 1630. Cantabr. 1655. ch. 8), quas consentire demonstrat cum Plotino (enn. 2 lib. 4. π. ὕλης), Pythagoreis, Platone, Aristotele, theologia Graecanica et Chaldaea." Ad hos libros Holstenius, Fabricius, Thilo ea referunt, quae Aeneas Gazaeus sophista Theophrasti p. 51. Boiss. praebet: οὐ γὰρ ἀγένητος οὐδὲ ἄναρχος ἡ ὕλη. Τοῦτό σε καὶ Χαλδαῖοι διδάσκουσι καὶ ὁ Πορφύριος. Ἐπιγράφει δὲ καθόδου[2] τὸ βιβλίον, ᾧ[3] εἰς μέσον προάγει

[1] In huius libri prooemio, descripto in vit. Plot. cap. 20, queritur § 13, quod pristinus discipulus Plotinum ἐπεχείρησε διὰ συγγράμματος ἀποδεῖξαι βελτίω δόξαν π. τῶν ἰδεῶν τῆς ἡμῖν ἀρεσκούσης ἔχοντα. Illud σύγγραμμα παλινῳδία est. Falso Holsten. de vit. Porph. cap. 10 alium aliquem Porphyrii de ideis librum adv. Longinum finxit.

[2] Sic Boissonadius pro καθόλου. Id est de animae in corpora descensu. Hoc uni librorum de materia Porphyrius inscripserat. Idem postea περὶ ἀνόδου τῆς ψυχῆς adv. Chaldaeos scripsit, i. e. de regressu s. liberatione animae, de ratione, qua anima ad deum et aetherem efferretur. Cf. Augustin. de civ. dei 10. cap. 32. Frustra καθ' ὅλου Thilo defendit.

[3] Sic Boiss. pro ὃ.

τῶν Χαλδαίων τὰ λόγια, ἐν οἷς γεγονέναι τὴν ὕλην ἰσχυρίζεται, i. e. quorum testimonio confirmat, materiam esse genitam. Eosdem de materia libros ab Augustino de civ. dei X. p. 27 (ed. Genev. a. 1610) significari arbitror: „Tu" (Porphyri) „autem didicisti hoc non a Platone, sed a Chaldaeis, magistris tuis, ut in aethereas vel empyreas mundi sublimitates et firmamenta coelestia extolleres vitia humana, ut possent dii vestri theurgis pronuntiare divina: quibus divinis te tamen per intellectualem vitam facis altiorem, ut tibi videlicet tanquam philosopho theurgicae artis purgationes nequaquam necessariae videantur: sed aliis tamen importas." Et p. 23: „Dicit etiam Porphyrius, divinis oraculis fuisse responsum, non nos purgari lunae teletis atque solis, ut hinc ostenderetur, nullorum deorum teletis hominem posse purgari. Denique eodem dicit oraculo expressum, principia (i. e. τὰς ἀρχάς) posse purgari." Porro quibus in libris Chaldaica oracula a Porphyrio allata sint, in iisdem etiam Plotini disputationem πόθεν τὰ κακά (enn. 1 lib. 8) tractatam esse Aeneas l. comm. tradit*. Scriptos igitur esse apparet, quum Porphyrius Longini doctrina iam esset imbutus. Sed nosse iam oracula Chaldaica debebat, si recte de oraculorum Zoroastris fide iudicare voluit. Zoroastris vaticinationes ultra Chaldaicarum rationem procedunt, velut posteriores ultra priores. Solebat Porphyrius, quo erat veritatis studio, quidquid ad cognitionem sapientiamque perducere posse videretur, in usum suum convertere, simulac nosset. Itaque, si quid video, de materia scripsit, antequam Zoroastris versus propagari coepti sunt; Chaldaica oracula, quae vel linguae numerorumque barbarie tertii fere saeculi speciem prae se ferunt, non ita multo ante gnosticorum fraudes Porphyrio innotuerunt, certe postquam libros π. τ. ἐκ λογίων φιλ. confecit, in quibus nullum oraculum a Chaldaeis arcessitur, quamquam numinis Graeci ibi vaticinatio affertur, quae Chaldaeorum gentem rerum divinarum peritissimam esse praedicabat. Chaldaica igitur placita praeterire ibi non poterat, si no-

* Falso igitur Gildersleevius de Porph. stud. Homer. p. 6 not. 5 coniicit apud Suidam s. Porphyrio ς post π. ὕλης eiiciendum esse et librum de materia partem fuisse συμμίκτων ζητημάτων, ubi etiam π. γεωμετρ. ὕλης sermo fuerit. At alia est materia apud philosophos, alia apud mathematicos. Vocabulum idem, res diversa.

visset. Atque multo altius illa in philosophiae recessus descendunt quam deorum oracula a Porphyrio explicata; illa multas res tollunt et damnant, quas haec praedicant atque praecipiunt, exempli gratia sacrificia.

Libris de materia posteriores etiam libri de recessu animae fuerunt, ex quibus excerptae fortasse sunt ἀφορμαὶ πρὸς τὰ νοητά ab Holstenio editae, quum animae liberationem secundum Plotinianae doctrinae rationem exponant, sicut libri de regressu, teste Augustino civ. dei 10. 19. 2: multis enim ibi Porphyrius corpus fugi iubet, ut anima possit beata manere et cum deo coniuncta. Augustin. ibid. 10. 32. 1: „.. dicit Porphyrius in primo iuxta finem de regressu animae libro, nondum receptam esse unam quandam sectam, quae universalem contineat viam animae liberandae, vel a philosophia verissima aliqua, vel ab Indorum moribus ac disciplina, aut inductione Chaldaeorum, aut alia qualibet via, nondumque in suam notitiam eandem viam historiali cognitione perlatam." Addit Augustinus: „utique se a Chaldaeis divina oracula sumpsisse, quorum assiduam commemorationem facit, tacere non potuit," i. e. in libris de materia. Solebant enim ecclesiae scriptores Porphyrio, adversario acerrimo, opinionum inconstantiam ita exprobrare, ut alium eius librum ex alio refellerent.

Itaque tenuit Porphyrius primum oracula et explicavit, nulla re extrinsecus ascita; tum in libris de materia ad philosophica Chaldaeorum oracula transiit; postremo in libris de regressu haec quoque abiecit, veritatem in iis frustra se quaesivisse confessus.

Similiter eius de diis placita sese excipiunt. In libris enim de oraculorum philosophia non dubitat quin dii tales sint, quales communis veterum religio esse tradiderit. Uno tantum loco physicam interpretationem adhibuit, ap. Euseb. praep. evang. IV. 22 p. 174 Vig. Μήποτε οὗτοί εἰσιν (i. e. mali daemones), ὧν ἄρχει ὁ Σάραπις, καὶ τούτων σύμβολον ὁ τρίκρανος κύων, τουτέστιν ὁ ἐν τρισὶ στοιχείοις, ὕδατι, γῇ, ἀέρι, πονηρὸς δαίμων .. Ἄρχει δ' αὐτῶν καὶ ἡ Ἑκάτη, ὡς συνέχουσα τὸ τρίστοιχον. Itaque Cerberum quidem re vera extare non credidit. Quod tamen in monstro ausus est, in diis tunc non audebat. Neque enim Hecatae divinitatem ibi tollit formamve traditam in dubitationem vocat, sed eius imperium modo

significat ac potestatem. Non trium elementorum imaginem deam esse dicit, sed ex triplici eius forma trium elementorum reginam esse colligit. Quid, quod vel animam censuit tripartitam esse propterea, quod Hecate, animae domina, esset triformis? Ait autem ap. Euseb. pr. ev. 5. 6 p. 191 Vig.: Καὶ μήποτε διὰ τοῦτο τρίμορφος τριμερής τε καὶ ἡ ψυχή, postquam oraculis docuit Hecaten et triformem esse et ἀρκοῦσαν ψυχῶσαι πανυπέρτατον κόσμον.

Quanto his epistula ad Anebonem distat! In qua dubitat, utrum dii sint, quales antiquitas Graeca mente excogitaverit, an sidera sint, an naturae quaedam vires, an animae humanae partes. In oraculorum philosophia deos distinguit a sideribus (Euseb. pr. ev. 6. 1. 1); ibidem deos caelestes, aërios, terrestres, marinos, inferos eorumque omnium sacrificia diversa enumerat (pr. ev. 4. 9. 1); in epistula interrogat: διὰ τί ἐν οὐρανῷ κατοικούντων τῶν θεῶν μόνον, χθονίων καὶ ὑποχθονίων εἰσὶ παρὰ τοῖς θεουργικοῖς κλήσεις; .. πῶς ἐνύδριοί τινες λέγονται καὶ ἀέριοι, τόπους τε διειλήχασιν ἄλλοι ἄλλους .. καίτοι δύναμιν ἄπειρον ἔχοντες καὶ ἀμέριστον; (Iambl. de myst. I cap. 9.) Illic praecipit, quomodo numina invocari, quibus sacris coli velint, hic quaerit, an sacra precesque aspernari debeant, qui voluptatum, irae, sensus denique humani sint expertes (Iambl. I cap. 10 — 13). Illic artibus magicis deos cogi docet; hic interrogat, an, si sapientes sint, debeant esse inexorabiles (Iambl. I cap. 27 — 30). Illic deorum ore sapientiam et beatitudinem tradi affirmat, hic sciscitatur, μήποτε ἄλλη τις λανθάνῃ οὖσα ἡ πρὸς εὐδαιμονίαν ὁδός, ἀφισταμένη τῶν θεῶν (ibid. X. 1). Quid multa? Paene ipsa verba, quae in oraculorum philosophia protulerat, in epistula in dubitationem vocat.

Non dubitabat amplius fluctuabatve, sed certam viam sequens deorum et nomina et formas et naturam physice interpretatus est libro περὶ ἀγαλμάτων, ex quo haud pauca Eusebius pr. ev. III. 7—13 et Stobaeus ecl. phys. I. 3. 23 afferunt. Περὶ θείων ὀνομάτων α′ hunc librum Suidas vocat s. Porphyrio, quia deorum simulacra non magis quam nomina explicabat. Hoc enim libri reliquiae docent: quae nullae sunt libri de nominibus; neque cogitari potest quid novi hic proferre potuerit, quum ille quoque nomina complectatur. Ne quis autem inscriptionis discrepantiam mirator. Nam simili discre-

pantia, quem librum reliqui περὶ πέντε φωνῶν vocant aut isagogen, eundem Suidas περὶ γένους καὶ εἴδους καὶ διαφορᾶς καὶ ἰδίου καὶ συμβεβηκότος dixit. Genuinum tamen indicem ne π. ἀγαλμάτων quidem esse arbitror, sed π. τ. ἐξ ἀγαλμάτων φυσιολογίας, similem indici π. τ. ἐκ λογίων φιλοσοφίας. Solet enim Eusebius illum librum, quoties commemorat, φυσιολογίαν vocare (pr. ev. III 6 extr. 8 extr. 13. 14 init. 15 init. 16 med. et extr.).

Hac igitur commentatione philosophus veram deorum naturam simulacris tanquam libris (pr. ev. 3. 7) significari docuit, ut oraculis explicari olim ostenderat. At quanto longius provehitur quam in oraculorum philosophia! Iovem vocat τὸν νοῦν τοῦ κόσμου, τὸν πάντα κόσμον (pr. ev. III. 9): τὴν δὲ Ἥραν, inquit (ibid. III. 11), σύνοικον τῷ Διὶ πεποιήκασιν, τὴν αἰθέριον καὶ ἀέριον δύναμιν Ἥραν προσειπόντες. Ἔστι γὰρ ὁ αἰθὴρ ἀὴρ λεπτομερέστατος .. Καὶ τοῦ μὲν παντὸς ἀέρος ἡ δύναμις Ἥρα τοὔνομα ἀπὸ τοῦ ἀέρος κεκλημένη· τοῦ δὲ ὑπὸ σελήνην φωτιζομένου καὶ σκοτιζομένου ἀέρος ἡ Λητὼ σύμβολον· ληθὼ γὰρ αὐτὴν εἶναι διὰ τὴν κατὰ τὸν ὕπνον ἀναισθησίαν, καὶ ὅτι ψυχαῖς ὑπὸ σελήνην γενομέναις λήθη ξυνομαρτεῖ τοῦ θείου· διὰ τοῦτο δὲ καὶ μήτηρ Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἀρτέμιδος, τῶν αἰτίων φωτισμοῦ .. Καὶ τὸ μὲν ἡγεμονικὸν τῆς χθονίας δυνάμεως Ἑστία κέκληται .. Τὴν δὲ Ῥέαν προσεῖπον τὴν τῆς πετρώδους καὶ ὀρείου γῆς δύναμιν· τὴν δὲ Δήμητραν τὴν τῆς πεδινῆς καὶ γονίμου .. κυεῖ τὴν Κόρην ἐκ Διός, τουτέστι τὸν κόρον ἐκ τῶν φρυγανωδῶν σπερμάτων (satietatem ex segete) .. Τῶν δὲ ἀκροδρύων καὶ ὅλως τῶν φυτευτικῶν ἡ δύναμις Διόνυσος ὀνομάζεται .. Ὁ δὲ κύων (Cerberus) δηλοῖ τὴν κύησιν τῶν καρπῶν εἰς τρία διῃρημένην, εἰς τὴν καταβολήν, εἰς τὴν ὑποδοχήν, εἰς τὴν ἀνάδοσιν .. Ἐννέα δὲ ἐπᾴδουσαι Phoebo sunt Μοῦσαι, ἥ τε ὑποσελήνιος σφαῖρα καὶ ἑπτὰ πλανητῶν καὶ μία ἡ τῆς ἀπλανοῦς. Herculis labores duodecim ad zodiacum refert. Ἄρτεμις οἷον ἀερότεμις (sic).. τοῦ δὲ παντὸς τὸν Πᾶνα σύμβολον ἔθεντο .. Attin nomen ab ἄνθει ducit (Euseb. pr. ev. 3. 13), qua de re Porphyrium exposuisse Iulianus quoque acceperat, qui ipsum librum non legit (Iulian. orat. 5 p. 302 Petav.)*. Satis superque haec demonstrant, quomodo deos

* Iamblichus quoque librum de simulacris scripsit. Qui, ut solebat, Porphyrii modum excessit, ita ut, quum ille deorum formas insigniaque

nihil nisi rerum naturae signa esse tunc crediderit, quomodo nomina sit rimatus, qua animi sollicitudine et paene dicam anxietate veritatem alias aliter quaesiverit, velut umbram fugacem persequens. Etiam simulacra postremo abiecit et missis poetarum sculptorumque veterum somniis ad numen, cuius natura etiam nomen orationemque fugeret, cogitando efferri studuit.

Ut mentem corporis vinculis quam maxime liberaret, Orphicorum victu utebatur, quem quattuor π. ἀποχῆς ἐμψύχων libris * etiam Castricio Firmo commendavit, iuris consulto, Plotini discipulo et familiari (vit. Plot. 7). Quum in oraculorum philosophia secundum deorum vaticinationes praecepisset, quae victimae diis essent mactandae, in ep. ad Anebonem dubitasset, an sanguis hostiarum, vapor sacrificiorum, animalium mortuorum corpora deos polluerent violarentque, quoniam ne sacerdotibus quidem carne vesci liceret (Iambl. de myst. 5. 1), in libris de abstinentia omnia victimarum sacrificia multis argumentis impugnavit. Hos igitur libros post philos. oracc. et post epist. ad Aneb. scripsit, sed antequam Marcellam in matrimonium duxit, siquidem de abst. 4. 20 virum sapientem caelibem esse iusserat. Ad quae ipsa verba in epist. ad uxorem exordio, ne inconstantiae argueretur, videtur respexisse, ubi veluti causam dicens negat se libidinis causa uxorem duxisse, sed ut pauperis amici viduam iuvaret et ut mulierem philosophiae Platonicae studiosissimam sapientum doctrina magis magisque imbueret. Itaque de abstinentia videtur, quum Plotini familiaritate uteretur, scripsisse, ad quod tempus vel hominis, ad quem libros miserat, nomen nos perducit.

Tribus annis, quos in Sicilia agebat, quindecim libros adversus Christianos edidit (Euseb. eccl. hist. 6. 19 p. 420 Zimm. Augustin. retract. 2. 13. Niceph. 5. 13), quos a. 435 Theodosius alter concremandos curavit. Horum libro XII vaticinationes Danielis spurias et

a sapientibus aliquando excogitata et inventa esse censuisset, ipse principum sculptorum animos praedicaret instinctu divino esse afflatos, ac deorum simulacra esse θεῖα καὶ θείας μετουσίας ἀνάπλεα (ap. Phot. bibl. cod. 215 p. 173 Bekk.).

* edd. P. Victorius Florent. Iunt. 1548 f. max.; de Fogerolles Lugd. Bat. 1620. ch. 8; Holsten. Rom. 1630. Cantabr. 1655. ch. 8; c. nott. varr. Iac. de Rhoer. Trai. a. R. 1767 ch. 4.

post rerum eventum fictas esse probavit. „Ad intellegendas autem extremas partes Danielis“ — verba Hieronymi sunt in Daniel. tom. 3. p. 1073 init. — „multiplex Graecorum historia necessaria est, Suctorii Callinici (in libris de Alexandria X), Diodori, Hieronymi, Polybii, Posidonii, Claudii Theonis et Andronici .. Alypii, quos et Porphyrius secutum esse se dicit.“ Etiam liber IV multa de rebus antiquis Iudaeorum praesertim, Sanchuniathone auctore, tradebat. Itaque fieri non potuit, quin ad temporum perduceretur perscrutationem, quam „ab Ilio capto ad Claudii dominationem“ (Eusebius chronic. p. 195 Mai.) continuavit, i. e. usque ad secundum, si quid video, imperatoris annum, 270 p. Chr. n., quo e Sicilia Romam remigravit. Exscripsit Eusebius in primo chronicorum libro (ibid.). Atque horum quoque studiorum praecessorem Porphyrius Cassium Longinum habuit, pristinum magistrum, cuius duodeviginti de 228 olympiadibus libros idem Eusebius in usum suum convertit (ibid.) *.

Cum rerum antiquarum studiis etiam commentatio πρὸς τὸ Θουκυδίδου προοίμιον videtur cohaesisse, quod prooemium Graecorum primordia, coloniarum deductarum proeliorumque commissorum an-

* Recte enim rhetorem Atheniensem Niebuhr. opusc. 1 p. 188 intellegit, immerito improbatus a Car. Muellero fragm. hist. Graec. tom. 3 p. 688. Mueller „potius Cassius aliquis“ inquit „A. Gellio suppar, qui annales ad suum tempus perduxerit. Idem Cassius ap. Gellium 17. 21.“ 3: Homerum et Hesiodum „ante Romam conditam vixisse, Silviis Albae regnantibus, annis post bellum Troianum, ut Cassius in primo annalium de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta,“ id quod aegre in Cassii Heminae hist. Rom. tradi potuerit. Eundem puto Tertullian. apologet. cap. 10 Cassium Severum dicit ..“ Haec ille. Atqui et Gellius et reliqui Romani quoties Cassium sine cognomine auctorem afferunt, Heminam dicunt; ne hic quidem in annalium exordio, ubi tempora rerum Romanarum antiquissima certis annorum finibus circumscribenda erant, Graecorum res insignes hominesve claros, de quorum aetate constare videretur, neglegere potuit; et quum de regibus Albanis narraret, Aeneae quoque mentio facienda erat. Ita ad bellum Troianum et Homerum delatus est. De Cassio Severo autem secus iudicabit, qui eundem Tertullianum adv. nationes 2. 12. Minuc. Fel. Octav. 22. 8. Lactant. institt. 1. 13. 8 comparaverit: qui quattuor loci pariter Saturnum hominem regemque fuisse Cassio auctore tradunt. Longinus si ab a. 1184 initium cepit, usque ad Pyrrhi, ultimi Aeacidarum, mortem progressus est.

nos, poëtarum et memoriae communis in rebus gestis fidem tractat[1]. Spectemus porro Crameri anecd. (Oxon. 1841) IV. p. 432: Προλεγόμενα τῆς εἰσαγωγῆς Πορφυρίου. Οὐ γὰρ μόνον ἡ παροῦσα πραγματεία αὐτῇ γέγραπται πρὸς Χρυσαόριον, ἀλλὰ καὶ ἄλλαι, οἷον τὸ περὶ διστάσεως Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους. Παιδεύοντος γὰρ τοῦ Πορφυρίου ἐν Ῥώμῃ τὸν Χρυσαόριον τὰ μαθηματικά, τὰ πρῶτα φέροντα τῆς ἐκεῖσε γερουσίας, ἀπόγονος γὰρ ἦν Συμμάχου ἐκείνου, εἰς ὃν εἴρηται·

Σύμμαχε, Συμμαχίδη, πολυσύμμαχε, σύμμαχε Ῥώμης,

καὶ ἀποδημήσαντος αὐτοῦ Πορφυρίου ἐν Σικελίᾳ διὰ τοὺς ἐν τῇ Αἴτνῃ τοῦ πυρὸς κρατῆρας, διότι δεῖ τὸν φιλόσοφον φιλοθεάμονα εἶναι τῶν τῆς φύσεως ἔργων, σχολάσας ὁ Χρυσαόριος ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἐνέτυχε ταῖς Ἀριστοτέλους κατηγορίαις, καὶ μὴ δυνηθεὶς νοῆσαι αὐτάς, ἐπιστέλλει τῷ Πορφυρίῳ, ἢ τὴν ταχίστην ἐπανελθεῖν καὶ ἐξηγήσασθαι αὐτῷ τὰς αὐτὰς κατηγορίας, ἢ γράψαι αὐτῷ ὑπόμνημα· καὶ αἱρεῖται ὁ Πορφύριος τὸ δεύτερον καὶ γράφει αὐτῷ τὴν παροῦσαν πραγματείαν .. Similiter Ammonius Hermiae f., Proculi discipulus, in protechnologumenis fol. 17 b. (ed. Venet. 1545), nisi quod etiam rogatu Chrysaorii, qui de Aetnae m. igne certior fieri cuperet, Porphyrium in Siciliam profectum esse tradit. Sane quidem diversa prorsus illius itineris causa fuit (Porph. vit. Plot. 11 extr.), ita ut reliqua quoque, quae illi narrent, in dubitationem vocentur[2]; tamen hoc inde videtur colligi posse: Porphyrium Chrysaorii praeceptorem fuisse, docuisse iam ante Plotini mortem, Romae, antequam in Siciliam migraret, arti mathematicae operam dedisse, in Sicilia de Aristot. categoriis[3] de eiusdemque ac Platonis differentia scripsisse. Quae si ita sunt, libros Porphyrii geometricos et arithmeticos (Suid. Eunap.) commo-

[1] Athenis hoc scripsit, non Lilybaei, si recte Bernhardius litt. Graec. hist. II p. 116 ad Porphyrii operam in Hom. catalogum collatam rettulit. At minor tantum prooemii pars ad catalogum pertinet.

[2] Etiam consulem Rom. fuisse Chrysaorium David refert ad Aristot. ed. Berol. IV. p. 18. b. lin. 16; senatorem Philoponus ibid. p. 11. a. lin. 34; ἄνθρωπος γὰρ ἦν ὁ Χρυσαόριος στρατηγίαις μᾶλλον ἢ λόγοις ἐνασχολούμενος (ibid. b. lin. 14). Quae omnia nescio an ex infirmissimis, quae apud Porphyrium ipsum sint, indiciis illi finxerint.

[3] Εἰσαγωγὴ εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας sive π. τῶν πέντε φωνῶν sive π. γένους καὶ εἴδους καὶ διαφορᾶς καὶ ἰδίου καὶ συμβεβηκότος. Postremus ed. Brandis in Aristotelis academiae Boruss. auspiciis editi tom. 4 p. 1—6.

dissime putabimus ultimo tempore, quo Romae fuerit, elaboratos esse, libros de Aristotele in Sicilia et mortuo Plotino Romae. Scripsit certe, quum iam doceret; nam discipulis dedicavit, velut libros sex ἐξηγήσεως τῶν κατηγοριῶν πρὸς Γεδάλιον, septem πρὸς Νημέρτιον π. τοῦ μίαν εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἵρεσιν. Praeterea eidem illi Chrysaorio, quae π. τοῦ ἐφ' ἡμῖν disputaverat, inscripsit.

Senior etiam, quum iam scholis Platonicis Romae praeesset, epistulam ad Marcellam dedit, de qua in vita Porphyrii dixi. Germanum ibi Plotinianum se praebet. Οὔτε .. ἱκετεῖαι, ait c. 19, θεὸν ἐπιστρέφουσι, οὔτε θυηπόλια θεὸν τιμῶσιν, οὔτε ἀναθημάτων πλῆθος κοσμοῦσι θεόν, ἀλλὰ τὸ ἔνθεον φρόνημα καλῶς ἡδρασμένον συνάπτεται τῷ θεῷ. — 14. πάντα φιλοσώματον ὡς ἄθεον καὶ μιαρὸν ἐκτρέπεσθαι χρή. — 21. Χώρημα ἡ ψυχὴ .. ἢ θεῶν ἢ δαιμόνων. — 24. Κακῶν ἀνθρώπῳ οὐδεὶς θεὸς αἴτιος, ἀλλὰ αὐτὸς ἑαυτῷ ὁ ἑλόμενος. — 28. Ἁγνεύειν .. καὶ οἱ θεοὶ δι' ἀποχῆς βρωμάτων καὶ ἀφροδισίων προσέταξαν. Eundem Plotinum in Timaei Platonici explicatione fere sequitur; quam mortuo iam praeceptore confecit. Nam Proculus ad Tim. p. 94 a: Μετὰ δὲ τὸν Ἀμέλιον, inquit, ὁ Πορφύριος οἰόμενος τῷ Πλωτίνῳ συνᾴδειν .. ἀποκαλεῖ. Si vixisset Plotinus, veram suam sententiam Porphyrio explicasset*. Et h. l. et aliis Iamblichus ita Porphyrium refutat atque etiam vituperat, ita ubique sibi ipse constans ultra illius rationem temperantiamque egreditur, ut non amplius discipulum se gerat, sed virum sui iudicii, qui certam philosophiae formulam composuerit compositamque teneat. Quare eum mortuo Porphyrio Timaeum interpretatum esse arbitror.

In Timaei igitur annotatione Porphyrius p. 34 a. ait, ὅτι καὶ σημεῖά τινα ἐλάμβανον ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν κομητῶν, ἐπὶ μὲν τὰ

* Ad Longini scholas et commercium p. 98 c. (231 Schneideri) animum nostrum revocaret, ubi Porphyrius traditur τὸ παράδειγμα τῶν ὅλων ante demiurgum posuisse, post demiurgum Longinus, ὃν ἠρώτα. At ediderat commentarium Longinus, et, quae sequuntur, Proculus de suo dixit, missis et Longino et Porphyrio. Itaque scr. ἐρώτα, i. e. si plura de Longini sententia scire velis, ipsum eius comm. evolve. A Longino Porphyrius in his commentariis saepissime recedit (p. 10 b. 16 e. 29 c. 50 c. 63 b. al.)

νότια γιγνομένης χειμώνων, ἐπὶ δὲ τὰ ἀρκτῷα αὐχμῶν, ἐπὶ δὲ ἀνατολὰς λοιμῶν, ἐπὶ δὲ δύσιν εὐετηρίας. Itaque de siderum interpretatione et Chaldaicis artibus, quas magni fecit in oracc. philosophia, quas tanti habuit, ut in Ptolemaei apotelesmatica etiam commentarios scriberet[1], Chaldaeorum libris adhibitis[2], de hoc igitur philosophiae loco sibi constitisse fere videtur. Videlicet Plotinus quoque (vit. Plot. 15 extr.) προσεῖχε .. τοῖς τῶν γενεθλιαλόγων ἀποτελεστικοῖς ἀκριβέστερον, καὶ φωράσας τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀνεχέγγυον, ἐλέγχειν πολλάκις .. ἐν τοῖς συγγράμμασιν οὐκ ὤκνησε. De reliquis autem rebus, velut de Platonis interpretatione, de hominum victu, de deorum natura, cultu, oraculis Porphyrius eodem progressu sententiam mutavit atque in intellegendo Homero: ita ut, quum Homerica studia describeremus, studiorum omnium significaverimus rationem ac decursum. Quam inconstantiam non solum Eusebius et Augustinus riserunt, sed Iamblichus quoque ei crimini dedit (ap. Stob. ecl. phys. 1. 52 p. 866 Heer.). Sed recte de ea iam Eunap. iudicavit vit. Porph. 21 (p. 457. 35 Boiss. II.): Φαίνεται δὲ ἀφικόμενος εἰς γῆρας βαθύ. πολλὰς γοῦν τοῖς ἤδη προπεπραγματευμένοις βιβλίοις θεωρίας ἐναντίας κατέλιπε, περὶ ὧν οὐκ ἔστιν ἕτερόν τι δοξάζειν, ἢ ὅτι προϊὼν ἕτερα ἐδόξασεν. Nam veritatis Porphyrius suo modo erat studiosissimus; velut de ratione, qua animus cum corpore coniunctus esset, cum Plotino per triduum continuum tanta opera disseruit, ut omnes fugerent praeter Plotinum (Porph. vit. Plot. 13); neque minore pertinacia Longini de ideis Platonis doctrinam adversus Amelium defendit, donec, argumentis tandem victus, adversarii sententiam eodem fervore, quo suam ante, amplexus est ac tenuit, ingenue errorem confessus (ibid. 18).

[1] Εἰσαγωγὴν εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν τοῦ Πτολεμαίου, (Proculus) in Ptolemaei quadripartitum, Porphyrii philosophi introductio in Ptol. de effectibus astrorum. Hermetis philosophi de revolutionibus nativitatum libri II. Basil. 1559. f. max. Quamquam Galeus ad Iambl. de myst. p. 304 ex codice Antiocho tribuit, non Porphyrio.

[2] p. 195: ἅπερ εἴπομεν, ὡς χρήσιμα εἰς τὴν τούτων ἀνάγνωσιν, εἴληπται μὲν ἡμῖν ἐκ τῶν παρὰ Χαλδαίοις εἰρημένων.

CAPUT III.

DE LIBRORUM ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚ ΛΟΓΙΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ RATIONE ET DISTRIBUTIONE.

Eunap. vit. Porph. p. 17 (p. 457. 3 ed. Boiss. II): Αὐτὸς (Porphyrius) μὲν οὖν φησι — νέος δὲ ὢν ἴσως ταῦτα ἔγραφεν, ὡς ἔοικεν — ἐπιτυχεῖν χρηστηρίῳ μηδενὶ τῶν δημοσίων (vulgarium)· ἐν δὲ αὐτῷ τῷ βιβλίῳ καταγράφει, καὶ μετὰ ταῦτα ἄλλα πραγματεύεται πολλά, ὅπως χρὴ τούτων ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν. Patet ab Eunapio libros περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλ. significari; hos igitur a Porphyrio adolescente scriptos esse censet. Quod iudicium re ipsa confirmari in superioribus ostendimus; nam Plotinianae doctrinae nullum in his libris apparet vestigium, vita Orphicorum non commendatur, deorum nomina et sacra secundum communem ritum traduntur, oracula non ex philosophia, sed philosophia ex oraculis explicatur. Iam tum non vulgi in gratiam scripsit, sed doctorum: quorum animos ut veteri cultui religionique obstrictos teneret, deorum ipsorum testimoniis atque auctoritate quasi corroborare studuit, ac, ne incerti fluctuarent, si qui Christianam doctrinam caelitus cum genere humano communicatam esse accepissent, ne Graecorum quidem sapientiam ab hominibus inventam excogitatamve, sed numinum ore traditam atque praedicatam esse probavit.

De his libris Eusebius praep. evang. IV. 6. 2 p. 143. a Vig. ait: Μάλιστα γὰρ φιλοσόφων οὗτος (Porphyrius) τῶν καθ' ἡμᾶς δοκεῖ καὶ δαίμοσι καὶ οἷς φησι θεοῖς ὡμιληκέναι ὑπέρ τε τούτων πρεσβεῦσαι (coluisse) καὶ πολλῷ μᾶλλον (quam reliqui philosophi) τὰ περὶ αὐτῶν ἀκριβέστερον ἠρευνηκέναι. Οὗτος τοιγαροῦν ἐν οἷς ἐπέγραψε· Περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας συναγωγὴν ἐποιήσατο χρησμῶν τοῦ τε Ἀπόλλωνος καὶ τῶν λοιπῶν θεῶν τε καὶ ἀγαθῶν δαιμόνων, οὓς καὶ μάλιστα ἐκλεξάμενος (delectu facto) αὐτῷ ἡγήσατο ἱκανοὺς εἶναι εἴς τε ἀπόδειξιν τῆς τῶν θεολογουμένων ἀρετῆς, εἴς τε προτροπὴν ἧς αὐτῷ φίλον (est) ὀνομάζειν θεοσοφίας.

Codices Augustini θεολογίων praebent; editiones nunc ἐκ λογίων, sed θ ex articuli compendio ortum videtur. Alia corruptione Io.

Philoponus ad Mosaicam mundi creationem p. 181 Corder. περὶ ἐκλογῶν, et Iul. Firmicus de errore profan. relig. cap. 14 π. τῆς εὐλογίων. Εὐλογίων Steuchus quoque Eugubinus de perenni philosophia libr. 3 cap. 14 in codice legit, unde versus XXII eosdem duxit, quos Ang. Maius cum Porphyrii epistula ad Marcellam coniunctos ex cod. Ambrosiano edidit. Maii codex εὐλογιῶν, Neapolitanus, quo ego usus sum, recte ἐκ λογίων. Omnino de hoc commentationis indice ex Eusebio praesertim constat; minus constat de librorum numero. Nam quum primus, alter, tertius aliquoties nominentur, alius nullus, versibus illis XXII codex Ambrosianus inscribit: ἐκ τοῦ δεκάτου τῶν Πορφυρίου εὐλογιῶν φιλοσοφίας, eosdemque versus Steuchus „ex decimo libro εὐλογίων φιλοσοφίας" affert. At emendatius hic quoque Neapolitanus: Ὁ πορφύριος ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας. Itaque quum nulla amplius causa sit, quae moveat, ut plus tres libros fuisse putemus, in totidem libros, quae supersunt, distribuo.

In qua distributione cavendum est, ne oraculorum argumenta magis quam Porphyrii rationem sequamur. Nam iisdem oraculis plus semel hac in commentatione usus est; velut ap. Euseb. pr. ev. V. 8 praefatus: εἴρηται δ' ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐκεῖνα τὰ τῆς Ἑκάτης vaticinationem repetit, quam alium in finem antea attulerat, ibidemque IV. 9: ἃ περὶ τῆς θεραπείας .. ἔχρησαν ἀναγράφοιμεν ἄν, ὧν ἐκ μέρους κἀν τοῖς π. εὐσεβείας φθάσαντες παρατεθείκαμεν. Praeterea videndum, ne huc oracula trahamus omnia, quae ex Porphyrio alicubi afferantur; nam et alias quoque Porphyrius oracula descripsit, velut de abst. II. 9.* 15. 16. 17. 29. 59. in scholl. Hom. Il. XIII. 1, et pauca tantum ex multis selegit, quae in hancce commentationem reciperet. (Euseb. pr. ev. IV. 6. 2. V. 11.) Quam, ut facere solebat, alicui inscripsit; alloquitur enim nescio quem in prooemio (ibid. IV. 8. 1). Τῆς γραφῆς ἀρχόμενος ἡμῖν ἀληθεύειν ἐπόμνυται, ait Eusebius IV. 6. 4, λέγων οὕτως· „βέβαιος δὲ καὶ μόνιμος ὁ ἐντεῦθεν

* οὔ σε θέμις κτείνειν οἴων γένος ἐστὶ βέβαιον (A. Nauck βιαίως),
ἔγγονε θειοπρόπων· ὃ δ' ἑκούσιον ἂν κατανεύσῃ
χέρνιβ' ἐπιθύειν τὸ δ', ἐπίσκοπε, φημὶ δικαίως.
Scr. χέρνιβ' ἔπι, θύειν τόδ', ἐπ., φ. δίκαιον, quae ovium proles lavationem ante sacrificium admiserit, hanc, inquam, sacrificari fas est.

ὡς ἂν ἐκ μόνου βεβαίου τὰς ἐλπίδας τοῦ σωθῆναι ἀρυτόμενος.." Τοιούτοις χρησάμενος προοιμίοις μαρτύρεται .. μὴ εἰς πολλοὺς ἐκφῆναι τὰ λεχθησόμενα. Unde apparet, in ipso prooemio aliquid de oraculorum causis antecessisse: dari a diis salutis causa, ut mentis humanae caecitati et inopiae consulant. Ac ne hoc quidem exordium fuit, sed a se suaque experientia P. initium cepit, ab oraculo, quod ipse nactus erat. Nam Eunapius, quem in huius capitis fronte exscripsi, Porphyrium ait illud memoriae tradidisse eodemque libro μετὰ ταῦτα oraculorum gravitatem tractasse. Praeterea in prooemio se oracula haud immutasse iurat, nisi quod verba corrupta emendaverit, suppleverit si quid excidisse numeris liqueret, resecuerit denique, quae ad rem non pertinerent. Tum ad ipsa oracula transiens pietatem erga deos, deinde deorum cultum et sacrificia tractat. Nam Ἀκολούθως, inquit, μετὰ τὰ ῥηθέντα περὶ εὐσεβείας, ἃ περὶ τῆς θεραπείας αὐτῶν ἔχρησαν ἀναγράφοιμεν ἄν. Quibus verbis Euseb. pr. ev. IV. 8 extr. haec praefatur: ἄκουε .. τῶν πρώτων αὐτοῦ φωνῶν, δι' ὧν τὰ π. τ. ἐκ λογίων φιλοσοφίας συνάγων .. διδάσκει .. Porphyrii verba allata magno de sacrificiis oraculo excipiuntur, quod deorum simul distributionem continet. Annexuit igitur philosophus caput π. πολιτείας θεῶν, quo retrospicit praep. ev. V. 6, ubi Faunum Bacchi ministrum esse docet. Consentaneum erat, ut trium summorum numinum potestatem imperiumque illic describeret; atque confirmatur hoc testimoniis et ipsius Porphyrii praep. ev. IV. 23: Τοὺς δὲ πονηροὺς δαίμονας .. ὑπὸ τὸν Σάραπιν ὑποπτεύομεν .., ὅτι τὰ μειλίγματα καὶ τὰ τούτων (malorum daemonum) ἀποτρόπαια πρὸς τὸν Πλούτωνα γίνεται, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ ἐδείκνυμεν. Ὁ αὐτὸς δὲ τῷ Πλούτωνι ὁ θεός, et Firmici Materni cap. 14: „in primis enim librorum partibus, id est in ipsis auspiciis positus (scr. imposturae) dixit: Serapis vocatus et intra corpus hominis collocatus talia respondit." Etiam de Rhea, Pallade, Diana, Iunone, Cerere, Isi Porphyrius ibi exposuit; nam haec numina uno oraculo comprehenduntur, cui philosophus V. 7. praefatur: καὶ μὴν ὅ τι ἑκάστῳ ἐπιτέτακται αὐτοὶ δεδηλώκασι. Hoc igitur προστίθησι τοῖς εἰρημένοις, ait Eusebius: illa autem εἰρημένα ad Hecaten animarum reginam pertinent. Quare huc ob argumenti

similitudinem etiam ea refero, quae III. 14 de Apolline, Mercurio, Aesculapio tradit.

Absolverat deorum ordinem et munera, quum haec scriberet (V. 11): Οὐ μόνον δὲ τὴν πολιτείαν αὐτῶν αὐτοὶ μεμηνύκασι καὶ τὰ ἄλλα τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ καὶ οἷστισι χαίρουσι καὶ κρατοῦνται ὑπηγόρευσαν, καὶ μὴν καὶ τίσιν ἀναγκάζονται, τίνα δὲ δεῖ θύειν, καὶ ἐκ ποίας ἡμέρας ἐκτρέπεσθαι· τὸ σχῆμα τῶν ἀγαλμάτων ποδαπὸν δεῖ ποιεῖν, αὐτοί τε ποίοις σχήμασι φαίνονται ἔν τε ποίοις διατρίβουσι τόποις. Tum ad simulacra transit et deorum formam speciemque. Ergo argumenta aliter enumeravit, aliter distribuit. Ita de cogendis diis aliunde scimus librum II egisse; illud tamen discimus, bis sacrificia esse tractata: nam secus verba τίνα δὲ δεῖ θύειν addere non poterat, quum disputatio de civitate deorum finita esset, idem autem oraculum et civitatem illam et sacrificia multa complecteretur. Neque deerat quod adiiceret; nam prius oraculum omiserat tauros, vaccas, hoedos, capras, sues, ac paucas tantum caerimonias commemoraverat. Quamquam posteriora oracula de sacrificiis et de diebus nefastis perierunt, unum de diebus ad singula sacra recte eligendis superest (pr. ev. V. 14); quod quum Ostanem optimum harum rerum auctorem celebraret, Porphyrius orientis populos sacrorum peritissimos esse ostendit, et ita quidem, ut hanc quaestionem iis, quae posteriore loco de sacrificiis disputabat, insereret (ἐν τῷ πρώτῳ .. ἐκκειμένων ἔτι τῶν περὶ θυσιῶν ἐπάγει .. pr. ev. IX. 10).

Secundo in libro angeli describuntur: ad hos enim oraculum illud a Steucho Maioque editum pertinet. Itaque ceteros quoque daemones ibi tractatos esse quum per se sit consentaneum, in primo certe libro tractatos non esse ex pr. ev. IV. 22. 16 apparet, ubi Porphyrius, dum de daemonibus malis commentatur, librum primum ipse commemorat (ἐν τῷ πρώτῳ ἐδείκνυμεν). Eodem praeparationis evang. loco etiam de arte magica, quam dicunt, disputare incipit, cui arti vel deos inferiores esse atque obnoxios Philoponus de mundi creat. IV. 20 ex ipso libro secundo affert. Itaque hunc ad librum oracula trahenda sunt, quae Porphyrius haud pauca de diis devocandis arcanaque arte cogendis tradit. Cum illa arte siderum exploratio affectionumque coeli interpretatio arcto connexae sunt cogna-

tionis vinculo, et coniunctae sunt etiam a Porphyrio. Nam eodem Philopono teste in libro altero exposuit, deos quoque ex astrorum affectione divinare, neque tamen semper veram interpretationem mente assequi. Cuius deorum erroris causam in tertio libro explicari tradit. Itaque illa quaestio alterum librum terminabat.

Tertius liber iniens exposuit, quam vim in deos terrae, ad quam devocarentur, crassior natura exerceret: ita errores deorum ac mendacia exoriri. (Philop.) Hinc facilis fuit transitus ad numina, quae in terra olim habitaverant, id est ad heroes, quas philosophus hominum sapientium ait esse animas. Christi quoque animam in heroum numero refert: asseclarum eius imperitiam accusat, quod Christum pro uno deo haberent, reliquorum autem deorum loco daemones bonos malosque summa religione colerent. Haec ita disposui, quia, quae de Christo dixi, Eusebius demonstrationis evang. l. 3. capite 6 ex tertio libro affert.

Itaque si res potiores spectamus liber primus deos, secundus daemones, tertius heroes complexus est; mundum aetheris primus, mundum aëris alter, mundum terrestrem ultimus. Restat, ut, quae singula commentationis fuerint capita, tabula comprehendam. Quam ita conficiam, ut, ubi fieri possit, ipsis Porphyrii vocabulis utar, ubi fieri non possit, Latinis, et ut partes deperditas uncis includam.

Βιβλίον α'. Περὶ θεῶν.

Προοίμιον.
Περὶ εὐσεβείας.
Περὶ θρησκείας θεῶν.
Περὶ πολιτείας θεῶν.
Οἷστισι χαίρουσι.
Περὶ ἀγαλμάτων.
Ποίοις σχήμασι φαίνονται.
[Ποίοις διατρίβουσι τόποις.]
Περὶ θυσιῶν []
Quibus diebus singula numina invocanda sint [et ἐκ ποίας ἡμέρας δεῖ ἐκτρέπεσθαι].
Quae gentes rerum divinarum sint peritissimae.

Βιβλίον β'. Περὶ δαιμόνων.

Περὶ δαιμόνων ἀγαθῶν.
Περὶ δαιμόνων πονηρῶν.
Περὶ τῆς πρακτικῆς θεοσοφίας καὶ τῶν ἐπανάγκων.
Περὶ τῆς ἀστρολογίας.
Περὶ τῆς εἱμαρμένης.

Βιβλίον γ'. Περὶ ἡρώων.

Διὰ τί ψεύδονται ἐνίοτε οἱ θεοί.
Qui sint heroes.
Περὶ Χριστοῦ.
Περὶ τῆς Χριστιανῶν ἀνοίας.

CAPUT IV.

QUI SCRIPTORES VETERES DEORUM ORACULA COLLEGERINT.

Quum consideraverimus, quae ratio inter commentationem de oraculis et reliquos Porphyrii libros intercesserit, iam spectandum est, quos ille in oraculis colligendis antecessores habuerit et quem locum in hac litterarum Graecarum parte teneat. Perlustramus autem eius generis scriptores eo libentius, quod nondum ad communem recensum sunt vocati, quamquam longam saeculorum seriem explent. Nam ut vates mittam, qui antiquissimis iam temporibus deorum oracula Graecis interpretabantur, Calchantes illos quive alii publice a suis quisque civibus de re divina domi consulebantur, exercitus in hostium fines comitabantur, cum colonis in novas sedes migrabant, ut hos igitur mittam, iam Onomacritus nominandus est, qui vetusta oracula suum in usum collegerat, siquidem coram Dario ea elegit, quae regi propitia essent (Herod. VII. 6); Musaei certe vaticinationes in corpus redegisse genuinisque suas admiscuisse ab Herodoto dicitur. Hic sub Pisistratidis viguit; a Pericle Lampon Atheniensis Thurios missus est cum colonis (Aristoph. av. 988 c.

scholl. Lob. Agl. 979 sq.). Antiatticista in Bekk. anecd. I. p. 96. 18: Εὔπολις Χρυσῷ γένει· Λάμπων οὐξηγητής. Μάντις γὰρ ἦν καὶ χρησμοὺς ἐξηγεῖτο[1]. Hieroclem et Stilbidem Aristophanes in pace ridet, quorum alter a schol. v. 1031 appellatur εὐδόκιμος καὶ περιβόητος μάντις τῶν τοὺς παλαιοὺς χρησμοὺς ἐξηγουμένων .. ὅν φησι Φιλόχορος (in Atthidis libro 6. Cf. Siebelis p. 63) ἀκολουθῆσαι ἐν Σικελίᾳ, ἡνίκα ἐπολέμουν Ἀθηναῖοι καὶ εἰς Σικελίαν ἐστράτευον. Mortem ibi μάντις ille ἔμπειρος, συνήθης Νικίου tunc obiit, teste eodem Philochoro ap. Plut. Nic. 23. Hierocles auctore schol. Arist. av. 1046 μάντις ἦν καὶ χρησμολόγος, τοὺς προγεγενημένους χρησμοὺς (sic tacens Lob. Agl. 979 pro χρόνους) ἐξηγούμενος. Διοπείθης δέ, ait Xen. Hell. 3. 3. 3, μάλα χρησμολόγος ἀνήρ .. εἶπεν, ὡς καὶ Ἀπόλλωνος χρησμὸς εἴη, φυλάξασθαι τὴν χωλὴν βασιλείαν. Plut. Agesil. 3: ἦν δὲ Διοπείθης .. μαντειῶν παλαιῶν ὑπόπλεως .. Οὗτος .. χρησμὸν ἐν τῇ δίκῃ τοιοῦτον ἀνεγίνωσκε. Seqq. quattuor hexametri de rege claudo. Eadem fere in Lysandri 22 et ap. Paus. 3. 8. 5 leguntur. Multa de illo vate ex comicis sch. Arist. av. 988 affert.

Ἰοφῶν Κνώσιος, τῶν ἐξηγητῶν[2] χρησμοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ παρείχετο, Ἀμφιάραον χρῆσαι φάμενος τοῖς ἐς Θήβας σταλεῖσιν Ἀργείοις. Paus. 1. 34. 3. Bacidis oraculum fraudulentus Aristophanis (av. 962) praestigiator ex libro (974) recitat. Orphei carmina Pherecydes collegisse fertur. Vatum igitur priscorum sententiae sive verae sive subiectae iam seculis VI et V conscribebantur, deorum oracula veluti

[1] Adiicit Antiatticista Ἡρόδοτος τετάρτῳ. Scr. ἐνάτῳ, i. e. θ' pro δ', nam Herodotus IX. 21 Ἀθηναίων .. ἔλοχήγεε Ὀλυμπιόδωρος ὁ Λάμπωνος, duce Pausania. Quamquam hic Lampon vatis potius pater avusve fuit; vates si Athenas rediit, potuit is esse, qui a. 421 Atheniensium iussu foedus cum Lacedaemoniis icit (Thuc. 5. 24. 1).

[2] Unus interpretum rei divinae. Preller de Oropo (Berichte der Sächs. Acad. hist. phil. Cl. 1852. p. 184) hominem intellegit, qui peregrinis Amphiarai templum monstraverit. „Iophon, einer der Periegeten des Orts, erdichtete eine Weissagung, die A. den Argivern beim Zuge gegen Theben gesungen habe. Vielleicht trug er dies als ἐπῶν ποιητής beim Feste vor.“ At quid ἐξηγητής sit, et exempla a me allata docent et Ruhnk. ad Timaei soph. lex. Platon. s. v. Fictum ab Iophonte oraculum esse Pausanias certe auctor non est: immo videbatur ei somnio esse proditum, si quid video.

libri explanabantur. Cuiusmodi interpretes vel Plato tanti habebat, ut de legg. VI. 759 (428 Bekk.) praescriberet: ἐκ Δελφῶν δὲ χρὴ νόμους περὶ τὰ θεῖα κομισαμένους καὶ καταστήσαντας ἐπ' αὐτοῖς ἐξηγητάς, τούτοις χρῆσθαι, et similia passim. „Eodemque modo," ait Cic. de div. 1. 51. 116, „et oraculorum et vaticinationum sunt explanatores, ut grammatici poetarum." Nam deorum quoque oracula iam saec. V. collecta ferebantur, ut Euripides in Plisthene cecinit:

εἰσὶν γάρ, εἰσὶν διφθέραι μελαγγραφεῖς
πολλῶν γέμουσαι Λοξίου γηρυμάτων (Tzetz. in Crameri anecd. 3. 373. 18).

Latebant oracula multa in annalibus cuiusque civitatis publicis, velut Plut. adv. Colotam 17. p. 1116 f. ait: Λακεδαιμόνιοι τὸν π. Λυκούργου χρησμὸν ἐν ταῖς παλαιοτάταις ἀναγραφαῖς ἔχοντες. Sed primi, qui magnum oraculorum numerum in libros reciperent, logographi fuerunt, id quod et ex Herodoto concludere licet, qui illi historiae generi proximus est, et ex ipsis reliquiis apparet, velut Hippyis Rhegini ap. Zenob. prov. 4. 32. et Athen. epit. p. 31. b, et, ubi viso Aesculapius se offert, ap. Aelian. nat. an. 9. 33. Praecipui harum rerum auctores ii sunt, qui π. κτίσεων scripserunt. Ex his Dionysius Chalcidensis hausit, qui quarto a. Chr. saeculo (Muelleri fr. hist. Gr. 4. 393. a) quinque π. κτίσεων libros edidit; ex Dionysio oracula repetiverunt quum alii (cf. Zenob. prov. 5. 74 c. interpp. Voss. hist. Gr. III. p. 432 West.), tum plurima de urbibus condendis coloniisque deducendis Strabo, quamvis auctorem non nominet.

Mitto Herodotum, Diodorum, Dionysium Hal., Strabonem, Pausaniam; mitto etiam eos, qui π. ἀναθημάτων scripserunt, velut Polemonem (Athen. 13. 475 c. Preller fr. Polem. p. 36) et Menetorem (Athen. 13. 594 c.). Hi enim omnes obiter tantum, ubi res ferret, responsa divina tradiderunt. Aliis vero divinatio ipsa et templa fatidica erant argumenta. Ac si qui artem recte divinandi docebant, deorum responsa haud congerebant; velut Polemaenetus vates, qui Thrasyllo hospiti τὰς βίβλους τὰς π. μαντικῆς κατέλιπε (Isocrat. Aeginet. cap. 2. p. 385 c. Steph.; „de auguriis et aruspicina fuisse videntur" Lob. Agl. 979 not. a), et Apollonius Lacedaemonius, cuius verba de auguriis Mich. Psellus π. ὠμοπλατοσκοπίας καὶ οἰωνοσκοπίας affert (ed. R. Hercher Philologi. VIII. p. 166—68 a. 1853).

Latius patuit **Heraclidis** Pontici liber περὶ χρηστηρίων. Persecutus est doctus Platonis Aristotelisque discipulus origines templorum fatidicorum (sch. Hesiod. scut. 70. Plut. de Isi cap. 27 p. 361 f.) et varia divinationis genera[1], sed etiam ipsa responsa commemoravit, velut ap. Zenob. prov. 2. 84 et enumeratis Sibyllis ap. Clem. Alex. strom. 1. p. 139. 48, ubi tres Sibyllae Phrygiae hexametros prodit. Quin etiam in formam fidemque responsorum inquisivit, siquidem Choeroboscus ad Theodosii canones ap. Bekk. anecd. 3. 1189 (omissus a C. Muellero) ait: σημειούμεθα παρ' Ἡρακλείδῃ ἐν τοῖς π. χρησμῶν, ὅτιπερ καὶ λέγουσί τινες πεπλανημένα εἶναι τὸ

ὦ Πέρση ποικιλόδιφρε, ἵν' ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι[2].

Ἔστι γὰρ ἐνταῦθα ἐθνικὸν καὶ εἰς η̄ καταλήγει ἡ κλητική.

Primus autem, qui corpus oraculorum ediderit **Philochorus** est, Cycni f., Atheniensis, idem qui Atthidem scripsit. Is omnia divinationis genera quattuor libris π. μαντικῆς (Suid.) complexus est[3]. Ac primo quidem libro deorum vatumque oracula et vinctam et solutam orationem praebentia collegit. Nam sch. Eur. Alc. 983. ed. Cobeti: Καὶ ποιητὴς καὶ μάντις ἦν ὁ Ὀρφεύς. Φιλόχορος ἐν πρώτῳ π. μαντικῆς ἐκτίθησιν αὐτοῦ ποιήματα ἔχοντα οὕτως·

Οὗτοι ἀριστερός εἰμι θεοπροπίας ἀποειπεῖν,
ἀλλά μοι ἐν στήθεσσιν ἀληθεύουσι μέριμναι (sic Cobetus coni. pro μέλαινα).

Aut ad eundem librum, aut ad comm. π. καθαρμῶν pertinet sch. Arist. ran. 1033: Τὸν Μουσαῖον παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου Φιλόχορός φησιν. Οὗτος δὲ παραλύσεις καὶ τελετὰς καὶ καθαρμοὺς συνέθηκεν. Ὁ δὲ Σοφοκλῆς χρησμολόγον αὐτόν φησι. Utut hoc est, vates Philochorus primo libro tractavit; neque tamen ante deos afferre

[1] Sch. Pind. Ol. 7. 111. Ad Muellerum, qui in fr. hist. Gr. II p. 197 sq. annotatione libri reliquias collegit, adde Tertullian. de anima 57: „Nam et Nasamones propria oracula apud parentum sepulcra mansitando captare, ut Heraclides scribit vel Nymphodorus vel Herodotus" (4. 172). Nam vel — vel ap. Tertullianum est i. q. et — et.

[2] Omitte ὦ, tum νεῶν scr. pro ἵν', ubi apostrophus ex lineola curva, quae ων significat, accentus autem ex suprascripto ε videntur exorta esse. Ceterum genuina oraculi forma alia erat; nam Pollux 7. 112: .. ἡ Πυθία φησί. Θετταλὲ ποικιλόδιφρε, quae duo vocabula Athenaeus 13. 568. d. animi causa usurpat.

[3] Philochori Athen. librorum fragmenta a C. G. Lenzio collecta .. ed. C. G. Siebelis. Lips. 1811. ch. 8. — Ed. C. Mueller fr. hist. Gr. I. p. 415 sqq.

poterat: ad priorem igitur libri partem quadrat, quod Plut. ait de Pythiae oraculis 19. p. 403 e: Ἡροδότου καὶ Φιλοχόρου καὶ Ἴστρου, τῶν μάλιστα τὰς ἐμμέτρους μαντείας φιλοτιμηθέντων συναγαγεῖν, ἄνευ μέτρου χρησμοὺς γεγραφότων .. Indidem sch. Hom. Il. 6. 136 hausit: χρησμὸς ἐδόθη Ἀλιεῦσιν (sic Lob. Agl. 1088)· ἐν (adde δὲ) τόπῳ (Lob. πότῳ) Διόνυσον ἀλιβδύοιτε θαλάσσῃ. (Sic Lob. pro ἀλιέα βαπτίζοιτε. Olim Lob. ad Ai. p. 347 ed. 1. ἀλωέα βαπτ.)

Multi autem dii et heroes quum somniis res venientes significarent, de somniis alterum librum egisse arbitror. Certe inter scriptores de somniorum divinatione nominatur a Tertulliano de anima 46. Et Fulgent. myth. 1. 13 .. „quia illi, qui de interpretatione somniorum scripserunt, ut .. Philochorus .., promittant in libris suis, laurum si dormientibus ad caput posueris, vera somnia esse visuros.“ Cum Epicharmo coniectore a Tertulliano 46 et 47 („ceterum Epicharmus etiam summum apicem inter divinationes somniis extulit cum Philochoro Atheniensi“) coniungitur. Itaque ad librum II Athen. 14. 7 p. 648 d. refero: τὰ δὲ ψευδεπιχάρμεια .. Φιλόχορος δὲ ἐν τοῖς π. μαντικῆς Ἀξιόπιστον .. τὸν κανόνα καὶ τὰς γνώμας (Ps. Epicharmi) πεποιηκέναι φησίν. Nam Philochorus Epicharmum coniectorem ubi laudavit, ab aliis Epicharmis videtur distinxisse.

Φιλόχορος ἐν γ' περὶ μαντικῆς καὶ γυναῖκας ἐγγαστριμύθους. Suid. s. ἐγγαστρίμυθος et sch. Plat. sophist. p. 204. 6. (372 Bekk.) Tales ventriloquos Euryclidas (sch. Plat. Εὐρυκλεῖς) vocatos esse ab Eurycle, qui belli Peloponn. tempore daemonis in ventre inclusi ope res venientes praedixisset, Aristoph. vesp. 1019 et schol., Apostol. prov. 7. 48, sch. Plat. tradunt, sine dubio eodem Philochoro auctore. Quibuscum sch. Pind. Ol. 12. 10 comparo: Φιλόχορος δὲ τὰς ἐκ φήμης μαντείας, τουτέστι κληδόνας καὶ πταρμούς, ἢ φωνάς, ἢ φήμας, ἢ ἀπαντήσεις σύμβολά φησι λέγεσθαι .. Χρήσασθαι δὲ αὐτοῖς πρώτην Δήμητραν. Sch. Aristoph. av. 722: Ξύμβολον ὄρνιν φασίν, ἐπεὶ συμβόλους ἐποίουν τοὺς πρῶτα ξυναντῶντας καὶ ἐξ ἀπαντήσεώς τι προσημαίνοντας. Ξυμβόλους δὲ καὶ τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμοὺς ἔλεγον. ἀνετίθεντο δὲ οὗτοι Δήμητρι, ὥς φησι Φιλόχορος. Similiter Hesych. s. ξυμβόλους. Συμβόλων ἐξηγητάς Achill. Tat. 5 p. 283 commemorat. His omnibus consideratis librum π. συμβόλων,

quem Suidas Philochoro tribuit, ipsum fuisse tertium commentationis de divinatione arbitror et ab argumento potiori esse denominatum. Fortuita igitur omina ibi enarrabantur; quae quum geniis singulorum hominum tribui vulgo solerent, apte cum geniis ex ventre divinantibus coniungi poterant. Neque enim obstat, quod Philochorus a Cerere omina illa inventa esse (Hesych.) dixit. Nam sortium quoque divinationem alii a Minerva ferebant inventam esse (Lob. Agl. 814. Spanh. ad Callim. hymn. in Apoll. 45), Philochorus a Nymphis quibusdam. Zenob. prov. 5. 75. Φιλόχορός φ. ὅτι Νύμφαι κατεῖχον τὸν Παρνασσὸν τροφοὶ Ἀπόλλωνος τρεῖς, καλούμεναι Θριαί, ἀφ' ὧν αἵ τε μαντικαὶ ψῆφοι θριαὶ καλοῦνται καὶ τὸ μαντεύεσθαι θριᾶσθαι. Utique sortes quoque ad oracula fortuita, itaque ad librum III pertinebant, quo etiam sch. Soph. Oed. Tyr. 21 refero: διὰ τῶν ἐμπύρων ἐμαντεύοντο οἱ ἱερεῖς (Apollinis Ismenii), ὥς φησι Φιλόχορος. Complexus igitur est illo libro divinationem ex signis, sortibus, geniis peculiaribus petitam, quae differt et a somniis et ab oraculis deorum sive vatum ab Apolline inspiratorum, differt etiam a divinatione, quae arte instituatur, i. e. auguriis et extispiciis. Nam hoc genus unum restat, ut omnis divinationis ambitus expleatur: quare libri IV argumentum fuisse arbitror. Omittere nullo modo is potuit, qui (Olymp. 118, 3) Atheniensibus publicus prodigiorum erat interpres (Philochorus in Atthidis libro IX ap. Dion. Hal. vitae Dinarchi cap. 3) et ab Suida quoque μάντις καὶ ἱεροσκόπος vocatur.

Philochorum Ister Cyrenaeus excepit, qui sub Ptolemaeo Euergete viguit. Is quoque oracula collegit numeris et prosa oratione procedentia (Plut. de Pyth. oracc. cap. 19), sed unius Apollinis; nam librum Ἀπόλλωνος ἐπιφανείας inscripsit, quorum quinque frustula C. Mueller in fr. hist. Gr. I p. 422 sq. praebet.

Secundo ante Chr. saeculo Nicander floruit, Damaei f., Clarius*, grammaticus et poëta (Suid.), qui Suida teste quum alia

* Vit. Nicandri: υἱὸν δέ φησιν αὐτὸν Δαμναίου, οὕτω λέγων·
αἰνέσσεις υἱῆα πολυμνήστοιο Δαμναίου,
et Eudocia s. Nicandro vitam exscribens: ἔσχε δὲ πατέρα Δαμναῖον. At alterutro vitae loco scholia Gotting. et margo ed. Colon. Δαμαίου praebent, quod numeri flagitant. Xenophanis filium Suidas vocat, et Colo-

scripsit, tum π. χρηστηρίων πάντων (παντοίων?) βιβλία τρία· καὶ ἄλλα πλεῖστα ἐπικῶς. Ad illos libros Tertulliani verba (de anima 57) refero: „Celtas apud virorum fortium busta eadem de causa" i. e. oraculorum causa, „obnoctare, ut Nicander affirmat." Si indidem Nicandri fr. 20 (ap. Aelian. de nat. anim. 10. 49) repetitum est, liber de oraculis carmen fuit elegiacis numeris scriptum. Versus sunt hi:

Οὐκ ἔχις οὐδὲ φάλαγγες ἀπεχθέες οὐδὲ βαθυπλὴξ
ἄλσεσιν εὔζωος[1] σκορπίος ἐν Κλαρίοις,
Φοῖβος ἐπεί ῥ' αὐλῶνα βαθὺν μελίαισι καλύψας
ποιηρὸν δάπεδον θῆκεν ἑκὰς δακετῶν.

Ad metamorphoses certe falso a F. S. Lehrsio in ed. poett. bucol. et didact. Parisinae a. 1846 p. 161 referuntur: nam hoc carmen versibus epicis constitisse Athen. 3 p. 82 a. ostendit. An forte de supellectile egit? Cf. infra p. 52.

Ut transeam ad eos, qui de singulis oraculis scripserunt, ad Alexandri M. aetatem recedo. Theopompus enim rerum Philippicarum scriptor, qui responsa divina alia aliis libris commemoravit[2], libro octavo de belli sacri causis agens in Apollinis ac multorum hominum, velut Pherecydis, Pythagorae, Epimenidis, Oromasdis,

phonium. Videlicet Clarus prope a Colophone aberat, Xenophanes autem Colophonius Damaeo erat celebrior. Clarium ipse Nicander se theriac. 958 dicit, quocum vita Nic. consentit. Ut Dionysius Phaselita in libro de poetis eum diceret ἱερέα Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐκ προγόνων δεξάμενον τὴν ἱερωσύνην (in vita Nic. et ap. Eudociam), movebatur mala Alexiph. v. 11 interpretatione, ubi codd. et Eutecnius:

ἑζόμενοι τριπόδεσσι παρὰ Κλαρίοις Ἑκάτοιο,

i. e. Creusa, Xuthus, Ion, textus vulgatus vero ἑζόμενος, quem Dionysius ante oculos habuit. Intellexit I. G. Schneider in Nicandri alexiph. ed. Hal. a. 1792 p. 83. Sane quidem Plut. de def. oracc. 51 p. 438 narrat, quid Pythiae praesente Nicandro propheta acciderit; at nuper hoc accidisse ait, et de Delphis loquitur, non de Claro, ubi mas vaticinabatur (Tac. ann. 2. 54).

[1] Sic Bernardus pro ἐνζώοις.

[2] In libro 40 versus de inveniendo auro ap. Athen. 6 p. 232 a, quare ex eodem repetita esse puto oracula, quae Alcmaeoni et Menelao de ornamentis uxorum dedicandis contigisse Athenaeus paulopost tradit. In libro 9 (fr. 81 Muelleri) Bacidis lustrationes, in duodecimo (fr. 113) oraculum Clarium tractavit, oraculum Phormioni Crotoniatae, Batti Cyrenaeorum regis aequali datum ap. Suidam s. Phormione affert. Sanationem quoque ex hoc oraculo factam Suidas ex Theopompo repetiit, ut Meinekius fr. com. Gr. II. p. 1231 intellexit. Frustra Muellerus a fr. 323 exclusit. Etiam fr. 84 miraculosam vulnerum sanationem indicat.

4

oracula miraculaque excucurrit, quare τῶν θαυμασίων liber appellabatur. Liber 30 inscribebatur π. τῶν ἐκ Δελφῶν συληθέντων χρημάτων σύγγραμμα. Horum igitur librorum ad alterutrum* Plutarchus spectavit de Pythia 19 p. 403 e: Θεόπομπος οὐδενὸς ἧττον τῶν ἀνθρώπων ἐσπουδακὼς περὶ τὸ χρηστήριον (Delphicum), ἰσχυρῶς ἐπιτετίμηκε τοῖς μὴ νομίζουσι κατὰ τὸν τότε χρόνον ἔμμετρα τὴν Πυθίαν θεσπίζειν· εἶτα τοῦτο βουλόμενος ἀποδεῖξαι, παντάπασιν ὀλίγων χρησμῶν ηὐπόρηκεν, ὡς τῶν ἄλλων καὶ τότε ἤδη καταλογάδην ἐκφερομένων. Is igitur, quum cetera responsa obiter commemoraret, Delphica collegit.

Idem fecit Mnaseas Patarensis, Aristarchi discipulus, libro π. χρησμῶν Δελφικῶν, sive χρησμῶν Δελφ. συναγωγῇ (Voss. de hist. Gr. I. 21 p. 178 West.), quam partem fuisse περιηγήσεως, et quidem eius libri, qui Europa inscriptus sit, Mehler coniicit in comm. de Mnaseae fragmentis inaug. (Bonn. a. 1846) p. 12. Permulta oracula Pythia Mnasea auctore a scriptoribus Graecis afferuntur (cf. Muelleri hist. Gr. III p. 157 fr. 46—50).

Περὶ τῶν συλλεχθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων Alexandrides Delphus commentatus est. Hunc enim librorum indicem fuisse in Zenob. prov. 1. 57 codicum optt. A. B. V. lectio ἐν πρώτῃ περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων significat: reliquiae certe non de vasorum sacrorum rapina, sed de ipsis donis votivis donandique causis agunt, praemissa oraculi historia (Steph. Byz. s. Parnasso, Plut. qu. Gr. 9, vit. Lysandri 18 coll. 12, sch. Eur. Alc. 1, sch. Aristoph. Plut. 925). Multa pro oraculis acceptis deo dedicari solebant: itaque consentaneum erat, ut Mnaseas ipsos quoque versus illos afferret, velut Zenobii et sch. Aristoph. locis commemoratis. A Stephano Byz. brevitatis causa π. τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου libri vocantur (s. Parnasso). Plures libri fuerunt, siquidem bis primus liber nominatur. Aetas hominis ex sch. Eur. Or. 1632 patet, ubi Polemo periegeta adversus eum scripsisse traditur (cf. Mueller ad Polem. fr. 76 a).

* Ap. sch. Aristoph. av. 1354 Θεόπομπος ἐν τῷ π. εὐσεβείας affertur. At eadem verba quum Porph. de abst. 2. 21 et Phot. s. v. κύρβεις ex Theophrasto afferant, Ruhnkenius in hist. crit. orat. §. 45 huius viri nomen coll. Diog. La. 5. 13 p. 126 etiam in scholio reposuit. Hoc commemoravi, ne quis propria quadam commentatione oracula tractata esse censeret.

Ἑρμείας ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν π. τ. Γρυνείου Ἀπόλλωνος advocatur ab Athenaeo 4. 13. 32 p. 149 d, quem Hermiam Methymnaeum rerum Sicularum usque ad a. 376 (Diodor. 15. 37. 3) scriptorem Muelleri Odofredus in Dor. I p. 227 ed. 1 et Carolus in fr. hist. II p. 80 a. esse putant. Quamquam non liquet, num responsa ipsa collegerit; ap. Athenaeum certe de caerimoniis tantum diebusque festis commentatur.

De Dodonaeo oraculo libros composuisse Andron, Alexander Pleuronius, Thrasybulus, Acestodorus falso a quibusdam perhibentur. Qui tantum abest ut responsa collegerint, ut obiter modo Dodonam commemoraverint. Et Andron quidem (Halicarnassensis), quod ap. sch. Hom. Il. 16. 235 de Sellis legitur, in historiis sive συγγενείαις narraverat (fr. 5 ap. Muellerum II p. 346). De iisdem Sellis Alexander Pleuronius Aetolus (ap. sch. Il. 16. 233) cecinerat in incerto carmine (fr. 4 in Meinekii analectis Alexandrinis, p. 250). Acestodorus Megalopolitanus π. πόλεων συγγεγραφώς (Steph. Byz. s. Megalopoli), ut de antiquissimis Eleusinis incolis (sch. Soph. Oed. Col. 1051) et de loco in Megarensium confinibus sito (Plut. Them. 13) disputavit, ita de Dodonae nomine oraculique origine advocatur una cum Thrasybulo, ignoto scriptore, a Steph. Byz. s. Dodona, sch. Hom. Il. 16. 233, Eudocia 108. 127. 200. Arsen. p. 215. Etym. M. s. Dodonaeo. In rerum Thessal. fr. 3 et 4 (Muelleri fr. hist. II p. 463) Cineas Thessalus, Pyrrhi legatus, antiquissimam oraculi Dod. historiam narravit, aes Dodonaeum divinationemque ex eo captam Polemo periegeta in rerum Epirot. fr. 30, et Demo fr. 17 sq., Aristides (cf. Mueller I p. 381 et Preller ad Polem. perieg. fr. 59), Lucillus Tarrhaeus (ap. Steph. s. Dodona) in proverbiorum corporibus tractaverunt.

De uno tantum Apollinis Clarii responso, in quo Ἰαώ deus nominatur, Cornelius Labeo commentatus est, idem, qui fastorum libros (Macrob. sat. 1. 12. 6, Io. Lyd. de mens. IV. 1 p. 141, 20 p. 172 ed. Roetheri) et de Penatibus (Macr. ibid. 3. 4) et de diis animalibus (Serv. ad Aen. 3. 168) scripsit*. Eidem O. Iahnius in

* Non liquet, utrum hic an Antistius Labeo „disciplinas Etruscas Tagetis et Bacidis XV voluminibus explanaverit" (Fulgent. expos. serm. antiq. p. 769 Stav.) et Tarchontis placita interpretatus sit et de fulminibus,

mus. Rhen. a. 1854 p. 627 expositionem de quattuor Mercuriis tribuit pro Corvilio, quem codex nominat. Cornelius Labeo igitur „in libro de oraculo Apollinis Clarii Iaonem docet Solem et Liberum patrem, et nomen et numinis naturam secundum Phoenices Chaldaeosque explicans" (Macrob. sat. I. 18). Tractavi hoc oraculum in comm. de noviss. oracc. aetate (Berol. 1854. ch. 4) p. 12. Hominis aetas multo antecessit Macrobium, qui sat. p. 268 eo utitur, ut sententiam suam vetustatis patrocinio confirmet, antecessit Festum, cuius verba postrema de Maio mense (p. 134 Muell.) cum Cornelio Labeone ap. Macrob. sat. 1. 12 p. 245 consentire Merkelius prolegg. ad Ovid. fast. p. 77 perspexit. Altero post Chr. n. saeculo eum viguisse O. Mueller de Etruscis 2. 37 ex Augustino de civ. dei II. 14 collegit, ubi Platonem in semideis refert; eandemque aetatem doctrina deorum Punica et Chaldaica et diversorum numinum confusio indicat.

Ex eorum numero, qui oracula collegerint, amovendi sunt etiam alii plures. Ac primum quidem ex Epimenidis Cretensis libro de oraculis clarus ille versus, quo Paulus ad Titum ep. 1. 12 utitur,

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί

repetitur ab Hieronymo comm. in epist. ad Galat. 2. 4 (VII. 471 d. ed. Vallars. Veron. 1737 f. max.), Socrate hist. eccl. 3. 16, Nicephoro 10. 26. Nugas ageret, qui talem librum a tam vetusto homine scribi potuisse censeret; commenticium eiusmodi librum nemo alius commemorat; vaticinationes, quae ipsius Epimenidis esse ferebantur, Spartae in cute scriptae servabantur; ex his igitur vaticinationibus versum illum repetitum esse arbitror.

Tum Φιλήμων ἐν πρώτῳ παντοδαπῶν χρηστηρίων ab Athenaeo 3 p. 114 d. affertur. Sed et Philemo ibi panium modo genera enarrat, et Athenaeus illam §. incipit: καὶ οἱ γλωσσογράφοι δὲ ἄρτων ὀνόματα καταλέγουσι neque raro Philemonis Atheniensis Ἀττικὰ ὀνόματα ἢ γλώσσας, Ἀττικὰς λέξεις commemorat*. Recte

scripserit (Ioh. Lydi de ostentis cap. 42 et 3), neque magis liquet, uter Labeo ab Augustino de civ. dei II 14, III 25, VIII 13, IX 19 commemoretur, uter II 11 vocetur „grammaticus et antiquitatis perscrutator Romanus." Equidem haec omnia ad Cornelium referre malim propter argumenta, quae alia fuerunt Antistio.

* Ad eundem fort. pertinent, quae Plin. n. h. 4. 13. 27 med. de Mori-

igitur Schweighaeuser χρηστήρια vertit res ad vitae usum pertinentes, coll. Athen. 4. 204 f. et Poll. 10. 11.

Incertissimus Alyrius est ap. Plut. de Pythia 19 p. 403 e: Ἀλυρίου τοίνυν καὶ Ἡροδότου καὶ Φιλοχόρου καὶ Ἴστρου, τῶν μάλιστα τὰς ἐμμέτρους μαντείας φιλοτιμηθέντων συναγαγεῖν, ἄνευ μέτρου χρησμοὺς γεγραφότων .. Ubi Reiskius Andronicum Alypium dici censuit, quem Hieronymus in praef. ad Danielem prophetam de regibus Syrorum aliisque populis scripsisse et ad extremam Danielis partem recte intellegendam necessarium esse ait. At quid Syri ad oracula Graeca? In ep. ad Alypum quendam Philochorus de Scirophoriis disputavit; at ne illud quidem constat, num Alypus quidquam scripserit. Omnino temporum ratio, quam in reliquis enumerandis Plutarchus secutus est, ad logographum potius deducit Herodoto antiquiorem, cuius nomen restituendum aliis relinquo.

Duo vero homines nominandi sunt, qui, quamquam oracula non in corpora redegerint, multa tamen congesserint, Phlego et Aelianus. Phot. bibl. cod. 97 p. 83 b 22 Bekk.: Ἀνεγνώσθη Φλέγοντος Τραλλιανοῦ, ἀπελευθέρου τοῦ αὐτοκράτορος Ἀδριανοῦ Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν συναγωγή. Προσφωνεῖ τὸ σύνταγμα πρός Ἀλκιβιάδην τινά, ὅς εἷς ἦν τῶν εἰς τὴν φυλακὴν τεταγμένων τοῦ Ἀδριανοῦ. Ἄρχεται δὲ τῆς συναγωγῆς ἀπὸ τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος .. μέχρι τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων. Suid. s. Phlegonte: ἔγραψεν ὀλυμπιάδας ἐν βιβλίοις ις', ἔστι δὲ μέχρι τῆς σκθ' ὀλυμπιάδος τὰ πραχθέντα πανταχοῦ, i. e. usque ad Hadriani mortem. (Idem Euseb. ait chron. p. 195 ed. Mai.) Vituperatur a Photio 84 a 39: ἡ περὶ τοὺς χρησμοὺς ἄκαιρος φιλοπονία τε καὶ φιλοτιμία. 84 b 1: χρησμοῖς δὲ παντοίοις ἐς ὑπερβολὴν ἐστι κεχρημένος. Vel reliquiae eius a C. Muellero in hist. Gr. III p. 603 sqq. collectae et mirabilia oraculis scatent. Auctoribus quum aliis usus est tum Dicaearcho: ipse saepissime a Stephano Byz. exscribitur, quem pleraque oracula ex eius chronicis hausisse Meinekius censet. XV libros fuisse idem V. D. probavit.

Tum Claudius Aelianus Praenestinus, Pont. Max. et sophista (Suid.), Septimii Severi aequalis, siquidem Philostratum maiorem noverat (Philostr. vit. soph. 7. 31. 2), ut in var. hist. II 4, III 43.

marusa et Cronio, maris mortui nominibus, 37. 2. 11 de electro ex Philemone affert.

44. 45. IV 6. VI 9. de nat. anim. XIII. 21 oracula affert, ita partim ipsa deorum responsa, partim eorum sententiam prosa oratione descriptam aliis rebus immiscuit in libris π. δαιμόνων προνοίας[1] tribus pluribusve[2], ubi exempla curae divinae in homines bonos collatae poenarumque a malis sumtarum et insperatos oraculorum exitus narrat. Ita Suidas s. v. σεμνά· κατά τι πυθόχρηστον ἧκε θεῶν κομίζων ἱερὰ εἰς τὴν μετοίκησιν σεμνὰ ἐφόδια. Αἰλιανὸς ἐν τῷ π. προνοίας. Id. sub Archilocho duo oracula Pythia data Calondae, qui poëtam illum necaverat, ex eodem Aeliani libro repetiit. (Cf. interpp.) Similis Aeliani liber π. θείων ἐναργειῶν fuit, quem quater Suidas commemorat, velut s. v. ἐνστάτης: Καὶ Αἰλιανὸς ἐν τῷ π. θείων ἐνεργειῶν φησι· Κατά τινα χρησμὸν βουληθεὶς ἱλεώσασθαι τὸν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ γεγενημένον ἐνστάτην δαίμονα.

Hoc modo quum ad Porphyrii fere aetatem pervenerim, ad philosophos transeo.

De philosophis.

Philosophorum Stoici praesertim et Peripatetici divinationem tractaverunt, nec defuerunt qui oracula etiam colligerent. Quorum principem locum Chrysippus tenet, Solensis, Stoicus (280—206), qui libro de oraculis singulari (Cic. de div. 1. 3. 6) magis adversus ea quam de iis scripsit. „Collegit innumerabilia oracula Chrysippus, nec ullum sine locuplete auctore atque teste“ (ibid. 19. 37). „Sed iam ad te venio, sancte Apollo;“ inquit Cic. de div. 2. 56. 115, „tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen implevit, partim falsis, ut ego opinor“ (non spurios dicit, sed eventu haud comprobatos), „partim casu veris, . . partim flexiloquis et obscuris . ., partim ambiguis et quae ad dialecticam deferenda sint.“ Sequitur responsum illud Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς rel.

Memorabilia de his philosophis verba Ciceronis sunt de div. 1. 3. 5: „Philosophorum vero exquisita quaedam argumenta, cur esset vera divinatio, collecta sunt: e quibus, ut de antiquissimis loquar, Colophonius Xenophanes, unus qui deos esse diceret,

[1] Ita Ioh. Sicel. schol. in Hermog. π. ἰδεῶν lib. I cap. 45 (Rhett. ed. Walz. VI. p. 229. 21); Suidas aliique brevius π. προνοίας vocant.

[2] Lib. III in Bekk. anecd. 321. 16 commemoratur.

divinationem funditus sustulit. Reliqui vero omnes praeter Epicurum, balbutientem de natura deorum, divinationem probaverunt; sed non uno modo. Nam quum Socrates omnesque Socratici Zenoque et hi, qui ab eo essent profecti, manerent in antiquorum philosophorum sententia, vetere Academia et Peripateticis consentientibus, quumque huic rei magnam auctoritatem Pythagoras iam ante tribuisset, qui etiam ipse augur vellet esse, plurimisque locis gravis auctor Democritus praesensionem rerum futurarum comprobaret: Dicaearchus Peripateticus cetera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit, Cratippusque, familiaris noster, quem ego parem summis Peripateticis iudico, iisdem rebus fidem tribuit, reliqua divinationis genera reiecit. Sed quum Stoici omnia fere illa defenderent, quod et Zeno in suis commentariis quasi semina quaedam sparserat, et ea Cleanthes paulo uberiora fecisset, accessit acerrimo vir ingenio Chrysippus, qui totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno praeterea de oraculis, uno de somniis: quem subsequens unum librum Babylonius Diogenes edidit, eius auditor, duo Antipater, quinque noster Posidonius. Sed a Stoicis vel princeps eius disciplinae, Posidonii doctor, discipulus Antipatri, degeneravit Panaetius, nec tamen ausus est negare vim esse divinandi, sed dubitare se dixit.“ Addit a Carneade multa acute et copiose contra Stoicos de divinatione esse disputata.

Pauca de singulis hominibus a Cicerone nominatis sufficient. Diogenes igitur, στωικός, γένος Σελευκεύς, καλούμενος δὲ Βαβυλώνιος διὰ τὴν γειτονίαν (Diog. La. 6. 13. 81, ubi v. Menagium) octoginta octo annos vixit (Lucian. de longaevis 20). Qua ratione divinationem tractaverit, videtur ex Cic. de nat. deor. 15. 41 posse colligi: „In eo libro, qui inscribitur Minerva, partum Iovis ortumque virginis ad physiologiam traducens disiungit a fabula.“ — Tarsensis Diogenis successor fuit Antipater Tarsensis, Stoicus, Carneadis, qui a. 155 ab Atheniensibus Romam missus est, adversarius. Librum eius π. δεισιδαιμονίας Athen. 8 p. 346 c. commemorat. Interpretationem eius aliquam Artemidor. onirocr. 4. 65 refutat. Eius discipulus Panaetius erat, „qui unus e Stoicis astrologorum praedicta reiecit.“ Cic. de div. 2. 42. 88. Cf. de eo van Lynden de

Panaetio p. 71 et 117. Panaetium Posidonius Apamensis audiverat, qui Ciceronem a. 78 Rhodi docuit. Librorum eius de divinatione, quorum quintum Diog. La. 7. 149 commemorat, Cicero rationem habet de div. I 57. 30. II 15. 35; 21. 47. De damnosa siderum in homines vi ap. Boethium de diis et praesensionibus p. 355 ed. Hasii disputat. Plura de eo Mueller fr. hist. Gr. III p. 245.

Zenonem primum, tum Cleanthem Athenis Sphaerus Bosphoranus audivit, Peripateticus. Versabatur aliquamdiu Alexandriae apud Ptol. Philopatorem, Lacedaemone apud Cleomenem regem, qui disciplina eius et consiliis utebatur (Plut. Cleom. 1 et 11). Quum alia scripsit, tum π. μαντικῆς (Diog. La. 7. 177).

Corpus oraculorum fortasse ab Apollonio Syro conditum est. Spartian. vit. Hadriani 2: „Habuit autem (Hadr.) praesumptionem imperii mox futuri, ex fano quoque Nicephorii Iovis manante responso, quod Apollonius Syrus Platonicus libris suis indidit.“ Nisi forte Apollonius Tyanensis significatur, inter cuius scripta Suidas etiam oracula commemorat. Tyana saltem prope meridionales Cappadociae terminos sita erant, Nicephorium in ipsa Syria prope Edessam.

Sub eodem Hadriano Oenomaus Gadarensis viguit, Diogenis Sinopensis simius (Meinek. in Athen. spec. 1 p. 47 sq.), qui, dum oracula omnia in risum vertit, permulta congessit partim ab Herodoto aliisque, partim ab ipso solo servata. Namque γοήτων φωρὰν ἐν οἰκείῳ συγγράμματι πεποιημένος (Euseb. pr. ev. V. 18 p. 209 a. Vig.), oracula non esse a diis data, sed ab hominibus ficta probare studuit (Euseb.). Συνήγαγε δὲ (τοὺς χρησμοὺς) οὐ μόνον ὁ Πορφύριος ἐν τοῖς π. τ. ἐκ λογίων φιλ., ἀλλὰ καὶ ὁ κυνικὸς Οἰνόμαος, διελέγχων τῶν χρησμολόγων τὸ ψεῦδος (Theodoret. Gr. affect. sanat. disp. X. tom. 4. p. 963 ed. Schulzii), postquam ipse Apollinis Clarii responsis deceptus est. Quid igitur mirum, quod Iulianus imperator (orat. 7. 210) nesciat, quot in eum diras imprecetur?

Qui somniorum oracula tractaverint.

A reliquis oraculis haud commode ea, quae dormientibus obtigerunt, secerni possunt; nam et philosophi et rerum antiquarum scriptores utrumque genus iisdem commentationibus complecti sole-

bant. Quum igitur coniectores quoque, ne quid deesset, perlustrare cuperem, accessit ut, si qui de somniis solis egissent, eos interdum a doctis, velut Siebelisio ad Philochorum p. 98, cum reliquis confundi viderem, et ut a Porphyrio scirem eorum quoque numinum, quae incubantibus tantum evocantibusque res futuras praedicere crederentur, haud pauca proferri responsa.

Non est huius loci philosophorum de somniis sententias exponere. Probatur hoc divinandi genus a Platone, cautius tractatur ab Aristotele, qui exempli gratia I p. 462 b 12 Bekk. ait: π. τ. μαντικῆς ἐν τοῖς ὕπνοις γενομένης καὶ λεγομένης συμβαίνειν ἀπὸ τῶν ἐνυπνίων, οὔτε καταφρονῆσαι ῥᾴδιον οὔτε πεισθῆναι. Τὸ μὲν γὰρ πάντας ἢ πολλοὺς ὑπολαμβάνειν ἔχειν τι σημειῶδες τὰ ἐνύπνια παρέχεται πίστιν ὡς ἐξ ἐμπειρίας λεγόμενον. Ingenue tamen fatetur lin. 20: τό τε γὰρ θεὸν εἶναι τὸν πέμποντα .. ἄτοπον, et p. 463 b. 13: θεόπεμπτα μὲν οὐκ ἂν εἴη τὰ ἐνύπνια .., δαιμόνια μέντοι· ἡ γὰρ φύσις δαιμονία, ἀλλ' οὐ θεία. Sed nobis illud modo propositum est, ut scriptores recenseamus, qui somnia narraverint sive explicaverint. Quare medici huc pertinent. Λέγουσι γοῦν καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ χαρίεντες, ὅτι δεῖ σφόδρα προσέχειν τοῖς ἐνυπνίοις, ait Aristot. p. 263 a 4. Ita Ps. Hippocrates tom. 2 p. 2 lin. 6 ed. Kühnii ait: Ὁκόσα μὲν οὖν τῶν ἐνυπνίων θεῖά ἐστι καὶ προσημαίνει τινὰ συμβησόμενα ἢ πόλεσιν ἢ τῷ ἰδιώτῃ ἢ κακὰ ἢ ἀγαθὰ μὴ δι' αὐτῶν ἁμαρτίην, εἰσὶν οἳ κρίνουσι περὶ τῶν τοιούτων ἀκριβῆ τέχνην ἔχοντες. Ὁκόσα δὲ ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος παθήματα προσημαίνει .., κρίνουσι μὲν καὶ ταῦτα .., φυλάσσεσθαι δὲ παραινεῦντες, μή τι κακὸν λάβῃ, οὐ διδάσκουσιν ὡς χρὴ φυλάξασθαι, ἀλλὰ θεοῖσιν εὔξασθαι κελεύουσι. Καὶ τὸ μὲν εὔχεσθαι πρέπον καὶ λίην ἐστὶν ἀγαθόν· δεῖ δὲ καὶ αὐτὸν ξυλλαμβάνοντα τοὺς θεοὺς ἐπικαλέεσθαι. Itaque hic quoque caute loquitur, ne impius videatur; evitat iudicium de somniis generale; ne aegrotis noceat superstitiosa somniorum interpretatio, solemnis medicis, hominum medicinam cum deorum invocatione coniungi iubet. Quo facto multa eiusmodi somnia explicat, et alia quidem ea ratione, ut ne nostros quidem medicos dedeceret, alia vero secus: velut siderum visa p. 4 lin. 14: καὶ ἄστρων μὲν οὖν ἡ ἔξω περίοδος, ἡλίου δὲ ἡ μέση, σελήνης δὲ πρὸς τὰ κοῖλα et q. s. Galenus quoque somnia a diis missa et corporis valetudine effecta distinguit VI p. 833 ed.

Kuehnii: utrius generis sint difficile esse intellectu. VI p. 41, de sanitate tuenda I. 8 praescripta aliquot medica Aesculapii, dei patrii, enumerat. Subtilius etiam Herophilus, qui sub Ptolemaeo Lagi f. medicam artem exercebat, tria distinguit genera ap. Plut. de plac. philos. V. 2: τοὺς ὀνείρους τοὺς θεοπνεύστους κατ' ἀνάγκην γίνεσθαι· τοὺς δὲ φυσικοὺς ἀνειδωλοποιουμένης ψυχῆς τὸ συμφέρον αὐτῇ καὶ τὸ πρὸς τούτοις ἐσόμενον· τοὺς δὲ συγκραματικούς, ἐκ τοῦ αὐτομάτου κατ' εἰδώλων πρόσπτωσιν, ὅταν, ἃ βουλόμεθα, βλέπωμεν, ὡς ἐπὶ τῶν τὰς ἐρωμένας ἔχειν ἐν ὕπνῳ γίνεται. Multa utique praescripta incubantibus a diis medicis data in templis servabantur; haud paucae eiusmodi inscriptiones in insula Romanorum Tiberina repertae, quae olim in templo Aesculapii fuerant, vel hodie extant.

Age iam ad vates et coniectores transeamus eos, qui de somniis scripserunt. Tabulam certe interpretandi causa Lysimachus composuerat. Plut. Aristid. 27: Ὁ δὲ Φαληρεὺς (Demetrius) ἐν τῷ Σωκράτει φησὶ μνημονεύειν Ἀριστείδου θυγατριδοῦν εὖ μάλα πένητα Λυσίμαχον, ὃς ἑαυτὸν ἐκ πινακίου τινὸς ὀνειροκριτικοῦ παρὰ τὸ Ἰακχεῖον λεγόμενον καθεζόμενος ἔβοσκε. Non pertinet huc Cleagoras. Xen. anab. 7. 8. 1: Ἐντεῦθεν διέπλευσαν εἰς Λάμψακον· καὶ ἀπαντᾷ τῷ Ξενοφῶντι Εὐκλείδης, μάντις Φλιάσιος, Κλεαγόρου υἱός, τοῦ τὰ ἐνύπνια ἐν Λυκείῳ γεγραφότος. Hunc Cleagoram ii qui litteras Graecas tractant, pictorem, qui artem, velut Sillig. cat. artif. p. 470, scriptorem censent. Ut pictor evaderet, infelicibus coniecturis indulserunt (v. Schneiderum ad Xen.). Si aliud Lyceum atque Atheniense diceretur, urbis nomen adiectum esset; de huius autem Lycei picturis nihil innotuit. Tum ad somniorum interpretem vel per vatem filium perducimur, siquidem illa ars hereditate quadam a patre ad filios transferri solebat. Atqui in Atheniensium Lyceo nunquam incubabatur. Itaque Λυκαίῳ scribo. Sch. Theocr. 1. 121 (Λυκαῖον) ὄρος τῆς Ἀρκαδίας κληθὲν ἀπὸ Λυκάονος τοῦ Πελασγοῦ, ἐν ᾧ μαντεῖον Πανός. Atque solebat Faunus somniis vaticinari, velut Troezene ap. Paus. 2. 32. 5; quae somnia quum in istius modi templis medicinae causa et propter religionem in lapidibus chartisve inscribi solerent a sacerdotibus in omnibus templis Aesculapio, ab incubantibus ipsis in Trophonii oraculo, Cleagoras putandus est hoc munere in celeberrimo illo Fauni oraculo functus

esse. Quid mirum, si Phliasius apud Arcades versabatur, quum gentes vicinae essent?

Tales autem sacerdotes sive prophetae etsi scripserunt somnia, tamen publici iuris non fecerunt, sed intra templorum singulorum septa continuerunt. Scriptores divinationis ex somniis petendae Tertullianus de anima c. 46 enumerat: „Quanti autem commentatores et affirmatores in hanc rem Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus et Dionysius Rhodius, Hermippus, tota saeculi litteratura!" Tum Fulgent. mythol. 1. 13: „At vero amica Apollinis (Daphne) ob hanc rem vocitata est, quia illi, qui de interpretatione somniorum scripserunt, ut Antiphon, Philochorus et Artemon et Serapion Ascalonites promittunt in libris suis, laurum si dormientibus ad caput posueris, vera somnia esse visuros." Age iam singulos consideremus.

Suid. Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος, τερατοσκόπος καὶ ἐποποιὸς καὶ σοφιστής. ἐκαλεῖτο δὲ Λογομάγειρος.. Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος, ὀνειροκρίτης. περὶ κρίσεως ὀνείρων ἔγραψεν. Hermogenes π. ἰδεῶν II. 7 (Rhett. ed. Walz. III p. 386): ἕτερος δὲ (Ἀντιφῶν σοφιστεύσας) ὁ καὶ τερατοσκόπος καὶ ὀνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὗπερ οἱ περὶ τῆς ἀληθείας λέγονται λόγοι[1]. Tzetz. ap Ruhnkenium (Petr. van Spaan) de Antiphonte in oratoris ed. Dobsonis Londinensi (a. 1828) p. 6: ὁ τερατοσκόπος Ἀντιφῶν ἦν Ἀλεξάνδρου χρόνοις[2]. Artificio-

[1] Verba quaedam ex libro I Suidas affert s. v. ἀδέητος, alia Galenus in Hippocr. de medici off. tom. 18. 2 p. 656 ed. Kuehnii, sagaciter emendata a Bernaysio mus. Rhen. a. 1853 p. 256 not. Ut h. l., ita etiam ap. Stob. ecl. phys. 1. 40. p. 252 ed. Heerenii notiones generales non re, sed cogitatione constare ait. Ἀντιφάνης καὶ Κριτόλαος (Phaselita, Peripateticus, a. 155 legatus Romam) νόημα ἢ μέτρον τὸν χρόνον, οὐχ ὑπόστασιν (εἶπον). Ubi recte Heerenius tom. 2. 2 p. 149 Ἀντιφῶν emendavit.

[2] Itaque non hic, sed cognominis sophista, quem Hermogenes priore loco ponit, cum Socrate disserit ap. Xen. Mem. 1. 6. Sophistam distincte Xenophon vocat; haud recte igitur quidam veterum dubitabant, an poëta ille tragicus, qui post Euripidis mortem, ante Aristotelem florebat, is esset, quocum Socrates disputasset. Athen. 15. 15 p. 673 e: Quum Adrastus librum edidisset περὶ τῶν ἐν τοῖς ἠθικοῖς Ἀριστοτέλους (καθ' ἱστορίαν καὶ λέξιν ζητουμένων), ἐν οἷς ἀμφιλαφῶς παραθεμένου π. τοῦ παρὰ Ἀντιφῶντι τῷ τραγῳδιοποιῷ (cuius poëtae versus Aristoteles quum alias attulerat, tum in eth. Eudem. 7. 4) Πληξίππου, καὶ πλεῖστα ὅσα καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀντιφῶντος εἰπόντος, .. (Ἡφαιστίων) ἐπέγραψέ τι βιβλίον π. τ. παρὰ Ξενοφῶντι

sam eius interpretationem notant Cic. de div. I 20. 39; II 70. 144 et Seneca controv. 9; eo auctore Artemidorus 2. 14 utitur. Plura de eo Menag. ad Diog. La. 2. 46, Ruhnk. l. comm. (s. in opusc. I p. 214 sqq. ed. Lugd. Bat. a. 1807), Reiff. in nominum indice ad Artemidorum, Taylor lectt. Lysiac. cap. 7 p. 269.

Philippi (Plut. vit. Alex. 2) et Alexandri M. regum vates et coniector Aristander erat Telmissensis[2]. Hic coniectorum optime docuit, quid dentes in somniis significarent auctore Artemidoro 1. 31 init., qui 4. 26 quoque eo utitur, et, ni fallor, etiam 4. 23: περὶ δὲ ἀναγραμματισμοῦ Ἀρίσταρχος καίπερ ἄριστος ὢν ὀνειροκρί-

ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν Ἀντιφῶντος, οὐδὲν ἴδιον προσεξευρών. Distinguendi igitur orator, sophista Socrati aequalis, poeta tragicus, coniector aequalis Alexandro M. Ab Suida bis de coniectore dicitur, nisi forte verba Ἀντ. Ἀθ. ἐποπ. κ. σοφ. ἐκ. δὲ Λογ. a reliquis verbis separanda et ad sophistam Xenophonteum referenda sunt. Coniectorem etiam arti physicae operam dedisse arbitror. Certe Antiphon π. φυσικῆς ἀκροάσεως scripsit auctore Aristotele phys. I. 2. II. 1. coll. Alex. Aphrod. in Ar. metaph. p. 171. Ap. Stob. ecl. phys. 1. 26 p. 524 Heer. solem dicit Ἀντιφῶν πῦρ, ἐπινεμόμενον μὲν τὸν περὶ τὴν γῆν ὑγρὸν ἀέρα, ἀνατολὰς δὲ καὶ δύσεις ποιούμενον, τῷ τὸν μὲν ἐπικαιόμενον ἀιεὶ (scr. ἀεὶ) προλείπειν, τοῦ δ' ὑπονοτιζομένου πάλιν ἀντέχεσθαι. Plut. de plac. philos. 2. 28 p. 891 d. (et iisdem verbis Ps. Galenus philos. hist. cap. 15. tom. 19 p. 281 ed. Kuehnii et Ioh. Lydus de mens. 3. 8. p. 39): Ἀντιφῶν (εἴρηκεν) ἰδίῳ φέγγει λάμπειν τὴν σελήνην, τὸ δὲ ἀποκρυπτόμενον περὶ αὐτὴν ὑπὸ τῆς προβολῆς τοῦ ἡλίου ἀμαυροῦσθαι· πεφυκότος τοῦ ἰσχυροτέρου πυρὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν, ὃ δὴ συμβαίνει καὶ (Galenus τὰ pro καὶ) περὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. Antiphon (hunc enim Heerenius recte ex Antiphane restituit) cum Alcmaeone Pythagoreo et Heraclito lunae defectum fieri censuit κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς στροφὴν καὶ τὰς περικλίσεις ap. Stob. ecl. phys. I. 27. p. 558. — Plut. de plac. philos. III. 7. p. 897 a. (et inde Galenus l. comm. cap. 22 p. 299): Ἀντιφῶν (τὴν θάλασσάν φησιν εἶναι) ἱδρῶτα θερμοῦ, ἐξ οὗ τὸ περιληφθὲν ὑγρὸν ἀπεκρίθη τῷ καθεψηθῆναι παραλυκίσαν, ὅπερ ἐπὶ παντὸς ἱδρῶτος συμβαίνει.

[1] Arrian. 1. 25 al. Curtius 4. 2. 14. Plut. vit. Alex. 14. 25. 31. 33. 50. 52. Aelian. var. hist. 12. 64.

[2] Cic. de div. I 42. 94: Praecipue Telmissenses in ostentis animadvertendis diligentes fuerunt. Arrian. 2. 3. 4: εἶναι γὰρ τοὺς Τελμισσέας σοφοὺς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, καί σφισιν ἀπὸ γένους δεδόσθαι, αὐτοῖς καὶ γυναιξὶ καὶ παισί, τὴν μαντείαν. Inventam ab iis τὴν δι' ὀνείρων μαντικήν esse tradunt Tatianus cap. 1. Clemens Alex. strom. I p. 361 ed. Potteri. Gregor. Nazianz. or. III p. 100. Inde Nonnus hist. 71: Τελμισσεῖς λέγονται πρῶτοι τοὺς ὀνείρους εὑρεῖν διακρίνειν καὶ τὰ τέρατα. Tertull. de an. 46: „Telmissenses nulla somnia evacuant, imbecillitatem coniectationis incusant." Iam Croesus τοὺς ἐξηγητὰς Τελμησσέων de ostento consuluit (Herodot. 1. 78).

της, καὶ ἄλλοι τινὲς παλαιοὶ παντελῶς γελοῖόν τι πεπόνθασιν· ἐν μὲν γὰρ τοῖς προοιμίοις διδάσκουσι, τί ἐστιν ἀναγραμματισμός, οὐδαμοῦ δὲ φαίνονται αὐτοὶ χρησάμενοι. Ubi quum auctor optimis et vetustis annumeretur, Aristarchus autem coniector prorsus ignotus sit, Ἀρίστανδρος scribendum videtur. Aristander et Artemidorus certissimi coniectores omnium instar a Luciano Philopat. 21 sq. nominantur. Idem Aristander de portentis scripsit. Plin. n. h. 17. 25. 38: „Laodiceae Xerxis adventu platano in oleam mutata, qualibus ostentis Aristandri apud Graecos volumen scatet.“ In libri 17 argumento „Aristander, qui de portentis“ vocatur, ne cum Atheniensi, rei rusticae scriptore, commutetur. Platonicus dicitur a Proculo in Tim. 3 p. 186, nisi alius homo significatur cognominis.

Aristotelis et auditor et malignus detrectator (Themist. soph. p. 285 b) Dicaearchus fuit, Phidiae filius, Mamertinus, qui inde ab ol. CXI viguit. (Suid.) Dicit de eo Cic. de div. I. 3. 5. et totidem fere verbis II. 48. 100 et similibus I. 50. 113. Idem II. 51. 105: „Magnus Dicaearchi liber est, nescire ea (quae ventura sint) melius esse quam scire.“ Plut. de plac. philos. V. 1. p. 904 e: Ἀριστοτέλης καὶ Δικαίαρχος τὸ κατ' ἐνθουσιασμὸν μόνον παρεισάγουσι καὶ τοὺς ὀνείρους, ἀθάνατον μὲν εἶναι οὐ νομίζοντες τὴν ψυχήν, θείου δέ τινος μετέχειν αὐτήν.

Strato Arcesilai f. Lampsacenus, qui scholae peripateticae, Theophrastum ol. CXXIII secutus, decem annos praeerat (Diog. La. V. 3. 3) quum alia scripsit multa, tum de somniis (ibid. §. 4). Στράτων (τοὺς ὀνείρους γίνεσθαί φησιν) ἀλόγῳ φύσει τῆς διανοίας ἐν τοῖς ὕπνοις αἰσθητικωτέρας μέν πως γινομένης, παρ' αὐτὸ δὲ τοῦτο τῷ γνωστικῷ κινουμένης. Plut. de plac. phil. V. 2 p. 904 f.

Demetrius Phalereus, Theophrasti discipulus, quinque de somniis libros edidit. Artemidor. 2. 44: Γεμινοῦ τοῦ Τυρίου καὶ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως καὶ Ἀρτέμωνος τοῦ Μιλησίου, τοῦ μὲν ἐν τρισὶ βιβλίοις, τοῦ δὲ ἐν πέντε, τοῦ δὲ ἐν εἴκοσι δύο, πολλοὺς ὀνείρους ἀναγραψαμένων, καὶ μάλιστα συνταγὰς καὶ θεραπείας τὰς ἀπὸ Σαράπιδος δοθείσας.

Διονύσιος Μουσωνίου Ῥόδιος ἢ Σάμιος, ἱστορικός. ἦν δὲ καὶ ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖσε ἱεροῦ τοῦ Ἡλίου (Suidas): cuius de diis libri triginta tres (Suid. s. v. Νύμφαι) Diodoro fabularum argumenta prae-

buerunt (C. Muelleri fr. hist. Gr. II p. 10). Welcker cycl. ep. p. 75: „Dionysius Samius Mus. f., qui, quod Solis apud Rhodios sacerdos erat, idem Rhodius appellabatur secundo (ante Chr.) saeculo potius quam multo ante videtur floruisse.“ Tertulliani memor Bernh. ad Suidam s. Dionysio significat, in Diogenis Laert. 1. 11. 38, ubi Διονύσιος ἐν κριτικοῖς Thaletem quendam ignotum commemoravisse traditur, scribendum esse ὀνειροκριτικοῖς. Artemidorus 2. 66. p. 243 Reiff. hirundine in somniis ait luctum praedici. Φησὶ γὰρ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος δεῖν ταῖς ἱστορίαις πείθεσθαι, καὶ Διονύσιος ὁ Ἡλιουπολίτης. Scr. ὁ Ἡλίου προφήτης.

Epicharmum Tertullianus l. comm. post Philochorum collocat; et paulo post ait: „Epicharmus etiam summum apicem inter divinationes somniis extulit cum Philochoro Atheniensi.“ Itaque Philochoro eum posteriorem fuisse arbitror; certe poëtam Coum fuisse nemo putabit. Praeter Tertullianum qui eius sententiam cap. 47 affert: „quoniam non est ex arbitrio somniare — nam et Epicharmus ita sentit“, nemo commemorat.

Alexandrum Myndium Artemidorus expedivisse negat I 67, quid caepae comesae significent, II 9, quid sit fulmine percuti; II 66 eum cum Dionysio Rhodio coniungit. Bis Alexander bellorum Marii mentionem facit: ap. Plut. vit. Marii 17 vultures tradit Mario, antequam cum Teutonibus conflixerit, augurium tulisse, ap. Athen. V. 221 b. gorgonem, animal Libycum, in bello Iugurthino Marii iussu esse interfectam. Quum hae res a nemine alio narrentur, Marii aetati videtur coniunctus fuisse. Idem res fabulosas narravit (μυθικά), quarum librum nonum Diog. La. I. 7. 29 commemorat[1], et aliquot libros de animalibus edidit, ubi formam cuiusque et rationem, fabulis multis admixtis, explicuit[2]. Neque multum a divina-

[1] Eo Hesychii gl. quamvis corrupta pertinere potest: ὑπομέλαθρα, Ἀρτέμιδος ἐπίθετον, ὡς ὁ Μύνδιος.

[2] Duo pluresve libri περὶ τῶν κτηνῶν ἱστορία inscripti erant. Nam Athen. V 221 b. eum ἐν δευτέρῳ π. κτ. ἱστ. ait de gorgone, ovium agrestium genere Libyco, et de Libyae bobus opisthonomis disputavisse. (Priora descripsit Eustath. ad H. Od. XI. 633.) Ex his igitur libris desumta sunt quae de ovibus caprisque ap. Aelian. hist. an. V. 27 tradit. Duo alii libri τῶν πτηνῶν ζῴων ἱστορία: nam Athen. IX 388 d. de porphyrione eum ait ἐν δευτέρῳ περὶ τῆς (scr. τῆς περὶ) τῶν πτ. ἱστορίας egisse, de phassa id.

tione ex somniis auguria distant, quorum et in avium historia teste Plut. l. comm. rationem habuit, et in somniis interpretandis teste Artemidoro II 66.

De Cratippo Mitylenaeo, Peripatetico, Cicero de div., quae I 3. 5 dixerat, fere repetit 32, 70. 50, 113. II 48, 100.

Suidas: Ἕρμιππος Βηρύτιος ἀπὸ κώμης μεσογαίου, μαθητὴς Φίλωνος τοῦ Βυβλίου, ὑφ' οὗ ᾠκειώθη Ἑρεννίῳ Σευήρῳ ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως· ἔκδουλος ὢν γένος, λόγιος σφόδρα, καὶ ἔγραψε πολλά. Tertullian. de anima 46 multis templis incubatione claris enumeratis pergit: „cetera cum suis et originibus et ritibus et relatoribus, cum omni deinceps historia somniorum, Hermippus Berytensis quinione voluminum satiatissime exhibebit." Idem Hermippus de hebdomade scripsit et de orthographia, fortasse de servis eruditis. Cf. C. Muelleri fr. hist. Gr. III p. 35.

Ad eos scriptores transeo, quorum de aetate non liqueat, nisi quod Artemidorum praecesserint.

Suidas: Πανύασις Ἁλικαρνασσεὺς νεώτερος (praecesserat enim poëta), φιλόσοφος. Περὶ ὀνείρων βιβλία β'. Eo auctore Artemidorus utitur I 2 (ubi eum laudat), I 64, II 35.

Artemon Milesius somnia, praesertim a Sarapi missa, XXII libris congessit, teste Artemidoro II 44, qui eo etiam I 2 utitur. Quae apud schol. (et Eustath.) ad Hom. Il. 16. 854 ait: κατ' Ἀρτέμωνα τὸν Μιλήσιον ἐν τῷ περὶ ὀνείρων, ὅταν ἀθροισθῇ ἡ ψυχὴ ἐξ ὅλου τοῦ σώματος πρὸς τὸ ἐκκριθῆναι, μαντικωτάτη γίνεται, haec philosophum sapiunt. Artemones multos C. Mueller fr. hist. Gr. IV p. 341 enumerat.

Apollodorus Telmissensis, ἀνὴρ ἐλλόγιμος. Artemid. I 79.

Apollonius Attalensis. Eius librum II Artemidorus I 32 et III 28 commemorat.

IX 394 d. et sch. Theocr. V 96 ἐν δευτέρῳ περὶ πτηνῶν ζῴων. Idem index ap. Athen. IX 398 c, quare apud eundem 392 c. πτηνῶν adiiciendum est verbis ἐν δευτέρῳ περὶ ζῴων, siquidem de coturnice sermo est. De avibus agit praeter locos commemoratos ap. sch. Hom. Il. X 274. XVI 428 (de vulture, ut ap. Plut. Mar. 17), Eust. ad Il. II 460, sch. Theocr. VII 57 et 140. Aelian. hist. an. III 23 et X 34 (de hirundine), ap. Athen. IX 387 f. 388 d. 389 c. 390 e. 391 bf. 393 ad. 395 c. Alium librum de reptilibus videtur scripsisse: angues certe tractat ap. Aelian. hist. an. IV 33 et in Phot. bibl. 147 b 23 Bekk.

Geminus Tyrius somnia, praesertim Sarapica, tribus libris collegit (Artemid. II 44).

Nicostratus Ephesius laudatur ab Artem. I 2 extr.

Phoebus Antiochenus. Artem. I 2, II 9, IV 48 et 66.

Hos sub Antoninis ipse Artemidorus secutus est, Ephesius, qui ut in Daldim, Lydiae oppidum matris natale, conferret gloriam, libris quinque Ὀνειροκριτικῶν Daldianum se inscripsit (III extr.). Editus est a Reiffio cum Rigaltii Reiskiique explicatione Lips. 1805 II tomis ch. 8.

Illius aequalis Aelius Aristides erat, qui permulta somnia sibi a diis missa in sex orationibus sacris narrat (postr. ed. Guil. Dindorf. Lips. 1829).

Plane ignota est Serapionis Ascalonitae aetas. Post Porphyrium tres homines graece de somniorum interpretatione scripserunt: Πάππος Ἀλεξανδρεύς, φιλόσοφος, γεγονὼς κατὰ τὸν πρεσβύτερον Θεοδόσιον βασιλέα . . Ὀνειροκριτικά (Suidae verba sunt), et duo poëtae Byzantini a Rigaltio editioni Artemidori Parisinae (a. 1603 ch. 4) annexi. Utrumque carmen trimetris iambicis ex literarum ordine dispositis constat; prius Astrampsychi nomine inscriptum est. Suidas: Ἀστράμψυχος, ὃς βιβλίον ἰατρικὸν εἰς ὄνων θεραπείαν πεποίηκε καὶ ὀνειροκριτικόν. Nisi forte nescio quis veteris Magi a Diogene Laertio prooem. 2 inter Magos Zoroastrae successores laudati nomen sibi arrogavit. Carmen penultima trimetri cuiusque syllaba accentu notata et evitata arsis solutione[1] aetatem Byzantinam

[1] 'Astrampsychi versus feruntur centum et unus; centuria est, si ex v. 52 νῆξις θαλάσσης ἀγρίας δηλοῖ λύπας
versum 53 νῆξις θαλάσσης ἡμέρας ὄναρ καλόν, omissum illum etiam a Nicephoro, effictum esse censuerimus ab homine posteriore. Scilicet adiectivo ἀγρίας ad λύπας relato, quum ad θαλ. pertineret, interpretationem complevit. Fuit ille homo posterior Nicephoro, anterior librario, qui margini codicum A et V Suidae ante θαλέεσσι hunc senarium cum tribus aliis Astrampsychi ascripsit, ita tamen, ut ἡμέρου τοὔναρ praeberet. Quod ibi additur: Λύσις ὀνείρου. Νικηφόρου Πατριάρχου, falsum est. Nam omnes illi versus hodie apud Astrampsychum leguntur, duo tantum apud Nicephorum; tum εὔθετον Suidae codd. et Astr. v. 24 praebent, ubi Nicephorus εὖ ἔχει: postremo Suidae codicibus aliquot senarii Astrampsychi praebentur, nullus qui Nicephoro sit proprius. — Versu 53 igitur eiecto quattuor tantum restant normae Byzantinae adversi:
100 χύσις ποταμία δυσμενῶν λύει χαράν.

prodit, ineuntem eo, quod α, ι, υ vocales rarius pro ancipitibus habentur, syllabae breves accentu non producuntur. Omnibus hisce numerorum licentiis alter poëta utitur, Nicephorus, patriarcha Constantinopolitanus, qui ex Astrampsychi centuria 146 versus deteriores effecit, aliis interpretationibus adiectis, aliis omissis. Fuerunt Nicephori patriarchae a. 806 et 1260; poëta videtur horum posterior esse. Hos in Rigaltii editione Achmet excipit Arabs, Al Mamunis Califae circa a. 820 coniector, qui de somniorum interpretatione ap. Indos, Aegyptios, Persas 304 capita Graeco sermone scripsit.

De fictorum oraculorum corporibus.

Ad templa fatidica et somnia accedebant evocationes. Namque quum omni tempore veteres mortuorum animas evocari posse credidissent, postea praestigiatores vel ipsos deos formulis caerimoniisque arcanis detrahebant, eaque superstitio privata, quo magis oraculorum publicorum auctoritas cadebat, eo maiora capiebat incrementa. Quin etiam quidquid isti praestigiatores deos loquentes fecerant, id aut ipsi collegerunt aut alii homines, tum responsa adiecerunt, quae a numinibus se arcano commercio tulisse iactabant. Ita subditiciorum oraculorum corpora quaedam exorta sunt, quum aliorum, tum Iulianorum Chaldaei et theurgi. Suidas: Ἰουλιανός, Χαλδαῖος, φιλόσοφος, πατὴρ τοῦ κληθέντος θεουργοῦ Ἰουλιανοῦ. ἔγραψε περὶ δαιμόνων βιβλία δʹ. Tum post lacunam: ἀνθρώπων δέ

At Suidae cod. A. s. v. ποταμός in marg. ῥύσις ποταμοῦ δυσμενῶν δηλοῖ χαράν. Scr. χύσις ποταμοῦ δ. λύει χάριν. Tum

24 θάλατταν εἰδεῖν μειδιῶσαν εὔθετον.

Εὔθετον etiam in Suidae codd. esse dixi: scribendum tamen cum Nicephoro εὖ ἔχει. Pro εἰδεῖν et hoc v. et 42 cum Suidae codd. ἰδεῖν scribendum videtur, producto ι ut v. 52 υ in λύπας correptum est. Deinde

43 λευκὴν στόλον κάλλιστον εἰν ὕπνῳ φορεῖν.

Hic v. cum tribus aliis Astrampsychi reperitur in Suidae codicis A margine ante στόλος, et sic quidem:

στολὴν λευκὴν κάλλιστον ἐν ὕπνῳ φέρειν.

Inde scr. ap. Astr. λευκὴν στολὴν . . φέρειν.

Postremo 22 (Nicephori 50) ζώνη κοπεῖσα τὴν ὁδὸν λύει ταχύ. Scr. τάχος cum cod. A Suidae s. ζώνη. Praeter hunc v. 50 semel tantum Nicephorus in legem penultimae peccat:

97 οἶκον θεωρεῖν πυρπολούμενον καλόν.

ἐστι φυλακτήριον πρὸς ἕκαστον μόριον, ὁποῖα τὰ τελεσιουργικὰ Χαλδαϊκά. Ad huius hominis libros Porphyrius commentaria scripsit (Suid. s. Porph. εἰς τὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ Χαλδαίου). Sequitur apud Suidam: Ἰουλιανός, ὁ τοῦ προλεχθέντος υἱός, γεγονὼς ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως. ἔγραψε καὶ αὐτὸς θεουργικά, τελεστικά, λόγια δι' ἐπῶν, καὶ ἄλλα ὅσα τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης κρύφια τυγχάνουσι. Sed de his vatibus totoque superstitionis genere doctius, quam ego possim, Lobeckius Aglaophami paginis 98—110 et Thilo commentatione secunda de coelo empyreo ad sacra paschalia anni 1840 Halae edita disputaverunt. Chaldaica praesertim oracula ingentem auctoritatem admirationemque nacta sunt, quae ferebantur quidem a diis data esse in Chaldaea et a lingua Chaldaica in Graecam esse conversa, re vera tamen a philosophis orientis Graece doctis excogitata Graecisque hexametris conscripta sapientiam Chaldaicam cum Platonica mixtam speciosoque deorum nomine praetextam hominibus venditabant. Porphyrium illis carminibus nondum in oraculorum philosophia, sed in libris de materia demum usum esse supra dixi. Iamblichus pro more suo praeceptorem et imitatus est et intemperantia superavit. Scripsit enim περὶ τῆς χαλδαϊκῆς τελειοτάτης φιλοσοφίας libros viginti octo vel etiam plures[1], quibus oraculorum fecit ὑφήγησιν et de fato, de providentia, de ratione qua dii res futuras cognoscerent, commentatus est[2]. Haec autem ipsa argumenta Porphyrius quoque tractaverat. Deinde Proculus quanti Chaldaica oracula habuerit, Marinus in eius vita extrema docet: Εἰώθει δὲ πολλάκις καὶ τοῦτο λέγειν, ὅτι· Κύριος εἰ ἦν, μόνα ἂν τῶν ἀρχαίων ἁπάντων βιβλίων ἐποίουν φέρεσθαι τὰ λόγια καὶ τὸν Τίμαιον (Platonis), τὰ δὲ ἄλλα ἠφάνιζον ἐκ τῶν νῦν ἀνθρώπων, διὰ τὸ καὶ βλάπτεσθαι ἐνίους τῶν εἰκῇ καὶ ἀβασανίστως ἐντυγχανόντων αὐτοῖς. Ibidem cap. 26: ἐπιμελῶς ἐντυγχάνων τοῖς Πορφυρίου καὶ Ἰαμβλίχου μυρίοις ὅσοις. εἰς τὰ λόγια καὶ σύστοιχα τῶν Χαλδαίων

[1] Librum XXVIII Damascius affert περὶ πρώτων ἀρχῶν. Pr. ed. Kopp Frcf. a. M. a. 1826 p. 115.

[2] Ammonius p. 204 ed. Londin. ad Aristot. de interpret. p. 59. Ut ego iudicavit Fabricius bibl. Gr. lib. 4 cap. 28. 11; haud recte Thilo l. comm. p. 8 oracula ab Iamblicho explicata eiusdem generis esse arbitratur atque Graecorum deorum oracula a Porphyrio π. τ. ἐκ λογ. φιλ. prolata.

τῶν πρὸ αὐτοῦ φιλοσόφων ἐξηγήσεις συνελὼν μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπικρίσεως ἐξεπόνησε, τάς τε ἄλλας Χαλδαϊκὰς ὑποθέσεις καὶ τὰ μέγιστα τῶν ὑπομνημάτων εἰς τὰ θεοπαράδοτα λόγια κατεβάλετο, συγγράμματα, αὐτοῖς τε τοῖς θείοις λογίοις ἐντρεφόμενος, . . τὰς ἐν πέντε ὅλοις ἔτεσιν αὐτὰ συμπληρώσας. Addit eum septuaginta tetrades commentariorum ad illa oracula conscripsisse. Itaque quum Suidas inter Proculi scripta decem libros περὶ τὰ λόγια commemorat, singuli libri videntur vicena octona oracula continuisse, ita ut et sacer ille septenarius numerus et δῖα τετρακτύς servata essent. Porphyrii libros non de oraculorum philosophia, sed de materia usurpavisse putandus est; nam toto capite 26 Marinus de Chaldaica tantum theosophia loquitur, neque unquam Proculus in scriptis suis deorum Graecorum responsa, qualia Porphyrius priore in commentatione praebet, saepissime, velut in comm. ad Platonem, Chaldaica oracula affert. Quae sola a posterioribus quoque Platonicis in usum vertuntur.

Ne Christiani quidem veriti sunt oracula fingere, quibus Christi Mariaeque divinitatem et trinitatis sanctitatem et librorum sacrorum fidem confirmarent. Non solum Mercurio ter maximo et Sibyllis, sed etiam Apollini, Ammoni, Sarapi istius modi dicta supponebant. Quae sparsa leguntur apud Lactantium in institt., Didymum de trinitate, Iustinum Martyrem (ad gent. 38), alios ecclesiae scriptores, tum pessima ap. Io. Malalam et Ge. Cedrenum; inde in Suidam fluxerunt, velut s. Augusto et s. Thulide. Plura etiam in codd. latent. Aliquot eiusmodi oracula cod. Oxon. anni fere MC praebet ap. Bentl. ad Millium p. 458 ed. Lips. 1781 et cod. Sedulii saec. IX ap. Montefalcon. palaeogr. Gr. III 7. Quae Max. Planudes collegit, ego in additamento ultimo edam.

Nonnulla oraculorum corpora diutissime manserunt. Romae quidem Augustus „quidquid fatidicorum librorum Graeci Latinique generis nullis vel parum idoneis auctoribus vulgo ferebantur, supra duo millia contracta undique cremavit, ac solos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito“ (Suet. Octav. 31. 1): sed in imperio orientis ne Christianis quidem sacris cesserunt. Ita a Valente imperatore Hilarius Phryx, philosophus, ὡς δὴ χρησμόν τινα λοξὸν εἰς τὸ σαφέστερον ἑρμηνεύσας, interficitur, teste Zosimo 4. 15. Ipse

Zosimus se 2. 36 narrat, ut oraculum aliquod de Constantinopolis potentia inveniret, multa evolvisse oraculorum volumina (πολλὰς χρησμῶν συναγωγὰς ἀνελίξας . .). Quin etiam usque ad a 1341 librorum talium usum in comm. de novissima oraculorum aetate (Berol. 1854. ch. 4) p. 48–52 persecutus sum. Ibidem exposui, quae eorum fuerit condicio ratioque atque ostendi ex eorum praedictis imperatores non dubitasse vel oculorum lumine multos privare ad suppliciumque trahere. Manavit librorum fatalium usus sine dubio usque ad Turcarum triumphum.

Meo igitur iure dixi, hoc litterarum Graecarum genus per duo millia annorum valuisse. Quum a poëtis rei divinae peritis vatum primum carmina, tum ab historicis, grammaticis, philosophis deorum oracula essent collecta, quum philosophorum alii divinationem defendissent, alii impugnassent, postremo praestigiatores quidam novam philosophiam numinibus supposuissent, primus Porphyrius ex ipsis responsis divinis rerum arcanarum scientiam et vitae honestae rationem repetere studuit. Illa responsa quamquam ex Aegypti Asiaeque doctrina nonnihil sumpserant, tamen ad Graecorum deos se applicabant. Sed quum vel vivo Porphyrio simpliciora veterumque temporum opinionibus similiora visa essent, quam ut summae Platonicorum philosophiae fundamenta essent ac fontes, abiiciebantur simul cum tota Olympi familia sacra; notiones subtiles nomine et numine deorum indutae celebrari coeptae sunt ac nova doctrina ob oriente arcessebatur. Postremo vaticinationes ab hominibus aut otiosis aut nummulorum cupidis excogitatas et conscriptas insatiabilis mortalium superstitio arripiebat.

CAPUT V.

ORACULA NON HEXAMETRIS, SED ALIIS METRIS EDITA.

Vidimus oraculorum fuisse corpora, ex quibus Porphyrius haurire posset. Atqui quum Porphyrii oracula numeris quidem, neque

tamen semper illi poësi solemnibus composita sint, videri possunt neque ex templis neque ex libris petita, sed a Porphyrio excogitata esse. Qua de re iudicium sibi tum demum constare poterit, quum consideraverimus, qui numeri sint usurpati, explorata testium fide et rerum condicione. Quod ita instituam, ut a certis ad incerta, ab incertis ad falsa procedam.

A. Trimetri iambici.

1.

Agmen ducat Herodotus, qui I 174 narrat: ἐούσης τε πάσης τῆς Κνιδίης, πλὴν ὀλίγης, περιρρόου . ., τὸ ὦν δὴ ὀλίγον τοῦτο, ἐὸν ὅσον τε ἐπὶ πέντε στάδια, ὤρυσσον οἱ Κνίδιοι ἐν ὅσῳ Ἅρπαγος τὴν Ἰωνίην κατεστρέφετο, βουλόμενοι νῆσον τὴν χώρην ποιῆσαι. Quum tamen multi operae vulnerati essent, ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους ἐπειρησομένους τὸ ἀντίξοον. ἡ δὲ Πυθίη σφι, ὡς αὐτοὶ Κνίδιοι λέγουσι, χρᾷ ἐν τριμέτρῳ τόνῳ τάδε·

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε, μηδ' ὀρύσσετε,
Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον, εἴ γ' ἐβούλετο.

Codd. Herodoti et anthol. Pal. 14. 81, ubi oraculum descriptum est, εἴ κ': atque ita κέ in prodosi et apodosi epitaphium Theoridae in Mnesalcam Doricum in Anth. Pal. 13. 21. v. 7 praebet: εἰ δέ κε ζόεν, τύμπανόν κ' ἐφύση: sed recte ibi Pearson et Brunck. εἰ δέ γ' ἔζοεν emendarunt. Oenomaus ap. Euseb. praep. evang. V. 26 p. 220 c. Vig., idem oraculum describens, δὲ om. post Ἰσθμὸν, tum AH ibi εἴ κ', rell. αἴκ' praebent. Rectius tamen Lhardyus in ed. Herod. εἴ γ'. — Ἐν τριμέτρῳ τόνῳ putes propter metri eius raritatem adiectum esse: at idem etiam ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ in oraculis afferendis addidit I. 47 et 62 et V. 60.

2.

Sequitor Aristoteles (fr. 142 ed. C. Müller fragm. hist. graec. tom. 2 p. 150). Prov. append. cent. V. 3: Τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα: Μηλίοις ἀνεῖλεν ὁ θεός

φιλεῖν τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα·

(ita paroem. codd. Vat. et Bodl. — A. Nauck in philol. V. p. 681,

quum Zenobii cod. Coisl. 3. 2 ὁμοῖα καὶ Τῶν φίλων τοὺς φιλτάτους praebeat, scribit, τῶν φίλων τὰ φίλτατα) . μέχρις οὖν ἐτῶν δέκα ἓξ γυμνοὺς περιέφερον τοὺς παῖδας καὶ κατεφίλουν ἐν Ὀλυμπίᾳ.

Suid. (Bernh. II 1187. 6) τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα: φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Μηλιέων πολιτείᾳ τοὺς παῖδας γυμνοὺς ἐκφέρειν μέχρις ἐτῶν ις' καὶ καταφιλεῖν αὐτοὺς ἐν τοῖς συμποσίοις. Ubi quum lemmatis explicatio desit, Bernh. ex paroemiographo post πολιτείᾳ supplet: ὅτι Μηλιεῦσιν ἀνεῖλεν ὁ θεὸς φιλεῖν τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα. Pergit Suidas: Τοὺς παῖδας οὖν . . . Rursus apud paroemiographum pro Ὀλυμπίᾳ secundum Suidam scribendum συμποσίᾳ, etsi vocabulum magis poëtam decet (Pind. Pyth. 4. 294).

3.

Ex Timaei historiis oraculum Delphis a Brenno invasis datum repetit Schmidtius de fontibus vett. auctorum in enarrandis expeditionibus a Gallis susceptis p. 45.

Prov. append. 2. 55 ed. Leutsch.

ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις.

βαρβάρων τινῶν στρατευομένων ἐπὶ Δελφοὺς ἐρωτώμενος ὁ θεὸς ταῦτα ἔφη. ὕστερον δὲ ἐφάνη μετὰ Ἀθηνᾶς καὶ Ἀρτέμιδος, ὧν καὶ ἱερά ἐστιν ἐν Δελφοῖς, προσιόντων ὑπαντῶν τοῖς πολεμίοις Id est: obviam factus Delphis hostes invadentibus. Suidas s. v. ἐμοὶ μελήσει p. 221. 2 Bernh. eadem verba repetit, nisi quod ἀπαντῶν praebet, προσιόντων omittit. Versum tradit etiam schol. Aristoph. nubb. 144. Cicero de div. I 37. 81: „ . . quod contigisse Brenno dicitur eiusque Gallicis copiis, quum fano Apollinis Delphici nefarium bellum intulisset; tum enim ferunt ex oraculo effatam esse Pythiam:

ego providebo rem istam et albae virgines.

Ex quo factum, ut viderentur virgines ferre arma contra, et nive Gallorum obrueretur exercitus.“ Eadem re narrata Diodorus in exc. Vat. libri 22 cap. 2 pergit: φυλάξειν γὰρ ἅπαντα τὸν θεὸν καὶ μετ' αὐτοῦ τὰς λευκὰς κόρας. Ὄντων δὲ ἐν τῷ τεμένει δυεῖν νεῶν παντελῶς ἀρχαίων Ἀθηνᾶς προνάου (fort. Προνοίας. Cf. Paus. 10. 8. 4) καὶ Ἀρτέμιδος, ταύτας τὰς θεοὺς ὑπέλαβον εἶναι τὰς . . λευκὰς κόρας. Rem et versum Tzetz. chil. XI. 388 sqq. tradit; Pausanias,

qui ut Iustinus 24. 8 cladem multis describit, 10. 23. 1 ait: καὶ ὁ θεὸς σφᾶς οὐκ εἴα φοβεῖσθαι, φυλάξειν δὲ αὐτὸς ἐπηγγέλλετο τὰ ἑαυτοῦ. Ab aliis igitur nives oraculo significatae esse putabantur, ab aliis deae λευκῷ λίθῳ sculptae. Atque sic de foro curiaque Siphniorum, constructis Pario lapide, oraculum ap. Herodotum 3. 57: ἀλλ' ὅταν πρυτανήια λευκὰ γένηται, λεύκοφρύς τ' ἀγορή . .

Similiter, ut tunc, Apollo, quum Xerxes Delphos aggrederetur, οὐκ ἔα σφέας κινέειν, φὰς αὐτὸς ἱκανὸς εἶναι τῶν ἑαυτοῦ προκατῆσθαι (Herodotus 8. 36); et quum Iason, Pheraeorum tyrannus, iisdem Delphis bellum inferret, Xenophon. Hell. 6. 4. 30 narrat ἀποκρίνασθαι τὸν θεόν, ὅτι αὐτῷ μελήσει. Quae verba paroemiographum codicis Coisliniani fefellerunt, ita ut versum, qui ad Brennum pertinet, ad Iasonem referret. Ipse ille versus Aelio Aristidi somnianti in mentem venit (orat. sacrae 4 p. 338 extr. Iebb.).

4.

Ut haec ex vetustioribus genuina, id est fusa in templis videntur, ita non dubitandum est, quin post Christum natum aliquot oracula iisdem numeris iambicis sint data. Scholiasta Aristophanis, quem Symmachum fuisse O. Schneider plerisque probavit, ad nub. 144 ait: τὸ μὲν οὖν καὶ ἐπ' ἐμοὶ μέχρι καὶ νῦν κεχρηκέναι τὸν Πύθιον οὕτω (διὰ τριμέτρων), παρήσω λέγειν. Et ante eum Plutarchus de Pythia 20 p. 403 f: Ἔνιοι δὲ (χρησμοὶ) καὶ νῦν μετὰ μέτρων ἐκτρέχουσιν, quorum unum affert non multo ante datum adolescenti, Herculis Misogyni in Phocide sacerdoti, qui quum virgini se miscuisset ἐπὶ τὸ μαντεῖον κατέφυγε (sine dubio Delphicum; nam de hoc inprimis Plutarchus loquitur, et homini Phocensi proximum erat) καὶ περὶ τῆς ἁμαρτίας ἠρώτα τὸν θεόν, εἴ τις εἴη παράκλησις ἢ λύσις· καὶ ἔλαβε τόνδε τὸν χρησμόν·

ἅπαντα ἀναγκαῖα (scr. τἀναγκ.) συγχωρεῖ θεός.

5.

Potuit dari in Sarapidis aede

χρησμὸς δοθεὶς ἐκ τοῦ Σεράπιδος τῷ διὰ πλῆθος ἀτυχημάτων χρωμένῳ καὶ αἰτιωμένῳ τὸν θεόν.

Μὴ μέμφῃ μοῖραν, μὴ θεοὺς μηδέν, ξένε,
ὥρην δὲ μέμφου, ἥν πατὴρ ἔσπειρέ σε.

Anth. Pal. 14. 70 tom. II p. 566 Iacobs. In Sarapidis templis post Christum natum praeter somnia etiam verba supplicibus contigisse comm. de noviss. oraculorum aetate p. 15 ostendi. At hos trimetros a mathematico fictos esse ibidem p. 16 conieci. Eiecto μέμφῃ ibi μὴ μοῖραν ἄφρων, μὴ . . scripsi.

6.

Hoc igitur oraculum quum dubium sit, in aliis sententia antiquitus tradita novam formam induit. Cuius rei luculentissima aliquot exempla extant. Ita Zenobius prov. 2. 68: Λαΐῳ γὰρ τῷ Θηβῶν βασιλεῖ χρηστηριαζομένῳ περὶ γενέσεως ἀρρένων παίδων ἀνεῖλεν ὁ θεός·

Λάιε Λαβδακίδη,
μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίῃ·
κτενεῖ γάρ σ' ὁ φύς.

Horum versuum primus notissimum oraculum incipit, quod Sophoclis Euripidisque codices Oedipo regi et Phoenissis praemittunt:

Λάιε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς[1].
δώσω τοι φίλον υἱόν· ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστίν[2]
παιδὸς ἑοῦ χείρεσσι λιπεῖν φάος· ὡς γὰρ ἔνευσε[3]
Ζεὺς Κρονίδης, Πέλοπος στυγεραῖς[4] ἀραῖσι πιθήσας,
οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὁ δ' εὔξατό σοι τάδε πάντα.

Posteriores versus Zenobius ex Eurip. Phoen. 18 repetivit:

ὁ δ' εἶπεν (Apollo Laio)· ὦ Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ,
μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ·
εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς.

Latius in dies hic error disseminatus est. Nam v. 19 sq. χρησμόν vocant Lucianus in Iovis confut. cap. 13, ubi de oraculis agit, et arg. Aesch. sept., eosdemque versus ὁ θεὸς λέγει auctore Maximo Tyrio in diss. 3 p. 34. 2. ed. Davis (19. I p. 368 Reisk.). Tum schol. Pind. Ol. 2. 65 Oedipodem ait ἐπὶ πέρας ἀγαγεῖν τὸ πρότερον αὐτῷ

[1] Schol. Pind. Ol. 2. 70 auctoribus usus Mnasea et Didymo: Λ. Λ., ἀνδρῶν περιώνυμε πάντων. Quae vetustior forma videtur Schneidewino de fabula Oedipodis p. 16.

[2] Arg. Eurip. Phoen. τόδε σοι μόρος ἔσται.

[3] Anth. Pal. 14. 67, ubi ultimi duo versus desunt: σοῦ παιδὸς χερσὶν λείψειν φάος· ὡς γὰρ ἔνευσα.

[4] Fort. στυγεραῖσιν quantitatis causa.

χρησμῳδηθέν· μὴ-βίᾳ, et Alexander Aphrodiniensis de fato 31.96: καὶ δὴ καὶ τὸν τῷ Λαΐῳ δοθέντα χρησμὸν παραδεχομένων, δι' οὗ λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ Πυθία περὶ τοῦ μὴ δεῖν παιδοποιεῖσθαι·

εἰ γὰρ φυτεύσεις παῖδα, ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς,
καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος,

qui Eur. v. 19 et 20 sunt. Et vetustiorem igitur formam hexametrosque hic novimus, et poëtam novae formae auctorem.

7.

Utraque forma alius oraculi servata est. Namque Pausania auctore 4. 9. 2 Tisias, Alcidis f., vates, a Messeniis bello Messenio primo Delphos missus, quum reverteretur, a Lacedaemoniis gravi vulnere affectus est. Moribundus ille cum Euphae rege, Euphaes rex cum Messeniorum concione hoc oraculum communicavit:

κούρην ἄχραντον νερτέροισι δαίμοσι,
κλήρῳ λαχοῦσαν Αἰπυτιδῶν ἀφ' αἵματος,
θυηπολεῖτε νυκτέροισιν ἐν σφαγαῖς.
ἢν δὲ σφαλῆτε[1], καὶ παρ' ἀλλοίου[2] τότε
θύειν, διδόντος[3] ἐς σφαγὴν ἑκουσίως.

At Oenomaus ap. Euseb. praep. ev. 5. 27. 4 p. 221 d. Vig. de eadem re hoc affert oraculum:

παρθένον Αἰπυτίδα κλῆρος καλεῖ, ἥντινα δοίης
δαίμοσι νερτερίοις, καί κεν σώσειας Ἰθώμην[4].

Ecce hexametri. Haec genuina erat forma. Nam „quis credat Oenomaum, hominem acutissimum, quum dedita opera prophetarum fraudes excuteret, exemplo vano et fictitio usum esse?“ (Lob. Agl. 852 not.) Iambos ex tragoedia aliqua Aristodemo Wachsmuthius repetit in antiqq. Graec. 2. 2 p. 511 ed. 1. Quamquam argumentum eiusmodi non est notum.

8.

Alia feruntur oracula iambica, quorum auctor distincte nomi-

[1] Sic Schubartius pro σφαγῇ τε.. Id est: si illius gentis virgo vos deficiat.

[2] Sic Camerarius pro ἀλύου sive ἀλλύου, i. e. etiam ab alio patre genitam, ex alia gente oriundam.

[3] Sic Clavier pro διδόντας. Genitam a patre, qui filiam sponte det . .

[4] 'Επιτίδα E, καλίην τινα δώτης A, δῴης SV; ἀστερίοις καὶ κένωσις (κενώσεις H) πολίεθρον AH.

natur. Zenobius prov. 5. 80: Φασὶ τοὺς Κᾶρας, πολεμουμένους ὑπὸ Δαρείου τοῦ Πέρσου (τοῦ Ὑστάσπου schol. 3 ad Aristoph. Plut. 1002) κατά τινα παλαιὰν μαντείαν εἰρημένην αὐτοῖς, τοὺς ἀλκιμωτάτους προσθέσθαι συμμάχους, ἐλθεῖν εἰς Βραγχίδας (oraculum Apollinis Didymaei Milesium), καὶ τὸν ἐκεῖ θεὸν ἐρωτῆσαι, εἰ Μιλησίους πρόσθοιντο συμμάχους. τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι·

πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Οὗτος δὲ ὁ στίχος εἴρηται τὸ πρότερον παρὰ Ἀνακρέοντι. Eadem fere scholiasta Aristophanis commemoratus; similia Diodorus in exc. libr. 7—10 Vat. c. 47: ὅτι Κᾶρες ὑπὸ Περσῶν καταπονούμενοι ἐπηρώτησαν περὶ συμμαχίας, εἰ προσλάβοιντο Μιλησίους συμμάχους· ὁ δὲ ἀνεῖλεν· πάλαι πότ' ἦ. ἄ. Μ. Neque tamen constabat de oraculo; nam qui Milesios auxilio vocare animum induxerint, τινές dicuntur a quarto schol. ad Arist. Plut. 1002, Cares in Ambraciotas bellum parantes a Demone[1] paroemiographo (qui Philochoro erat antiquior) apud secundum Aristoph. scholiastam, ab aliis Cyprii (schol. Aristoph. Plut. 1075), ab aliis Polycrates Samius (schol. primo A. Plut. 1002). Neque oraculum ait, sed proverbium fuisse locuples profecto testis, Aristoteles de Milesiorum republica (fr. 200 in Muelleri fr. hist. Gr. II p. 165) apud Athenaeum 12. 26 p. 523 f. exscriptum illum ab Eustathio ad Hom. Il. 12. 444. Athenaeus postquam Ephori verbis antiquam Milesiorum virtutem gloriamque praedicavit, pergit: ὡς δ' ὑπήχθησαν ἡδονῇ καὶ τρυφῇ, κατερρύη τὸ τῆς πόλεως ἀνδρεῖον, φησὶν Ἀριστοτέλης, καὶ παροιμία τις ἐγεννήθη ἐπ' αὐτῶν· πάλαι π. ἦ. ἄ. Μ. Proverbio iam Aristophanes utitur vesp. 1060: ὦ πάλαι πότ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς, ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαις, ubi schol. παρὰ τὸ π. π. ἦ. ἄ. Μ., et Pluti versibus 1002 ac 1075, ubi adolescens anui amorem ipso illo versu recusat; tum auctor epistulae Aeschinis 11. 10 (τὴν δὲ ἰσχὺν πάλαι πότ' ἐσχηκέναι) et Synesius 228 c. et P. Syrus sentent. 777: quondam fuere strenui Milesii.

Iam evolvamus Herodotum. Is 5. 120 Cares narrat a Daurisa, Darii, Hystaspis f., legato invasos et a Milesiis adiutos esse. Πεσόντων δὲ τῶν πάντων πολλῶν, Μιλήσιοι μάλιστα ἐπλάγησαν. Nihil ille de oraculo, quamvis undique ea soleat conquirere. Potius anti-

[1] Favorinus s. v. Μιλήσιοι falso Δάμων, ut codd. scholl. Aristoph. praeter Venetum, qui recte Δήμων.

quus Anacreontis versus illo ipso bello videtur in proverbium abiisse, et a scriptoribus quibusdam, qui de sociis advocandis Apollinem Didymaeum a Caribus consultum esse comperissent, haud recte deo esse tributus. Itaque Bergkius in priore poett. lyric. Gr. editione, ubi in fr. Anacr. 85 ποχ' coniecit, „siquidem ipse hic versus“ inquit „Anacreontis videatur esse,“ rectius iudicavit, quam in altera, ubi ποτ' edit, quia Anacreon vetustiorem oraculi versum ascivisse videatur. Vulgaris forma ut usu communi praeferretur, consentaneum erat. Indocte schol. 3 ad Aristoph. Plut. 1002 qdum alia, tum ἰσχυροί ποτ' ἦσαν οἱ Μιλήσιοι, ὡς καὶ Ἀνακρέων φησί: neque certiores tertiae cuiusdam formae

ἦσάν ποτ', ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι

sunt auctores schol. 1 Aristoph., Philostr. vit. soph. 1. 22. 4, porro s. v. ἦσαν Hesychius, Suidas (902. 2 Bernh.), Photius, deinde paroemiographi Diogenianus 5. 3, Gregor. Cypr. cod. Mosq. 3. 63, Macar. 4. 58, Apostol. 8. 69. Apostolius ipse 13. 85 primam formam praebet, re secundum Herodotum narrata.

9.

Ut hunc versum Anacreon, ita alium eiusmodi fort. tragicus fecerat. Zenob. prov. 5. 74: πᾶσα γῆ πατρίς. τοῦτο μέρος ἐστὶ χρησμοῦ, ὃν ἀνεῖλεν ὁ θεὸς Μελεῷ (qui aliis Μάλεος sive Μάλης audit; cf. O. Mueller Etrusc. I 83. II 208) τῷ Πελασγῷ περὶ οἰκήσεως μαντευομένῳ. Μέμνηται τοῦ χρησμοῦ καὶ Μνασέας καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεύς. Non nego huius sententiae oraculum, quod Meleo datum esset, hominum ore potuisse ferri, sed verba sumta sunt ex Menandri monost. 716 Mein.

τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.

10.

A poëta comico aliud oraculum repetitum est. Schol. enim Aristoph. nub. 144 ut ostendat, non omnia oracula Pythia hexametris constare, ait: καὶ ἔστι δὲ παρὰ κωμικῷ τινι

εἰ συγκεχρῶσθαι τοῖς νεκροῖς δυνήσεται.

Ὅτι δὲ καὶ ἄλλοι διὰ τριμέτρων πλείους εἰσὶ χρησμοί, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πεζῷ λόγῳ λεχθέντες τῇ Πυθίᾳ, δῆλον.

Fr. com. anonym. apud Meinekium est 332. Cod. Ven. πῆ συγκεχωρίσθαι τῷ χρησμῷ δύναται. Correxit Toupius emend. 2 p. 207 ex Diog. La. 7. 3: Ἑκάτων δέ φησι (Rhodius, Stoicus, Panaetii discipulus) καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τύριος (Stoicus primi ante Chr. saeculi) ἐν πρώτῳ περὶ Ζήνωνος (Citiensis, qui Stoicorum sectam condidit, 362—264), τί πράττων ἄριστα βιώσεται, ἀποκρίνασθαι τὸν θεόν, εἰ συγχρώζοιτο τοῖς νεκροῖς· ὅθεν ξυνέντα τὰ τῶν ἀρχαίων ἀναγινώσκειν. Similiter Suidas s. v. συγχρωτίζεσθαι, brevius idem s. v. Αἰγυπτία κληματίς et Ζήνων Κιτιεύς. Itaque oraculum oratione soluta datum, iamborum vinculis a poëta comico constrictum videtur.

11.

Oraculi Pythii in Neronem facti:

Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμέων[1] μητροκτόνοι

quamvis non auctorem, at originem in comm. de noviss. oracc. aetate p. 4 sq. indicavi. Obtinuit quidem Nero Delphis responsum, sed faustum; cur templum Delphicum postea diruisset, vel Suetonius et Cassius Dio ignorabant; uterque illum versum populari cavillatione Romae clam in parietibus inscriptum esse, cognitosque esse quosdam, qui inscripsissent, tradit.

12.

Lepida oraculi de Socrate dati historia est et incrementum. Ipse sapiens in Plat. apol. 5 narrat: ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία, μηδένα (ἐμοῦ) σοφώτερον εἶναι, et in Ps. Xenoph. apologia 14: ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων, μηδένα εἶναι ἄνθρωπον ἐμοῦ μήτε ἐλευθεριώτερον μήτε δικαιότερον μήτε σωφρονέστερον. Num datum sit oraculum, non est quod dubites; sed oratione soluta videtur datum esse. Posteriores tamen versum efformaverunt:

ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος

Diog. La. II 5. 18. 37. Lucian. amor. 48. Porphyrius vit. Plot. 22. Iustinus martyr coh. ad Graec. cap. 36 p. 33 c. ed. Colon. Latine

[1] Forma Attica pro Ἀλκμαίων. Et legitimam censet et multis scriptorum exemplis a Meinekio fr. com. III. p. 106 sq. collatis confirmat Wagner ad Eurip. fr. 90 ed. Vratisl. a. 1844. Probant Crameri anecd. Oxon. 2 p. 337. 4.

vertit Tertullian. adv. nat. 1. 4: „Pythius .. virorum inquit omnium Socrates sapientissimus." Ne hac quidem re contenti alii etiam praemiserunt versum pessimum. Schol. Aristoph. nub. 144: δήμου δὲ ἦν ὁ Χαιρεφῶν Σφήττιος. Τούτῳ καὶ ἡ Πυθία δοκεῖ τὸν περὶ τοῦ Σωκράτους χρησμὸν εἰπεῖν·

σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος Εὐριπίδης,
ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Τοῦτον (τὸν χρησμὸν) Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων* ἐν τῷ κατὰ φιλοσόφων ἐψεῦσθαί φησι· τοὺς γὰρ Πυθικοὺς χρησμοὺς ἑξαμέτρους εἶναι. Utrumque versum etiam schol. Plat. apol. 97. 6 p. 331 Bekk. et Suidas s. σοφός praebent; significat Origenes contra Celsum 7. 6: εἰ γὰρ ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτην εἶπε (daemon) σοφώτατον εἶναι, ἤμβλυνε τὸν ἔπαινον αὐτοῦ ἐν τῷ σοφὸς Σ. σ. Εὐρ.

13.

Diogenian. prov. 8. 11: Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρας κίνει. χρησμόν τις ἔλαβε·

τὴν χεῖρα προσφέροντα τὸν θεὸν καλεῖν.

Accuratius vero Zenobius prov. 5. 93: ἕτεροι δέ φασιν, ὅτι μέλλων τις ἀγωνίσασθαι χρησμὸν παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς εἴληφεν, ὅτι νικήσει· ἐνστάντος δὲ τοῦ ἀγῶνος εἰσελθὼν εἰς τὸ θέατρον καὶ κάτω βαλὼν τὰς χεῖρας εἱστήκει, ἕως τυπτόμενος ὑπὸ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ ἐνικήθη. Praecedit alia eiusdem lemmatis σὺν Ἀθ. καὶ χεῖρα κίνει explicatio, apologus Babrii 20, Aesopi 81 (Halm.), quem Suidas quoque II 958. 7 B. sub lemmate τὴν χεῖρα προσφ. τὸν θεὸν καλεῖν narrat. Veram proverbii formam σὺν Ἀ. κ. χ. κίνει ipse Suidas noverat, et sententiam, quamvis non originem, exposuit II 958. 7 item ut Hesych. II 1299 Alb. et Eustath. ad Il. 4. 249; forma iambica ab aliquo apologorum scriptore videtur elaborata esse. Diogenianus res diversas confudit. Ne quis Euripidis trimetrum esse censeat, quia Zenobius narrato apologo adiiciat: μέμνηται ταύτης τῆς παροιμίας Εὐριπίδης, curat schol. ad verba Il. 4. 249: ἦ μένετε Τρῶας σχεδὸν ἐλθέ-

* Alabandensis, sophista et rhetor, quem Cicero a. 88 Romae (Cic. Brut. cap. 89 extr.), a. 78 in Rhodo insula (ibid. 91 extr.) audiebat. Etiam Caesarem instituit (Plut. Caes. 3. Sueton. Caes. 4). Plura de eo C. Mueller in fr. hist. Gr. III p. 208 not.

μεν . ., ὄφρα ἴδητ' αἴ κ' ὔμμιν ὑπέρσχῃ χεῖρα Κρονίων; . . συνεισφέρειν τὸν οἰκεῖον πόνον κελεύει, ὥς φησι καὶ ὁ τραγικὸς ἔνθεν λαβών· αὐτός τι νῦν δρᾶ χοὔτω δαίμονας κάλει· τῷ γὰρ πονοῦντι χὼ θεὸς συλλαμβάνει, fr. Eur. Temenid. 3.

14.

Sch. Arist. nub. 144: Ἐν Λέσβῳ δὲ Ναπαίου* Ἀπόλλωνος ὁ δοθεὶς Πέλοπι (χρησμός), αἰτοῦντος αὐτὸν ἀνάθημα τοῦ θεοῦ τὴν ἄρνα τὴν χρυσῆν, ἕτερα παρέχοντι κειμήλια. Ἔστι δ' οὕτως·

ὃ βούλομαι δός, μὴ δίδου δ', ὃ μὴ θέλω.

φέρει δὲ τὸν χρησμὸν τοῦτον Ἀντικλείδης ἐν τοῖς νόστοις. Versum corruptum Suidas praebet s. v. ἀνάθημα. Anticlides, quem C. Mueller scriptt. rer. Alex. M. p. 147 sub primis Ptolemaeis fuisse censet, heroum reditum Troia in Graeciam factum fabulas rariores captans prosa oratione narravit. Oraculum, quum ad fabulosa tempora recedat, subditum est „ab iis, qui oracula heroibus Troianis data et similia finxerunt.“ Lob. Agl. 267.

15.

Ficta est etiam de Hannibale vaticinatio. Plut. vit. Flaminin. 20: χρησμοῦ δέ τινος, ὡς ἔοικε, παλαιοῦ περὶ τῆς Ἀννίβου τελευτῆς οὕτω ἔχοντος·

Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβου δέμας,

ὁ μὲν ἄρα Λιβύην ὑπενόει . . ἐν δὲ Βιθυνίᾳ . . κώμη τις . . Λίβυσσα καλεῖται. Ibi eum mortem ipsi conscivisse ait. Versum non affert Paus. 8. 11. 6: Ἀννίβᾳ γὰρ χρησμὸς ἀφίκετο παρὰ Ἄμμωνος, ὡς

* Codd. γονναπαίου. Emendavit Lob. Agl. 267 ex Macrobii Sat. 1. 17. 303, qui „Apollo pastor“ inquit … apud Lesbios Ναπαῖος colitur.“ Adde Strab. 9 p. 426: Νάπη ἐν τῷ Μηθυμναίων πεδίῳ et Steph. Byz. Νάπη πόλις Λέσβου … καὶ Ἀπόλλων Ναπαῖος, quorum uterque Hellanicum auctorem affert, hic ἐν δευτέρῳ Λεσβιακῶν. Oraculum Apollinis in Lesbo insula fuisse colligas ex Steph. Byz. Μαλλόεις, ἀπὸ τοῦ Μήλου τῆς Μαντοῦς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν Λεσβιακῶν πρώτῳ. Ubi enim Tiresias Mantove filia, ibi oracula. Tum ad Nicandri verba in ther. 613: μυρίκης θάμνον, μάντιν ἐνὶ ζώοισι γεράσμιον, ᾗ ἐν Ἀπόλλων μαντοσύνας Ὀρωπαῖος (in Euboea: cf. Steph. Byz. s. Κορόπη) ἐθήκατο καὶ θέμιν ἀνδρῶν, scholiasta: καὶ ἐν Λέσβῳ ὁ Ἀπόλλων μυρίκης κλάδον ἔχει· ὅθεν καὶ μυρικαῖος καλεῖται.

ἀποθανὼν γῇ καλυφθήσεται Λιβύσσῃ et q. s. Pausaniam Suidas s. v. Ἀννίβας p. 435. 11 B. exscribit. Tzetz. chil. 1. 798:

αὐτὸς δὲ φάρμακον πιὼν θνήσκει πρὸς Βιθυνίαν,
πρός τι χωρίον Λίβυσσαν . .
ἦν γὰρ Ἀννίβᾳ τις χρησμὸς οὕτω πως γεγραμμένος. Λ. κ. β. Ἀ. δ.

Schol. Tzetz. in Crameri anecd. Oxon. 3 p. 353: τὸ νῦν καλούμενον τὰ Βουτίου, ὡς Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς γράφει. Steph. Byz. Λίβυσσα, φρούριον Βιθυνίας ἐπιθαλάσσιον. Plin. nat. hist. 5. 45: „Fuit et (in Bithynia) Libyssa oppidum, ubi nunc Hannibalis tantum tumulus." Atqui quum Graecorum dei verbis ferrentur res futuras praedicere, Ammon signis tantum utebatur; id est simulacrum eius ab octoginta sacerdotibus portabatur; quo trahebat forte sacerdotes, inde divinabat antistes. Diodor. 17. 50. extr. (exscriptus a Curtio 4. 7. 24) et Strabo 17. p. 814 a. Versibus factam esse prophetae interpretationem nemo tradit. Quid multa? Propter similia patriae oppidique funebris nomina hominum otiosorum acumen ambiguam excogitavit vaticinationem.

16.

Verba τὴν εὐρυγάστορα, quae ex oraculo aliquo afferuntur, hexametrum respuunt. Hyllo Apollinem Pythium Apollodorus 2. 8. 2 de Heraclidarum reditu vaticinatum esse tradit: περιμείναντας τὸν τρίτον καρπὸν κατέρχεσθαι. Obsecutos Heraclidas tertio anno reditum parasse; sed victo occisoque Aristomacho a Peloponnesiis quum Temenus iterum deum consuluisset idemque responsum tulisset, Apollinem fallaciae accusatum a Temeno, dixisse τῶν ἀτυχημάτων αὐτοὺς αἰτίους εἶναι· τοὺς γὰρ χρησμοὺς οὐ συμβάλλειν· λέγειν γὰρ οὐ γῆς, ἀλλὰ γενεᾶς καρπὸν τρίτον, καὶ στενυγρὰν τὴν εὐρυγάστορα, δεξιὰν κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ἔχοντι τὴν θάλασσαν. Hoc Tryphon respexit de tropis in rhett. Gr. 8 p. 738 Walz., ubi vocem εὐρυγάστωρ pro mari dictam esse commemorat. Hesychius (cf. Schow.) ἐρυγάστωρ, μεγαλογάστωρ. Quod non dubito quin εὐρυγάστωρ scribendum sit. Oraculum O. Mueller de Dor. p. 57 ed. 1 ex tragoedia aliqua ab Apollodoro repetitum et ita fere processisse arbitratur:

γενεᾶς γάρ, οὐ γῆς καρπὸν ἐξεῖπον τρίτον,
καὶ τὴν στενυγρὴν αὖ τὸν εὐρυγάστορα
— ἔχοντα κατὰ τὸν Ἰσθμὸν δεξιάν.

Lobeckius autem Agl. 852 not. taeterrimos duo hexametros poesi sacrae animi causa supponit. At consideremus Oenomaum. Is in γοήτων φωρᾷ ap. Euseb. praep. ev. 5. 20 Aristomachi oraculum ita tradit:

νίκην σοι φαίνουσι θεοὶ δι' ὁδοῖο στενύγρων.

Καὶ σύ, ait ad Apollinem, ἔφης· Οὐ κατὰ γῆν λέγω στενυγρήν, ἀλλὰ κατὰ τὴν εὐρυγάστορα, — ἐπειδὴ χαλεπὸν ἦν εἰπεῖν κατὰ τὴν θάλασσαν. Hinc primum apparet, in versu scribendum esse στενυγρῆς, tum ex Apollodoro, non integrum oraculum a Cynico esse receptum. Quod ita suppleri potest, ut prior versus sit:

εἴ κε, σπέρμα Διός, κάρπον τρίτατον περιμείνῃς.

Postremo quum Oenomaus ipsa dei, quae ferebantur, verba repetere soleat, posterius oraculum, dummodo temporibus istis remotissimis fides sit, patet prosa oratione esse traditum, item ut victo Croeso Pythia antiquam suam vaticinationem prosa oratione explicat ap. Herodotum 1. 91.

17.

Ne illud quidem oraculum Pythium, quo Lacedaemonii ὀφιοβόροι vocabantur (Plut. de Pythia cap. 24 p. 406 e), hexametris procedere poterat, sed aut iambis aut oratione soluta.

B. Trochaei.

1.

Ad trochaeos transeuntibus rursus manifestum erroris exemplum nobis occurrit. Zenob. prov. 5. 48: οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς. (Diogenian. 1. 63 et Eustath. ad Il. 5. 638 ἄλλος οὗτος Ἡ.) Κλέαρχος ἐξηγούμενος τὴν παροιμίαν φησὶ . . τὸν Τύριον Ἡρακλέα ἐλθεῖν εἰς Δελφοὺς χρησόμενον τῷ μαντείῳ· τὸν δὲ θεὸν προσειπεῖν αὐτὸν ἄλλον Ἡρακλέα· καὶ οὕτω τὴν παροιμίαν κρατῆσαι. At vetustiorem formam Pausanias servavit 10. 13. 4:

ἄλλος ἄρ' Ἡρακλέης Τιρύνθιος, οὐχὶ Κανωβεύς.

2.

In alio oraculo Menandrum deprehendimus. Zenobius 6. 15: Ταῦτά σοι καὶ Πύθια καὶ Δήλια (sic etiam Diogenian. 8. 35. Apostol. 15, 9. 16, 17 a): ἡ παροιμία εἴρηται ἐπὶ τῶν ὕστατα καὶ

τελευταῖα ποιούντων. Μέμνηται δὲ αὐτῆς Μένανδρος. Φασὶ δὲ ὅτι Πολυκράτης ὁ Σαμίων τύραννος, ἑλὼν Ῥήνειαν καὶ ἀναθεὶς αὐτὴν Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ, ἀγῶνα θεὶς κάλλιστον, ἠρώτα πέμψας εἰς Δελφούς, πῶς δεῖ καλεῖν τὸν ἀγῶνα, Δήλια ἢ Πύθια. (Suidas s. v. Πύθια et Apostol. 15. 9 consuluisse tradunt, εἰ τὰ τῆς θυσίας ἄγει κατὰ τὸ ὡρισμένον, Photius s. v. Πύθια: κατὰ τὸν ὡρισμένον χρόνον.) Ἀνεῖλε δὲ αὐτῷ ὁ θεός·

ταῦτά σοι καὶ Δήλια καὶ Πύθια.

ἐσήμαινε δὲ αὐτῷ ὅτι εὐθὺς ἀποθανεῖται. Ὀροίτης γὰρ αὐτὸν ὁ Πέρσης ἐσταύρωσεν. Zenobium fere describit Suid. s. v. ταῦτά σοι: idem tamen et Phot. s. v. Πύθια et Apostol. adiiciunt: Ἐπίκουρος ἔν τινι τῶν πρὸς Ἰδομενέα ἐπιστολῶν ταῦτα. Itaque antiqua oraculi forma periit; sententiam Menander iambis expressit. Quos Meinekius in illius poëtae fr. inc. 296 (295 ed. min.) laudato Dobraeo ita distinguit: .. ταῦτά σοι καὶ Πύθια | καὶ Δήλι' [ἔσται] .. Fortasse etiam ταὐτά scribendum est; certe si hoc vocabulum ex ipso oraculo repetitum est, ambiguitas in eo posita erat, ut et ταῦτά σοι et ταὐτά σοι intellegi posset, i. e. et haecce sacra et rem ad idem redire. Epicurus a Menandro versus ducere potuit; Menander enim a. 342 natus est; philosophus natus a. 341 ad Idomeneum Lampsacenum, rerum scriptorem a. 270 litteras dedit. (Clinton fast. Hellen.)

3.

Haec igitur oracula quum non fuerint trochaica, Hadriani aetate tetrametros troch. Clari usurpatos esse ex Oenomao ap. Euseb. praep. ev. 5. 22 p. 214 Vig. constat. Neque enim de Cynici illius fide dubitandum esse supra dixi, laudata Lobeckii argumentatione; accedit, ut de plerisque eius oraculis etiam aliunde constet, velut ex Herodoto. Oenomaus igitur (ἐν γοήτων φωρᾷ) φησὶν ἑαυτὸν ὑπὸ τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος ἠπατῆσθαι, γράφων ὧδε· Ἀλλὰ δὴ ἔδει καὶ ἡμᾶς τῆς κωμῳδίας (adeundi oraculi) μετασχεῖν, καὶ μὴ σεμνύνεσθαι, ὡς οὐκ ἐμπεσόντας εἰς τὴν κοινὴν παραπληξίαν (neque gloriari posse, quod nos in communem stultitiam non inciderimus), καὶ τὴν ἐμπορίαν εἰπεῖν, ἣν καὶ αὐτοὶ περὶ σοφίας ἀνεπορευσάμεθα ἐκ τῆς Ἀσίας, ὦ Κλάριε, παρὰ σοῦ.

Ἔστιν ἐν Τρηχῖνος[1] αἴῃ κῆπος Ἡρακλήιος,
πάντ' ἔχων θάλλοντα, πᾶσι δρεπόμενος πανημαδόν[2]·
οὐδ' ὀλιζοῦται, βέβριθε δ' ὑδάτεσιν διηνεκές[3].

Finem oraculi philosophus non attulit; idem responsum antea Callistrato Pontico mercatori datum esse addit. Postea cap. 23 ita pergit: Ἐπεὶ δέ μοι τὰ τῆς ἐμπορίας ἤδη πρὸ ὁδοῦ ἦν, ἀνδρὸς δὲ ἔδει τοῦ ξεναγωγήσοντος ἐπὶ τὴν σοφίαν, ἄπορος δὲ (difficilis inventu) ἐφαίνετο οὗτος, σὲ (ad Apollinem Clarium dicit) ἐδεόμην καὶ τούτου γενέσθαι ἐνδείκτην.

Ἐν † τε[4] τοῖσιν εὐπελέεσσιν[5] ἠδ' Ἀχαιοῖς χρέος
θήσεται, τὸ δ' ἐκτεκμαρθὲν[6] † οὐδὲ μικρὸν ἕξεται[7].

[1] Ante Gaisf. edebatur Τριχῆνος. Oracula exordium saepe a loci descriptione capiunt, velut Pythia ad Tegeatas apud Herodot. 1. 67, de colonia Syracusas deducenda ad Archiam apud Paus. 5. 7. 2, ad Mantineenses ap. eundem 8. 9. 2.

[2] Hoc vocabulo pro πανῆμαρ Oppianus hal. 3. 360 utitur. Noverat oraculum Hesychius, qui πανημαδόν, διὰ βίου et ὀλιζοῦται, μειοῦται, ὀλιγοῦται explicat.

[3] Codd. optt. AH διηνεκέσιν, omissa particula εἶτ', qua Oenomaus sua verba annectit. Rell. διηνεκέσσιν. Emendavit Holsten. ad Porph. vit. Plot. cap. 26. Praecedit in codd. ὑδάτεσσιν. Gaisf. coni. ἄνθεσιν; coll. Hom. hymn. ad Cer. 478: ἄνθεσιν εὐρεῖα χθὼν ἔβρισ'. Holsten. ὕδασιν. At υ vocabuli ὕδωρ, modo in hexametrorum arsi aliquoties productum, natura breve est. Potest coniici: ὑδατίσιν. Hesych. Suid. Phot. ὑδατίδες, σταγόνες. Propius etiam ad codd. ὑδάτεσιν accedit, quae forma his exemplis confirmatur: αἴγεσιν Hom. Il. 10. 486, χείρεσι ibid. 20. 468, ἴνεσιν ibid. 23. 191, οἴεσιν Od. 15. 386, ἀνάκτεσιν ibid. 557. δαιτυμόνεσι Herodot. 6, 57, πλεόνεσι ibid. 7. 224, μήνεσι ibid. 4. 43 et 8. 51. — Versus sententia est: hortus ille nunquam diminuitur, i. e. eadem semper florum fructuumque copia abundat, et humore gemit, i. e. dum reliqua terra sole arescit, ille fontibus, rore, pluviis irrigatur.

[4] ἐν σε EFGH; infra ἐν δὲ optt. AH, ἔν σε BCFG; rell. ἔν τε. Si Oenomaus oraculi initium non omisit, ἔν γε scribendum est.

[5] εὐπελευσιν utroque loco A, ἐπελέεσιν infra B; εὐμελέεσσιν Holsten. l. comm. coni., improbatus a Bentleio ad Callim. hymn. in Cer. 136, ubi Callimachus vocabulo εὐπηλίᾳ utitur. At neque reperitur usquam εὐπελής, neque, si esset id quod facilis, apta esset significatio; ad membrorum vero decorem exemplum Oenomai a sculptoribus pictoribusque repetitum deducit. Quare εὐμελέσσι scribo, dativo formato ad normam Homerici ἀεικέσσι. Tum AHSV χρεωσθήσεται. Holstenius τὸ χρέος coniicit; ego cum Gaisf. Ἀχαιοῖσιν praefero. Praeterea, quum adiectivum et substantivum vix possint particula copulativa coniungi, et Achaei sine dubio decori

Τί φῄς; εἰ δ' ἀγαλματοποιός τις ἢ ζωγράφος ἐπεθύμουν γενέσθαι καὶ διδασκάλους ἐζήτουν, ἆρά μοι ἤρκει ἀκοῦσαι

† ἔν τε τοῖσιν εὐπελέεσσιν,

ἀλλ' οὐκ ἂν μαίνεσθαι εἶπον τὸν λέγοντα; ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως οὐχ ἱκανὸς εἶ εἰδέναι. ἀσάφειαν γὰρ ἔχει πολλὴν τὰ ἀνθρώπων ἤθη. ὅποι δέ μοι ἐκ Κολοφῶνος ἄμεινον[1] πορεύεσθαι, οὐκ ἔθ' οὕτως ἀφανὲς τῷ θεῷ·

ἐκ τανυστρόφοιο λᾶας σφενδόνης ἱεὶς ἀνὴρ[2]
χῆνας ἐναρίζειν[3] βολαῖσιν, ἀσπέτους, ποιηβόρους.

Τοὺς δὲ ἀσπέτους, ποιηβόρους χῆνας τίς μοι μηνύσει, ὅ τι ποτὲ λέγουσι; τίς δὲ τὴν τανύστροφον σφενδόνην;

dicantur, et obiectum desideretur, id autem debeat homo esse, quem Oenomaus quaesiverit, νῆδ' in τόνδ' muto, et χρεὼν coniicio, quod subiectum sit.

[6] Ἐχθεκμαρθὲν V, ἐκτεκμανθὲν B, ἐκτερμαθὲν D, scripto ν supra α, ἐκτερμαθὲν FG.

[7] Sic Stephanus. Cum huius editione AH collati sunt et h. l. consentire putandi essent, si certior ex Gaisfordii silentio esset conclusio, quam est revera. Sed ut scribat ita A, hic codex apertas coniecturas interdum pro textu praebet. Mire discrepant reliqui codices. Montacutii liber, qui aliquot reliquorum omnium lacunas complet, οὐδὲ μίαν σκομφυέζεται, in marg. σκομφίζεται. Quem Gaisfordii C esse in ultimo prolegg. capite demonstrabo. Quare οὐδε μιν σκομφίζεται non in CFG, ut ait Gaisf., sed in FG tantum esse arbitror. οὐδὲ μὴν BDSV, σκομφύζεται B, σκομφυέζεται DSV. Alter Vigeri codex σκομφύξεται, supra scripto σκομφιέζεται. Is E est, de quo tacet Gaisf.; alter Vigeri liber D est Gaisfordii, de cuius lectione Gaisf. cum Vigero h. l. conspirat. Itaque genuina scriptura φεύξεται videtur fuisse; quid in οὐδε μηνσκομ lateat, mente non assequor. An forte οὐδ' ἐμεῦ χλών, sive ascita etiam Aeolica forma ἐμεῦς? An simpliciter ἐμός? Coniicio igitur, ne intentatum relinquam aenigma oraculo obscurius:

ἔν γε τοῖσιν εὐμελέσσι τόνδ' Ἀχαιοῖσιν χρεὼν
θήσεται· τὸ δ' ἐκτεκμαρθὲν οὐδ' ἐμεῦ χλὼν φεύξεται.

Hunc hominem, quem quaeris, sors in decoris Achaeis ponet: quod autem fato praeceptum est, ne mea quidem dei proles effugiet.

[1] Solemnis oraculorum locutio; cf. Lob. Agl. 1093.

[2] εἰ γὰρ ἦν pro ἱεὶς ἀνὴρ AH.

[3] Sic pro ἐνάριζε Gaisf. ex Iortini coniectura, item βολαῖσιν. βούλεσιν A, βούλευσιν H, βουλαῖσιν rell. codd. Tum ἀσπέτοις C, ἀσυνέτοις B. Postremo ποιημόρους BC, idem paulo post BCDG. Ne hoc quidem oraculum integrum est, sed partem modo elegit Cynicus.

C. Elegi.

1.

Dio Chrysost. or. 31 p. 618 Reisk. p. 393 Emper. Theagenis Thasii, athletae, Olympiae ter victoris, de civitate sua bene meriti statua in Thasiorum foro erecta*, post viri mortem noctu ab obtrectatore flagellata, delabens obtrectatorem occidit et lege iubente propterea in mare demersa est. Thasiis non multo post pestilentia oppressis τοὺς φυγάδας ἀνεῖπε κατάγειν ὁ θεός. Haec Dio. Oraculum ipsum Oenomaus servavit ap. Euseb. pr. ev. 5. 34:

εἰς πάτρην φυγάδας κατάγων Δήμητραν ἀμήσεις.

Pergit Dio: Ὡς δὲ πλέον οὐδὲν ἦν ἁπάντων ἐληλυθότων, χρωμένοις αὖθις λέγεται τὴν Πυθίαν οὕτως ἀνειπεῖν·

Θειαγένους (sic scripsi pro Θεαγ.) δ' ἐλάθεσθε (ἐλάθεσθ' ἔτ' Iacobs) ἐνὶ ψαμάθοισι πεσόντος·
κεῖθ' ὑμῖν ὁ πρὶν μυριάεθλος ἀνήρ.

Eandem rem narrans Paus. 6. 11. 7 rectius non pestilentiam, sed famem et sterilitatem fuisse tradit, oraculum autem hoc praebet:

Θειαγένην (sic vulg., codd. Θεαγ.) δ' ἄμνηστον ἀφήκατε τὸν μέγαν ὑμέων.

Haec aperte genuina fuit forma. Fortasse distichon illud accepto oraculo sub statua denuo erecta scribebatur.

2.

Anthol. Pal. 14. 71 (tom. II p. 566 Iacobs.). Χρησμὸς τῆς Πυθίας.

Ἁγνὸς εἰς τέμενος καθαρός, ξένε, δαίμονος ἔρχου
ψυχήν, νυμφαίου νάματος ἁψάμενος·
ὡς ἀγαθοῖς κεῖται βαιὴ λιβάς· ἄνδρα δὲ φαῦλον
οὐδ' ἂν ὁ πᾶς νίψαι νάμασιν Ὠκεανός.

Priusquam de singulis dicam, imitationem affero a Piccolo (complément de l'Anthol. grecque. Paris. 1853. 8. p. 187) ex cod. Flor. Laur. plutei 37 tricesimo secundo editam:

* Statuam aeneam Athen. 10. 412 d. describit. Certaverat Olympiae ol. 76. 77. 78. 79 auctore Paus. 6. 6. 2.

3.

Σεράπιδος χρησμὸς Τιμαινέτῳ.

Ἁγνὰς χεῖρας ἔχων καὶ νοῦν ἐπὶ γλῶτταν ἀληθῆ
εἴσιθι, μὴ λοετροῖς, ἀλλὰ νόῳ καθαρός.
ἀρκεῖ γάρ θ' ὁσίοις ῥανὶς ὕδατος· ἄνδρα δὲ φαῦλον
οὐδ' ἂν ὁ πᾶς λούσαι γεύμασιν Ὠκεανός.

Ecce duo carmina eiusdem argumenti, accommodata Apollinis Iovisque Sarapidis personis. Altero confirmatur Iacobsii coniectura, pro κεῖται v. 3 scribendum esse ἀρκεῖ. Librarius videtur litterarum αρ compendium supra κεῖ scriptum cum simili terminationis ται compendio commutavisse. — V. 1 Orvillius et Brunckius ἁγνῶς, Iacobsius ἁγνὸς ἄγ', postea Brunckius et Iacobsius καθαροῦ coniecerunt; perperam Piccolos p. 188 ἁγνὸς ἐὼν τέμενος τόπαρος... Sufficit ἁγνοῦ, id est δαίμονος. A. Nauck. etiam πρός pro εἰς coni., quae saepe confunduntur. Certe καθαρός iam ab alterius carminis auctore legebatur.

Praecedit ap. Piccolum oraculum:

Ἀπόλλωνος χρησμὸς Τιμαινέτῳ φιλοσόφῳ, οὗ καὶ βίος γέγραπται.

Μοίρας ἱλάσκου θυσίαις, λιτάνευε Σέραπιν·
αὐτὸς γὰρ μοῦνος καὶ τὰς Μοίρας μεθοδεύει.

Nihil amplius de Timaeneto legitur. Posterioris aetatis hominem et μεθοδεύω prodit, quum per se novitium vocabulum, tum hic pro regendo dictum, et magnus honor in Sarapim collatus. Is deus quum a nemine pluris quam ab Alexandrinis habitus sit, et Timaenetum et horum oraculorum auctorem Alexandrinos putes.

4.

Anthol. Pal. 14. 74 (tom. 2 p. 567 Iac.) Χρησμὸς τῆς Πυθίας.

Ἱρὰ θεῶν ἀγαθοῖς ἀναπέπταται, οὐδὲ καθαρμῶν
χρειώ· τῆς ἀρετῆς ἥψατο οὐδὲν ἄγος.
ὅστις δ'οὐλοὸν ἦτορ, ἀπόστιχε· οὔποτε γὰρ σὴν
ψυχὴν ἐκνίψει σῶμα διαινόμενον.

Pal. διμαινόμενον, Plan. μιαινόμενον. Bene Brunck. ἐκνίψεις διαινόμενος ex Eldikii coni. Sed etiam οὐλοὸς scripserim.

Hae omnes poëticae notorum quorundam oraculorum fuerunt transformationes, velut dati ad hominem splendida sacra ferentem, neque tamen satis pium:

μεν . ., ὄφρα ἴδητ' αἴ κ' ὔμμιν ὑπέρσχῃ χεῖρα Κρονίων; . . συνεισφέρειν τὸν οἰκεῖον πόνον κελεύει, ὥς φησι καὶ ὁ τραγικὸς ἔνθεν λαβών· αὐτός τι νῦν δρᾶ χοὔτω δαίμονας κάλει· τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς συλλαμβάνει, fr. Eur. Temenid. 3.

14.

Sch. Arist. nub. 144: Ἐν Λέσβῳ δὲ Ναπαίου* Ἀπόλλωνος ὁ δοθεὶς Πέλοπι (χρησμός), αἰτοῦντος αὐτὸν ἀνάθημα τοῦ θεοῦ τὴν ἄρνα τὴν χρυσῆν, ἕτερα παρέχοντι κειμήλια. Ἔστι δ' οὕτως·

ὃ βούλομαι δός, μὴ δίδου δ', ὃ μὴ θέλω.

φέρει δὲ τὸν χρησμὸν τοῦτον Ἀντικλείδης ἐν τοῖς νόστοις. Versum corruptum Suidas praebet s. v. ἀνάθημα. Anticlides, quem C. Mueller scriptt. rer. Alex. M. p. 147 sub primis Ptolemaeis fuisse censet, heroum reditum Troia in Graeciam factum fabulas rariores captans prosa oratione narravit. Oraculum, quum ad fabulosa tempora recedat, subditum est „ab iis, qui oracula heroibus Troianis data et similia finxerunt.“ Lob. Agl. 267.

15.

Ficta est etiam de Hannibale vaticinatio. Plut. vit. Flaminin. 20: χρησμοῦ δέ τινος, ὡς ἔοικε, παλαιοῦ περὶ τῆς Ἀννίβου τελευτῆς οὕτω ἔχοντος·

Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβου δέμας,

ὁ μὲν ἄρα Λιβύην ὑπενόει . . ἐν δὲ Βιθυνίᾳ . . κώμη τις . . Λίβυσσα καλεῖται. Ibi eum mortem ipsi conscivisse ait. Versum non affert Paus. 8. 11. 6: Ἀννίβᾳ γὰρ χρησμὸς ἀφίκετο παρὰ Ἄμμωνος, ὡς

* Codd. γονναπαίου. Emendavit Lob. Agl. 267 ex Macrobii Sat. 1. 17. 303, qui „Apollo pastor“ inquit „. . apud Lesbiòs Ναπαῖος colitur.“ Adde Strab. 9 p. 426: Νάπη ἐν τῷ Μηθύμνης πεδίῳ et Steph. Byz. Νάπη πόλις Λέσβου . . . καὶ Ἀπόλλων Ναπαῖος, quorum uterque Hellanicum auctorem affert, hic ἐν δευτέρῳ Λεσβιακῶν. Oraculum Apollinis in Lesbo insula fuisse colligas ex Steph. Byz. Μαλλόεις, ἀπὸ τοῦ Μήλου τῆς Μαντοῦς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν Λεσβικῶν πρώτῳ. Ubi enim Tiresias Mantove filia, ibi oracula. Tum ad Nicandri verba in ther. 613: μυρίκης θάμνον, μάντιν ἐνὶ ζῴοισι γεράσμιον, ᾗ ἐν Ἀπόλλων μαντοσύνας Ὀροπαῖος (in Euboea; cf. Steph. Byz. s. Κορόπη) ἐθήκατο καὶ θέμιν ἀνδρῶν, scholiasta: καὶ ἐν Λέσβῳ ὁ Ἀπόλλων μυρίκης κλάδον ἔχει· ὅθεν καὶ μυρικαῖος καλεῖται.

ἀποθανὼν γῇ καλυφθήσεται Λιβύσσῃ et q. s. Pausaniam Suidas s. v. Ἀννίβας p. 435. 11 B. exscribit. Tzetz. chil. 1. 798:

αὐτὸς δὲ φάρμακον πιὼν θνήσκει πρὸς Βιθυνίαν,
πρός τι χωρίον Λίβυσσαν ..
ἦν γὰρ Ἀννίβᾳ τις χρησμὸς οὕτω πως γεγραμμένος. Λ. κ. β. Ἀ. δ.

Schol. Tzetz. in Crameri anecd. Oxon. 3 p. 353: τὸ νῦν καλούμενον τὰ Βουτίου, ὡς Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς γράφει. Steph. Byz. Λίβυσσα, φρούριον Βιθυνίας ἐπιθαλάσσιον. Plin. nat. hist. 5. 45: „Fuit et (in Bithynia) Libyssa oppidum, ubi nunc Hannibalis tantum tumulus." Atqui quum Graecorum dei verbis ferrentur res futuras praedicere, Ammon signis tantum utebatur; id est simulacrum eius ab octoginta sacerdotibus portabatur; quo trahebat forte sacerdotes, inde divinabat antistes. Diodor. 17. 50. extr. (exscriptus a Curtio 4. 7. 24) et Strabo 17. p. 814 a. Versibus factam esse prophetae interpretationem nemo tradit. Quid multa? Propter similia patriae oppidique funebris nomina hominum otiosorum acumen ambiguam excogitavit vaticinationem.

16.

Verba τὴν εὐρυγάστορα, quae ex oraculo aliquo afferuntur, hexametrum respuunt. Hyllo Apollinem Pythium Apollodorus 2. 8. 2 de Heraclidarum reditu vaticinatum esse tradit: περιμείναντας τὸν τρίτον καρπὸν κατέρχεσθαι. Obsecutos Heraclidas tertio anno reditum parasse; sed victo occisoque Aristomacho a Peloponnesiis quum Temenus iterum deum consuluisset idemque responsum tulisset, Apollinem fallaciae accusatum a Temeno, dixisse τῶν ἀτυχημάτων αὐτοὺς αἰτίους εἶναι· τοὺς γὰρ χρησμοὺς οὐ συμβάλλειν· λέγειν γὰρ οὐ γῆς, ἀλλὰ γενεᾶς καρπὸν τρίτον, καὶ στενυγρὰν τὴν εὐρυγάστορα, δεξιὰν κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ἔχοντι τὴν θάλασσαν. Hoc Tryphon respexit de tropis in rhett. Gr. 8 p. 738 Walz., ubi vocem εὐρυγάστωρ pro mari dictam esse commemorat. Hesychius (cf. Schow.) ἐρυγάστωρ, μεγαλογάστωρ. Quod non dubito quin εὐρυγάστωρ scribendum sit. Oraculum O. Mueller de Dor. p. 57 ed. 1 ex tragoedia aliqua ab Apollodoro repetitum et ita fere processisse arbitratur:

γενεᾶς γάρ, οὐ γῆς καρπὸν ἐξεῖπον τρίτον,
καὶ τὴν στενυγρὴν αὖ τὸν εὐρυγάστορα
— ἔχοντα κατὰ τὸν Ἰσθμὸν δεξιάν.

Lobeckius autem Agl. 852 not. taeterrimos duo hexametros poesi sacrae animi causa supponit. At consideremus Oenomaum. Is in γοήτων φωρᾷ ap. Euseb. praep. ev. 5. 20 Aristomachi oraculum ita tradit:

νίκην σοι φαίνουσι θεοὶ δι' ὁδοῖο στενύγρων.

Καὶ σύ, ait ad Apollinem, ἔφης· Οὐ κατὰ γῆν λέγω στενυγρήν, ἀλλὰ κατὰ τὴν εὐρυγάστορα, — ἐπειδὴ χαλεπὸν ἦν εἰπεῖν κατὰ τὴν θάλασσαν. Hinc primum apparet, in versu scribendum esse στενυγρῆς, tum ex Apollodoro, non integrum oraculum a Cynico esse receptum. Quod ita suppleri potest, ut prior versus sit:

εἴ κε, σπέρμα Διός, κάρπον τρίτατον περιμείνης.

Postremo quum Oenomaus ipsa dei, quae ferebantur, verba repetere soleat, posterius oraculum, dummodo temporibus istis remotissimis fides sit, patet prosa oratione esse traditum, item ut victo Croeso Pythia antiquam suam vaticinationem prosa oratione explicat ap. Herodotum 1. 91.

17.

Ne illud quidem oraculum Pythium, quo Lacedaemonii ὀφιοβόροι vocabantur (Plut. de Pythia cap. 24 p. 406 e), hexametris procedere poterat, sed aut iambis aut oratione soluta.

B. Trochaei.

1.

Ad trochaeos transeuntibus rursus manifestum erroris exemplum nobis occurrit. Zenob. prov. 5. 48: οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς. (Diogenian. 1. 63 et Eustath. ad Il. 5. 638 ἄλλος οὗτος Ἡ.) Κλέαρχος ἐξηγούμενος τὴν παροιμίαν φησὶ .. τὸν Τύριον Ἡρακλέα ἐλθεῖν εἰς Δελφοὺς χρησόμενον τῷ μαντείῳ· τὸν δὲ θεὸν προσειπεῖν αὐτὸν ἄλλον Ἡρακλέα· καὶ οὕτω τὴν παροιμίαν κρατῆσαι. At vetustiorem formam Pausanias servavit 10. 13. 4:

ἄλλος ἄρ' Ἡρακλέης Τιρύνθιος, οὐχὶ Κανωβεύς.

2.

In alio oraculo Menandrum deprehendimus. Zenobius 6. 15: Ταῦτά σοι καὶ Πύθια καὶ Δήλια (sic etiam Diogenian. 8. 35. Apostol. 15, 9. 16, 17 a): ἡ παροιμία εἴρηται ἐπὶ τῶν ὕστατα καὶ

τελευταῖα ποιούντων. Μέμνηται δὲ αὐτῆς Μένανδρος. Φασὶ δὲ ὅτι Πολυκράτης ὁ Σαμίων τύραννος, ἑλὼν Ῥήνειαν καὶ ἀναθεὶς αὐτὴν Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ, ἀγῶνα θεὶς κάλλιστον, ἠρώτα πέμψας εἰς Δελφούς, πῶς δεῖ καλεῖν τὸν ἀγῶνα, Δήλια ἢ Πύθια. (Suidas s. v. Πύθια et Apostol. 15. 9 consuluisse tradunt, εἰ τὰ τῆς θυσίας ἄγει κατὰ τὸ ὡρισμένον, Photius s. v. Πύθια: κατὰ τὸν ὡρισμένον χρόνον.) Ἀνεῖλε δὲ αὐτῷ ὁ θεός·

ταῦτά σοι καὶ Δήλια καὶ Πύθια.

ἐσήμαινε δὲ αὐτῷ ὅτι εὐθὺς ἀποθανεῖται. Ὀροίτης γὰρ αὐτὸν ὁ Πέρσης ἐσταύρωσεν. Zenobium fere describit Suid. s. v. ταῦτά σοι: idem tamen et Phot. s. v. Πύθια et Apostol. adiiciunt: Ἐπίκουρος ἔν τινι τῶν πρὸς Ἰδομενέα ἐπιστολῶν ταῦτα. Itaque antiqua oraculi forma periit; sententiam Menander iambis expressit. Quos Meinekius in illius poëtae fr. inc. 296 (295 ed. min.) laudato Dobraeo ita distinguit: .. ταῦτά σοι καὶ Πύθια | καὶ Δήλι' [ἔσται] .. Fortasse etiam ταὐτά scribendum est; certe si hoc vocabulum ex ipso oraculo repetitum est, ambiguitas in eo posita erat, ut et ταῦτά σοι et ταὐτά σοι intellegi posset, i. e. et haecce sacra et rem ad idem redire. Epicurus a Menandro versus ducere potuit; Menander enim a. 342 natus est; philosophus natus a. 341 ad Idomeneum Lampsacenum, rerum scriptorem a. 270 litteras dedit. (Clinton fast. Hellen.)

3.

Haec igitur oracula quum non fuerint trochaica, Hadriani aetate tetrametros troch. Clari usurpatos esse ex Oenomao ap. Euseb. praep. ev. 5. 22 p. 214 Vig. constat. Neque enim de Cynici illius fide dubitandum esse supra dixi, laudata Lobeckii argumentatione; accedit, ut de plerisque eius oraculis etiam aliunde constet, velut ex Herodoto. Oenomaus igitur (ἐν γοήτων φωρᾷ) φησὶν ἑαυτὸν ὑπὸ τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος ἠπατῆσθαι, γράφων ὧδε· Ἀλλὰ δὴ ἔδει καὶ ἡμᾶς τῆς κωμῳδίας (adeundi oraculi) μετασχεῖν, καὶ μὴ σεμνύνεσθαι, ὡς οὐκ ἐμπεσόντας εἰς τὴν κοινὴν παραπληξίαν (neque gloriari posse, quod nos in communem stultitiam non inciderimus), καὶ τὴν ἐμπορίαν εἰπεῖν, ἣν καὶ αὐτοὶ περὶ σοφίας ἀνεπορευσάμεθα ἐκ τῆς Ἀσίας, ὦ Κλάριε, παρὰ σοῦ.

Ἔστιν ἐν Τρηχῖνος[1] αἴῃ κῆπος Ἡρακλῆος,
πάντ' ἔχων θάλλοντα, πᾶσι δρεπόμενος πανημαδόν[2]·
οὐδ' ὀλιζοῦται, βέβριθε δ' ὑδάτεσιν διηνεκές[3].

Finem oraculi philosophus non attulit; idem responsum antea Callistrato Pontico mercatori datum esse addit. Postea cap. 23 ita pergit: Ἐπεὶ δέ μοι τὰ τῆς ἐμπορίας ἤδη πρὸ ὁδοῦ ἦν, ἀνδρὸς δὲ ἔδει τοῦ ξεναγωγήσοντος ἐπὶ τὴν σοφίαν, ἄπορος δὲ (difficilis inventu) ἐφαίνετο οὗτος, σὲ (ad Apollinem Clarium dicit) ἐδεόμην καὶ τούτου γενέσθαι ἐνδείκτην.

Ἐν † τε[4] τοῖσιν εὐπελέεσσιν[5] ἠδ' Ἀχαιοῖς χρέος
θήσεται, τὸ δ' ἐκτεκμαρθὲν[6] † οὐδὲ μικρὸν ἕξεται[7].

[1] Ante Gaisf. edebatur Τριχῆνος. Oracula exordium saepe a loci descriptione capiunt, velut Pythia ad Tegeatas apud Herodot. 1. 67, de colonia Syracusas deducenda ad Archiam apud Paus. 5. 7. 2, ad Mantineenses ap. eundem 8. 9. 2.

[2] Hoc vocabulo pro πανῆμαρ Oppianus hal. 3. 360 utitur. Noverat oraculum Hesychius, qui πανημαδόν, διὰ βίου et ὀλιζοῦται, μειοῦται, ὀλιγοῦται explicat.

[3] Codd. optt. AH διηνεκέσιν, omissa particula εἶτ', qua Oenomaus sua verba annectit. Rell. διηνεκέσσιν. Emendavit Holsten. ad Porph. vit. Plot. cap. 26. Praecedit in codd. ὑδάτεσσιν. Gaisf. coni. ἄνθεσιν; coll. Hom. hymn. ad Cer. 478: ἄνθεσιν εὐρεῖα χθὼν ἔβρισ'. Holsten. ὕδασιν. At υ vocabuli ὕδωρ, modo in hexametrorum arsi aliquoties productum, natura breve est. Potest coniici: ὑδατίσιν. Hesych. Suid. Phot. ὑδατίδες, σταγόνες. Propius etiam ad codd. ὑδάτεσιν accedit, quae forma his exemplis confirmatur: αἴγεσιν Hom. Il. 10. 486, χείρεσι ibid. 20. 468, ἴνεσιν ibid. 23. 191, οἴεσιν Od. 15. 386, ἀνάκτεσιν ibid. 557. δαιτυμόνεσι Herodot. 6, 57, πλεόνεσι ibid. 7. 224, μήνεσι ibid. 4. 43 et 8. 51. — Versus sententia est: hortus ille nunquam diminuitur, i. e. eadem semper florum fructuumque copia abundat, et humore gemit, i. e. dum reliqua terra sole arescit, ille fontibus, rore, pluviis irrigatur.

[4] ἐν σε EFGH; infra ἐν δὲ optt. AH, ἔν σε BCFG; rell. ἔν τε. Si Oenomaus oraculi initium non omisit, ἔν γε scribendum est.

[5] εὐπελευσιν utroque loco A, ἐπελέεσιν infra B; εὐμελέεσσιν Holsten. l. comm. coni., improbatus a Bentleio ad Callim. hymn. in Cer. 136, ubi Callimachus vocabulo εὐπηλίᾳ utitur. At neque reperitur usquam εὐπελής, neque, si esset id quod facilis, apta esset significatio; ad membrorum vero decorem exemplum Oenomai a sculptoribus pictoribusque repetitum deducit. Quare εὐμελέσσι scribo, dativo formato ad normam Homerici ἀεικέσσι. Tum AHSV χρεωσθήσεται. Holstenius τὸ χρέος coniicit; ego cum Gaisf. Ἀχαιοῖσιν praefero. Praeterea, quum adiectivum et substantivum vix possint particula copulativa coniungi, et Achaei sine dubio decori

Τί φής; εἰ δ' ἀγαλματοποιός τις ἢ ζωγράφος ἐπεθύμουν γενέσθαι καὶ διδασκάλους ἐζήτουν, ἆρά μοι ἤρκει ἀκοῦσαι

† ἔν τε τοῖσιν εὐπελέεσσιν,

ἀλλ' οὐκ ἂν μαίνεσθαι εἶπον τὸν λέγοντα; ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως οὐχ ἱκανὸς εἶ εἰδέναι. ἀσάφειαν γὰρ ἔχει πολλὴν τὰ ἀνθρώπων ἤθη. ὅποι δέ μοι ἐκ Κολοφῶνος ἄμεινον[1] πορεύεσθαι, οὐκ ἔθ' οὕτως ἀφανὲς τῷ θεῷ·

ἐκ τανυστρόφοιο λᾶας σφενδόνης ἱεὶς ἀνὴρ[2]
χῆνας ἐναρίζειν[3] βολαῖσιν, ἀσπέτους, ποιηβόρους.

Τοὺς δὲ ἀσπέτους, ποιηβόρους χῆνας τίς μοι μηνύσει, ὅ τι ποτὲ λέγουσι; τίς δὲ τὴν τανύστροφον σφενδόνην;

dicantur, et obiectum desideretur, id autem debeat homo esse, quem Oenomaus quaesiverit, νῆδ' in τόνδ' muto, et χρεὼν coniicio, quod subiectum sit.

[6] Ἐχθεκμαρθὲν V, ἐκτεκμανθὲν B, ἐκτερμαθὲν D, scripto ν supra α, ἐκτερμαθὲν FG.

[7] Sic Stephanus. Cum huius editione AH collati sunt et h. l. consentire putandi essent, si certior ex Gaisfordii silentio esset conclusio, quam est revera. Sed ut scribat ita A, hic codex apertas coniecturas interdum pro textu praebet. Mire discrepant reliqui codices. Montacutii liber, qui aliquot reliquorum omnium lacunas complet, οὐδὲ μίαν σκομφυέζεται, in marg. σκομφίζεται. Quem Gaisfordii C esse in ultimo prolegg. capite demonstrabo. Quare οὐδε μιν σκομφίζεται non in CFG, ut ait Gaisf., sed in FG tantum esse arbitror. οὐδὲ μὴν BDSV, σκομφύζεται B, σκομφυέζεται DSV. Alter Vigeri codex σκομφύξεται, supra scripto σκομφιέζεται. Is E est, de quo tacet Gaisf.; alter Vigeri liber D est Gaisfordii, de cuius lectione Gaisf. cum Vigero h. l. conspirat. Itaque genuina scriptura φεύξεται videtur fuisse; quid in οὐδε μηνσκομ lateat, mente non assequor. An forte οὐδ' ἐμεῦ κλών, sive ascita etiam Aeolica forma ἐμεῦς? An simpliciter ἐμός? Coniicio igitur, ne intentatum relinquam aenigma oraculo obscurius:

ἔν γε τοῖσιν εὐμελέσσι τόνδ' Ἀχαιοῖσιν χρεὼν
θήσεται· τὸ δ' ἐκτεκμαρθὲν οὐδ' ἐμεῦ κλὼν φεύξεται.

Hunc hominem, quem quaeris, sors in decoris Achaeis ponet: quod autem fato praeceptum est, ne mea quidem dei proles effugiet.

[1] Solemnis oraculorum locutio; cf. Lob. Agl. 1093.

[2] εἰ γὰρ ἦν pro ἱεὶς ἀνὴρ AH.

[3] Sic pro ἐνάριζε Gaisf. ex Iortini coniectura, item βολαῖσιν. βούλεσιν A, βούλευσιν H, βουλαῖσιν rell. codd. Tum ἀσπέτοις C, ἀσυνέτοις B. Postremo ποιημόρους BC, idem paulo post BCDG. Ne hoc quidem oraculum integrum est, sed partem modo elegit Cynicus.

C. Elegi.

1.

Dio Chrysost. or. 31 p. 618 Reisk. p. 393 Emper. Theagenis Thasii, athletae, Olympiae ter victoris, de civitate sua bene meriti statua in Thasiorum foro erecta*, post viri mortem noctu ab obtrectatore flagellata, delabens obtrectatorem occidit et lege iubente propterea in mare demersa est. Thasiis non multo post pestilentia oppressis τοὺς φυγάδας ἀνεῖπε κατάγειν ὁ θεός. Haec Dio. Oraculum ipsum Oenomaus servavit ap. Euseb. pr. ev. 5. 34:

εἰς πάτρην φυγάδας κατάγων Δήμητραν ἀμήσεις.

Pergit Dio: Ὡς δὲ πλέον οὐδὲν ἦν ἁπάντων ἐληλυθότων, χρωμένοις αὖθις λέγεται τὴν Πυθίαν οὕτως ἀνειπεῖν·

Θειαγένους (sic scripsi pro Θεαγ.) δ' ἐλάθεσθε (ἐλάθεσθ' ἔτ' Iacobs) ἐνὶ ψαμάθοισι πεσόντος·
κεῖθ' ὑμῖν ὁ πρὶν μυριάεθλος ἀνήρ.

Eandem rem narrans Paus. 6. 11. 7 rectius non pestilentiam, sed famem et sterilitatem fuisse tradit, oraculum autem hoc praebet:

Θειαγένην (sic vulg., codd. Θεαγ.) δ' ἄμνηστον ἀφήκατε τὸν μέγαν ὑμέων.

Haec aperte genuina fuit forma. Fortasse distichon illud accepto oraculo sub statua denuo erecta scribebatur.

2.

Anthol. Pal. 14. 71 (tom. II p. 566 Iacobs.). Χρησμὸς τῆς Πυθίας.

Ἁγνὸς εἰς τέμενος καθαρός, ξένε, δαίμονος ἔρχου
ψυχήν, νυμφαίου νάματος ἁψάμενος·
ὡς ἀγαθοῖς κεῖται βαιὴ λιβάς· ἄνδρα δὲ φαῦλον
οὐδ' ἂν ὁ πᾶς νίψαι νάμασιν Ὠκεανός.

Priusquam de singulis dicam, imitationem affero a Piccolo (complément de l'Anthol. grecque. Paris. 1853. 8. p. 187) ex cod. Flor. Laur. plutei 37 tricesimo secundo editam:

* Statuam aeneam Athen. 10. 412 d. describit. Certaverat Olympiae ol. 76. 77. 78. 79 auctore Paus. 6. 6. 2.

3.

Σεράπιδος χρησμὸς Τιμαινέτῳ.

Ἁγνὰς χεῖρας ἔχων καὶ νοῦν ἐπὶ γλῶτταν ἀληθῆ
εἴσιθι, μὴ λοετροῖς, ἀλλὰ νόῳ καθαρός.
ἀρκεῖ γάρ θ' ὁσίοις ῥανὶς ὕδατος· ἄνδρα δὲ φαῦλον
οὐδ' ἂν ὁ πᾶς λοῦσαι χεύμασιν Ὠκεανός.

Ecce duo carmina eiusdem argumenti, accommodata Apollinis Iovisque Sarapidis personis. Altero confirmatur Iacobsii coniectura, pro κεῖται v. 3 scribendum esse ἀρκεῖ. Librarius videtur litterarum αρ compendium supra κεῖ scriptum cum simili terminationis ται compendio commutavisse. — V. 1 Orvillius et Brunckius ἁγνῶς, Iacobsius ἁγνὸς ἄγ', postea Brunckius et Iacobsius καθαροῦ coniecerunt; perperam Piccolos p. 188 ἁγνὸς ἐὼν τέμενος τόπαρος... Sufficit ἁγνοῦ, id est δαίμονος. A. Nauck. etiam πρός pro εἰς coni., quae saepe confunduntur. Certe καθαρός iam ab alterius carminis auctore legebatur.

Praecedit ap. Piccolum oraculum:

Ἀπόλλωνος χρησμὸς Τιμαινέτῳ φιλοσόφῳ, οὗ καὶ βίος γέγραπται.

Μοίρας ἱλάσκου θυσίαις, λιτάνευε Σέραπιν·
αὐτὸς γὰρ μοῦνος καὶ τὰς Μοίρας μεθοδεύει.

Nihil amplius de Timaeneto legitur. Posterioris aetatis hominem et μεθοδεύω prodit, quum per se novitium vocabulum, tum hic pro regendo dictum, et magnus honor in Sarapim collatus. Is deus quum a nemine pluris quam ab Alexandrinis habitus sit, et Timaenetum et horum oraculorum auctorem Alexandrinos putes.

4.

Anthol. Pal. 14. 74 (tom. 2 p. 567 Iac.) Χρησμὸς τῆς Πυθίας.

Ἱρὰ θεῶν ἀγαθοῖς ἀναπέπταται, οὐδὲ καθαρμῶν
χρειώ· τῆς ἀρετῆς ἥψατο οὐδὲν ἄγος.
ὅστις δ'οὐλοὸν ἦτορ, ἀπόστιχε· οὔποτε γὰρ σὴν
ψυχὴν ἐκνίψει σῶμα διαινόμενον.

Pal. διμαινόμενον, Plan. μιαινόμενον. Bene Brunck. ἐκνίψεις διαινόμενος ex Eldikii coni. Sed etiam οὐλοός scripserim.

Hae omnes poëticae notorum quorundam oraculorum fuerunt transformationes, velut dati ad hominem splendida sacra ferentem, neque tamen satis pium:

Εὔαδέ μοι χθιζὸς λίβανος Λύκου Ἑρμιονῆος.
εὐσεβέσιν δὲ βροτοῖς γάνυμαι τόσον, ὅσσον Ὀλύμπῳ.

Quod oraculum cum similibus docte tractavit Lob. Agl. 1006, et eiusdem Pythiae ad Sybaritas (Aelian. var. hist. 3. 43):

Βαῖν' ἀπ' ἐμῶν τριπόδων· ἔτι τοι φόνος ἀμφὶ χέρεσσι
πουλὺς ἀποστάζων ἀπὸ λαΐνου οὐδοῦ ἐρύκει.
οὔ σε θεμιστεύσω.

Cui similia alia Lob. collegit l. comm.

5.

In templis vero edita esse videntur haec oracula: Ael. Spartian. de Pescenn. Nigro cap. 8: „Denique Delphici Apollinis vates .., quum quaesitum esset, quis illi (Nigro) successurus esset, respondisse itidem Graeco versu dicitur:

Cui dederint superi nomen habere Pii.

Quod omnino intellectum non est, nisi quum Bassianus Antonini, quod verum signum Pii fuit, nomen accepit.

6.

Item quum quaereretur, quamdiu imperaturus esset, respondisse Graece dicitur:

Bis denis Italûm conscendet navibus aequor:
si tamen una ratis transsiliet pelagus.

Ex quo intellectum, Severum viginti annos expleturum."

Vel si cui haec oracula post rei eventum ficta esse videantur, tamen sub Imperatoribus etiam elegiacum metrum a Pythia admissum esse probant. Quam insipide enim excogitata essent, si iam ipso metro fraudis speciem prae se tulissent?

7.

Excludendum est ut sortis oraculum distichon ap. Lamprid. Alexandri Severi vit. cap. 14: „Ipse (Alexander Severus) quum vatem consuleret de futuris, hos accepisse dicitur versus adhuc parvulus: et primum quidem sortibus

Te manet imperium coeli terraeque marisque,

(intellectum est, quod inter divos etiam referretur,)

te manet imperium, quod tenet imperium.

. . . Et haec quidem de Graecis versibus sunt prodita."

8.

Finxit tale carmen Heliodorus Aethiop. 2. 26: ἀνεφθέγξατο ἡ Πυθία τοιάδε:

ἴχνος ἀειράμενος ἀπ' εὐστάχυος παρὰ Νείλου,
    φεύγεις Μοιράων νήματ' ἐρισθενέων.
τέτλαθι· σοὶ γὰρ ἐγὼ κυαναύλακος Αἰγύπτοιο
    αἶψα πέδον δώσω. νῦν δ'ἐμὸς ἔσσο φίλος.

V. 1. Passow verm. Schr. p. 140 coni. πανεϋστ., novo tamen vocabulo et malo sono, quum πα sequentem quoque anapaestum incipiat. Malim μάλ' pro ἀπ'.

9.

Apollini Didymaeo Appuleius met. 4. 32 extr. oraculum supposuit. „Dei Milesii, inquit, vetustissimum percontatur oraculum ... Sed Apollo, quamquam Graecus et Ionicus, propter Milesiae conditorem“ i. e. quia auctor narrationis Milesiae Romanus erat „sic Latina sorte respondit:

(cap. 33) Montis in excelsi scopulo subsiste puellam
    ornatam mundo funerei thalami.
nec speres generum mortali stirpe creatum,
    sed saevum atque ferum vipereumque malum.
qui pinnis volitans super aethera cuncta fatigat,
    flammaque et ferro singula debilitat.
quo tremit ipse Iovis, quo numina terrificantur,
    fluminaque horrescunt et Stygiae tenebrae.

10.

Distichon inversum.

Athenaeus 13. 8. 78 p. 602: Chariton et Menalippus φανέντες ἐπιβουλεύοντες Φαλάριδι, Agrigentinorum tyranno, καὶ βασανιζόμενοι ἀναγκαζόμενοί τε λέγειν τοὺς συνειδότας, οὐ μόνον οὐ κατεῖπον, ἀλλὰ καὶ τὸν Φάλαριν αὐτὸν εἰς ἔλεον τῶν βασάνων ἤγαγον, ὡς ἀπολῦσαι αὐτοὺς πολλὰ ἐπαινέσαντα. διὸ καὶ ὁ Ἀπόλλων, ἡσθεὶς ἐπὶ τούτοις, ἀναβολὴν τοῦ θανάτου τῷ Φαλάριδι ἐχαρίσατο, τοῦτο ἐμφήνας τοῖς πυνθανομένοις τῆς Πυθίας, ὅπως αὐτῷ ἐπιθῶνται. Idem narrat Oenomaus ap. Euseb. pr. ev. 5. 35. 3 p. 233 b: ἤκουσα δέ σου (Apollinis) καὶ διαλελυμένον χρησμὸν π. τ. Φαλάριδος, ἐπαι-

νοῦντα καὶ τιμῶντα, ὅτι λαβὼν ἐπιβουλεύοντας ᾐκίσατο μὲν, καρτεροῦντας δὲ ἀγάμενος ἀφῆκε· Λοξίας καὶ Ζεὺς πατὴρ ἀναβολὴν ἐψηφίσαντο θανάτου Φαλάριδι, ἀνθ' ὧν ἡμέροις Χαρίτωνι καὶ Μεναλίππῳ προσηνέχθη. Oenomaus hausit ex libro Aeliani de providentia, ex quo Suid. s. ἀναβολή et s. Φάλαρις verba Λοξίας — προσηνέχθη affert, post Φαλάριδι addens ἔτη δύο. Aeliani verba quae sequebantur Suid. s. ἀντέρως exscripsit. Idem Aelianus rem etiam var. hist. 2. 4 narrat. — Pergit Athenaeus: ἔχρησέ τε καὶ περὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Χαρίτωνα (Apollo Pythius), προτάξας τοῦ ἑξαμέτρου τὸ πεντάμετρον, καθάπερ ὕστερον καὶ Διονύσιος Ἀθηναῖος ἐποίησεν, ὁ ἐπικληθεὶς Χαλκοῦς, ἐν τοῖς ἐλεγείοις. ἔστι δὲ χρησμὸς ὅδε·

Εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μενάλιππος ἔφυ,
θείας ἁγητῆρες ἐφαμερίοις φιλότατος.

Idem oraculum Zonaras p. 178 commemorat, et Oenomaus noverat, qui ap. Euseb. pr. ev. 5. 35. 2 p. 233 b. Vig.: Πῶς δ', εἰ Κύψελος ὄλβιος, ὦ κακόδαιμον, οὐ καὶ Φάλαρις ὄλβιος, ὁμότροπος ὢν Κυψέλῳ; ὥστ' ἂν ἐκείνως ἄμεινον εἶναι ὑμῖν

Εὐδαίμων Φάλαρις καὶ Μενάλιππος ἔφυ,
θείας ἁγητῆρες ἐν ἀνθρώποις διχονοίας.

Ludens igitur verba mutavit.

Athenaeo minus accurate Aelian. var. hist. 2. 4: Τούτους (Charitonem et Menalippum) ὕστερον ἡ Πυθία καὶ τὴν φιλίαν αὐτῶν ὕμνησε διὰ τούτων τῶν ἐπῶν·

θείας ἡγητῆρες ἐφημερίας φιλότητος,
εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μενάλιππος ἔφυ.

Hic et dorismum amovit et usitatiorem versuum ordinem intulit.

Sed ipsum illud distichon inversum maxime dubium est. Ex quo enim auctore Athenaeus hausit, is oraculi frustulum attulerat; in ipso oraculo olim hexameter pentametrum praecedere potuit. Tum dorica dialectus offendit, siquidem Pythia Homerico fere dicendi genere eoque ad communis linguae similitudinem magis transformato utebatur. Itaque primum inquirendum est, quo Athenaeus nitatur auctore. Ita autem Athenaeus incipit: Ἱερώνυμος δὲ ὁ περιπατητικὸς περισπουδάστους φησὶ γενέσθαι τοὺς τῶν παίδων ἔρωτας, ὅτι πολλάκις ἡ τῶν νέων ἀκμὴ καὶ τὸ πρὸς ἀλλήλους ἑταιρικὸν συμφρονῆσαν, πολλὰς τυραννίδας καθεῖλε.. Ἔργῳ γοῦν τοῦτο ἔδειξεν

ὁ συνταχθεὶς Θήβησιν ὑπὸ Ἐπαμινώνδου ἱερὸς λόχος, καὶ ὁ κατὰ τῶν Πεισιστρατιδῶν θάνατος ὑπὸ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος γενόμενος· περὶ Σικελίαν δ' ἐν Ἀκράγαντι ὁ Χαρίτωνος καὶ Μεναλίππου. Μενάλιππος δ' ἦν τὰ παιδικά, ὥς φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἐρωτικῶν. Οὗτοι φανέντες ἐπιβουλεύοντες Φαλάριδι ... Quod ex Heraclide attulit, parenthetice quasi inseruit, nam pergit ita ut ad verba illis antecedentia redeat. Ex Heraclide illud tantum notavit, non Charitonem, sed Menalippum Phalaridis fuisse puerum. Fons totius narrationis Hieronymus Rhodius potius fuit, Peripateticus, Ptolemaei Philadelphi, Antigoni Gonnatae, Eumenis et Attali primorum aequalis (Diog. La. 4. 6. 17 sq.; 5. 14. 4; 9. 12. 5). Ab Cic. de fin. 5. 5. 14 Hieronymus doctus homo et suavis, orat. 56. 190 Peripateticus imprimis nobilis appellatur et quum alia, tum ὑπομνήματα ἱστορικά s. τὰ σποράδην ὑπομνήματα de philosophorum et poetarum historia (cf. Muelleri fr. hist. gr. 2 p. 450 not.), de poetis libros non minus quinque (Athen. 14. 9. 37 p. 635 f), de numeris (Rufinus p. 191) scripsit. — Quae tamen hoc loco Athenaeus attulit, ex Hieronymi epistulis videtur hausisse, ait enim 10. 10. 45. p. 435 a: Ἱερώνυμός τε ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Θεόφραστόν φησι λέγειν, ὅτι Ἀλέξανδρος οὐκ εὖ διέκειτο πρὸς τὰ ἀφροδίσια, iam sequente eius amorum enumeratione. Sane quidem de suo nonnihil Athenaeus admiscuit, sed oraculum ipsum non est quod aliunde ei innotuisse putemus ac totam narrationem. Sed censeamus licet, primum versum ab Hieronymo omissum esse et metrum oraculi olim fuisse elegiacum, — mirum utique hoc metrum tam antiquo foret tempore. Atqui non fidendum Hieronymo, cui doctrinam quam iudicium maiorem fuisse quum aliis argumentis concludo, tum inde, quod Socrati duas uxores simul fuisse tradiderit (Diog. La. II. 5. 10. 26), quas deinceps ei fuisse ex Aristotele constat. (Diog. La. ib.) Itaque satius erit Hieronymo eundem errorem tribuere, quem alii haud pauci commiserunt: ut poëtae alicuius Dorici versus, qui oraculi antiqui sententiam expresserit, pro ipso habuerit oraculo.

Ut iam paucis complectamur, quae invenisse nobis videamur, praeter hexametros et orationem solutam Delphicum oraculum etiam trimetris iambicis usum est, iisque non tantum posteriore tempore. Certa huius metri exempla sunt annorum fere quingentesimi et qua-

dringentesimi a. Chr. n. et primi secundive saeculi post Chr. Tetrametros trochaicos catalecticos Clarium oraculum Hadriani certe aetate usurpabat, disticha elegiaca Delphicum sub imperatoribus posterioribus. Qui a Porphyrio afferuntur dimetri trochaici et tetrametri anapaestici nullo exemplo confirmantur.

CAPUT VI.

QUAE ORACULA INCUBANTIBUS ET EVOCANTIBUS DATA VINCTAM ORATIONEM PRAEBEANT.

Porphyrius quum oracula quaedam insolentibus numeris scripta proferat et multas vaticinationes Hecatae aliisque numinibus tribuat, quae tantum abest ut in Apollinis modum divinaverint, ut aut visa in somniis aut evocata a praestigiatoribus res futuras patefacere putata sint, ad hoc divinationis genus Porphyrii libro aliquoties revocamur. Etiam

s o m n i a

veterum haud pauca numerorum vinculis continebantur, cuius rei vel coniectores habebant rationem. Ita Artemidorus 1. 56: τραγῳδεῖν δὲ . . ἢ τραγῳδῶν ἀκούειν ἢ ἰαμβεῖα λέγειν ἢ ποιεῖν, μεμνημένῳ τῶν εἰρημένων κατὰ τὴν περιοχὴν τὰ ἀποτελέσματα ἅπαντα γίγνεται, οὐ μεμνημένῳ δὲ ταλαιπωρίαι . . 4. 59: τῶν δὲ ἐν τοῖς ὕπνοις λεγομένων ἐπῶν ἢ ἰάμβων ἢ ἐπιγραμμάτων ἢ ἄλλων ῥήσεων τὰ μὲν αὐτὰ παρέχει τὴν ἀπόβασιν, ὅσα γε αὐτοτελῆ διάνοιαν παρέχει. Ita per somnia quosdam audivisse ait Hesiodi opp. v. 352, Hom. Il. 18 vv. 20 et 21, Euripidis versum

ὀπτὰς κατέσθιε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου [1],

Sophoclis versum

ἅπαντα τἀδόκητα πρῶτον ἦλθ' ἅπαξ [2].

Atque ita Pausaniae Lacedaemoniorum regi λέγεται παρθένον τινὰ

[1] Sylei fr. 2. 2: πίμπρη, κάταιθε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου. Artemidorus versum ex Andromache repetit et ὄπτα, κάταιθε scripsit, memoriae lapsu, ut videtur.

[2] Fr. 739: ἅπαντα τἀγέννητα πρῶτον ἦλθ' ἅπαξ.

Βυζαντίαν .. ὄνομα Κλεονίκην .. νύκτωρ εἴδωλον φοιτῶσαν εἰς τὸν ὕπνον ὀργῇ λέγειν τόδε τὸ ἡρῷον·

στεῖχε δίκης ἆσσον· μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις.

(Plut. vit. Cimonis cap. 6, brevius Paus. 3. 17. 8.)

Celebre Socratis somnium est in Plat. Crit. cap. 2 p. 44 a:

ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἵκοιο.

Qui v. Il. 9. 363 est, nisi quod ibi ἱκοίμην scriptum. Etiam Trophonii versus huc refero, siquidem heros ille viso tantum et somniis divinabat (Paus. 9. 39. 5). Φασὶ δὲ οἱ Θηβαῖοι, μελλούσης τῆς μάχης ἔσεσθαί σφισιν ἐν Λεύκτροις, .. ἀποστεῖλαι .. ἐρησομένους τὸν ἐν Λεβαδείᾳ θεόν .. Τροφώνιον δέ φασιν εἰπεῖν ἐξαμέτρῳ·

πρὶν δορὶ συμβαλέειν ἐχθροῖς, στήσασθε τρόπαιον,
ἀσπίδα κοσμήσαντες ἐμήν, τὴν εἴσατο νηῷ
θοῦρος Ἀριστομένης Μεσσήνιος, αὐτὰρ ἐγώ τοι
ἀνδρῶν δυσμενέων φθίσω στρατὸν ἀσπιστάων. Paus. 4. 32. 5.

Alexandro magno, quum ad condendam Alexandriam aptum locum quaereret, somnianti Homerum visum esse dicere versus Od. 20. 354 sq. Plutarchus narrat vit. Alex. cap. 26 auctore nominato Heraclida Pontico et Stephanus Byz. s. Alexandria nominato Iasone auctore, quem Iasonem Argivum Hadriani aequalem C. Mueller scriptt. Alexandri M. p. 159 censet. Ad illius oraculi similitudinem novum finxit paradoxographus, qui Callisthenis nomine de Alexandri rebus scripsit, I 30 et 33. Hexametri quinque sunt Ammonis, ut ait, auditi a rege per somnium. Et hi admodum corrupti sunt, et trimetri iambici eiusdem capitis 33, quos cod A. et Valeriani interpretatio latina iterum Ammoni somnioque tribuunt, codd. BC inscriptos in Serapei obelisco regi innotuisse tradunt; eosdem fere III 24 Sesonchosis deus praesens narratur Alexandro apud Indos versanti fudisse. At hasce nugas ille sibi.

Steph. Byz. s. Laodicea: ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Λυδίας, Ἀντιόχου κτίσμα τοῦ παιδὸς τῆς Στρατονίκης .. ὄναρ διὰ χρησμοῦ Ἀπόλλωνος·

Ἀντιόχῳ βασιλῆι τάδε χρᾷ Φοῖβος Ἀπόλλων·
κτιζέμεναι πτολίεθρον ἀγακλεές, ὡς ἐκέλευσεν
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, πέμψας ἐριούνιον Ἑρμῆν.

Suidas s. Lucullo: ὅτι Λούκουλλος ὁ ὕπατος Μιθριδάτῃ .. ἐπολέμει· καὶ προσσχὼν τῇ Τρωάδι καὶ σκηνῶν παρὰ τὸ τῆς Ἀφροδίτης τέμενος ἔδοξε τὴν Ἀφροδίτην νύκτωρ ἐπιστᾶσάν οἱ τάδε εἰπεῖν·

τί κνώσσεις, μεγάθυμε λέον; νεβροὶ δέ τοι ἐγγύς.

Idem s. v. κνώσσω legitur.

Cic. Tusc. 1. 48. 115: „Simile quiddam est in consolatione Crantoris; ait enim Terinaeum quendam Elysium, quum graviter filii mortem maereret, venisse in psychomantium quaerentem, quae fuisset tantae calamitatis causa; huic in tabellis tris huiusmodi versiculos datos:

Ignaris homines in vita mentibus errant.
Euthynous potitur fatorum numine leto.
Sic fuit utilius finiri ipsique tibique."

Significatur Crantoris περὶ πένθους liber, de quo plura Cic. acad. 4. 44. Diog. La. 4. 5. 27. Indidem Plutarchus hausit cons. ad Apellonium cap. 14 p. 196: τὰ δὲ περὶ τὸν Ἰταλὸν Εὐθύνοον τοιαῦτά φασι γενέσθαι· εἶναι μὲν γὰρ αὐτὸν Ἡλυσίου πατρὸς τοῦ Τεριναίου, τῶν ἐκεῖ πρώτου καὶ ἀρετῇ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ, τελευτῆσαι δ' ἐξαπίνης αἰτίᾳ τινὶ ἀδήλῳ· τὸν οὖν Ἠλύσιον εἰσελθεῖν . ., μήποτ' εἴη φαρμάκοις ἀπολωλώς· . . ἀποροῦντα δέ, ὅτῳ τρόπῳ βάσανον λάβοι τούτων, ἀφικέσθαι ἐπί τι ψυχομαντεῖον. Incubanti ibi umbram filii tabellas tradidisse; in his eum ἰδεῖν ἐγγεγραμμένα τρία ταῦτα·

† ἦρου νήπιε ἠλύσιε φρένες ἀνδρῶν [1].
Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ·
οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν αὐτῷ, οὐδὲ [2] γονεῦσι.

Ταῦτα δή σοι καὶ τὰ τῶν διηγημάτων παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἀναγεγραμμένων.

Apud Philostratum vit. Apoll. 8. 31 p. 370 adolescens quidam narrat se Apollonii Tyanensis umbram vidisse: ἔοικεν ἐμοὶ μόνῳ διαλεξόμενος ἥκειν ὑπὲρ ὧν μὴ ἐπίστευον· ἀκούετ' οὖν οἷα τῷ λόγῳ ἐπιθειάζει·

Ἀθάνατος ψυχή, κοὐ χρῆμα σόν, ἀλλὰ προνοίας (i. e. ἐστίν),
ἣ (scr. ἣ) μετὰ σῶμα μαρανθέν, ἅτ' ἐκ δεσμῶν θοὸς ἵππος,

[1] Ἦ που recte coni. Iunius. φρένες codd. Par. 1671 et 1672, rell. φρένας. Ἠλίσιε edd. vett., ἠλίθιοι Stephanus. Quum facilis fuerit haec corruptio propter similem nominis sonum, et Cicero nomine omisso duo vocabula ignorandi praebeat et saepissime ε pro αι propter pronuntiationem scriptum sit, emendo:

ἦ που νήπιαί εἰσι καὶ ἠλίθιαι φρένες ἀνδρῶν.

[2] Sic scripsi pro οὔτε.

ῥηιδίως προθοροῦσα κεράννυται ἠέρι κούφῳ*,
δεινὴν καὶ πολύτλητον ἀποστέρξασα λατρείην.
σοὶ δὲ τί τῶνδ' ὄφελος, ὁπότ' οὐκέτ' ἐών, τότε δόξεις;
ἢ τί μετὰ ζώοισιν ἐὼν περὶ τῶνδε ματεύεις;

Aelius Aristides orat. sacr. 2 p. 307 Iebb.: ἐπὶ δὲ τὴν ἐν Περγάμῳ καθέδραν ἤλθομεν (Asclepieum). Ἐγκατεκεκλίμην μεταξὺ τῶν τε θυρῶν καὶ τῶν κιγκλίδων τοῦ νεώ.. καί μοι χρῇ ὁ θεὸς τὸ ἔπος τόδε·

ἑσπέριοι δ' ἤκμαζον ἐπὶ κρήναις χλοεραῖσιν.

Idem Aristides sibi, dum incubat, videbatur v. Eur. Phoen. 1 audire:

Ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα. or. sacr. 1 p. 279 Iebb.

Id. ibid. p. 280. 12: ἐδόκουν δὲ καὶ τοὺς παῖδας ᾄδειν τὸ ἀρχαῖον ᾆσμα, οὗ ἡ ἀρχή ἐστι·

Δία τὸν πάντων ὕπατον κλῄζω·

καὶ εἶναι ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ ᾄσματος·

πολὺ γάρ, πολύ μοι τὸ μέσον βιότου,
μέλπειν τε θεούς, ἔν τ' εὐφροσύναις
ἦτορ ἰαίνειν
τοιῷδ' ὑπὸ παιδονόμῳ.

Idem or. sacr. 3 p. 310 se narrat, quum Adrianis incubaret, pueros Alexandrinos audire sibi visum esse cantantes:

Πολλοὺς δ' ἐκ θανάτοιο ἐρύσατο,
ἀστραφέεσσι πύλῃσιν ἐπ' αὐτῇσιν βεβαῶτας
Ἀΐδεω.

ταῦτα δ' ἐστὶ τῶν ἡμετέρων ἐπῶν, ἃ πρῶτα σχεδὸν ἐποιήσαμεν τῷ θεῷ.

Id. or. 4 p. 328. 14: ἦλθε γάρ μοι ἐνύπνιον φράζον τόν τε Παιᾶνα ὡς δέον ποιῆσαι τῷ θεῷ καὶ ἅμα τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, καὶ εἶχεν οὕτω πως· φορμίγγων ἄνακτα Παιᾶνα κλῄσω.

Ibid. 330. 14: Ἧκε δὲ καὶ παρ' Ἀθηνᾶς ὄναρ ὕμνον ἔχον τῆς θεοῦ καὶ ἀρχὴν τοιάνδε·

ἵκεσθε Περγάμῳ νέοι,

καὶ ἕτερον ἐκ Διονύσου, οὗ τὸ ἐπᾳδόμενον ἦν·

χαῖρ', ὦ ἄνα κισσεῦ Διόνυσε.

ᾀδομένου δ' αὐτοῦ καθ' ὕπνον περιέρρει τὰ ὦτα καὶ ἠχὴ θαυμαστή. καὶ ἔδει τὸ γόνυ τὸ δεξιὸν κλίναντα ἱκετεύειν τε καὶ καλεῖν Λύσιον τὸν θεόν. καὶ ἔνεστι ταῦτα ἐν τοῖς ᾄσμασι. καὶ ἕτερον ἧκεν ἐξ αὐτοῦ

* Tzetz. exeges. Il. p. 64 ed. Herm., qui idem oraculum praebet, κούφη, nescio an rectius.

Διός, .. καὶ ἕτερον ἐκ Διονύσου πάλιν, οὐλοκόμην φράζον προσειπεῖν τὸν θεόν. Ὤφθη δὲ καὶ ὁ Ἑρμῆς .. καὶ ᾄδων αὐτὸν καὶ γανύμενος, ὡς ῥᾳδίως τε καὶ τὰ προσήκοντα εἰρηκὼς ἀφυπνιζόμην . . Πλεῖστα δὲ εἰς Ἀπόλλω τε καὶ Ἀσκληπιὸν ἐποιήθη κατὰ τὰς τῶν ὀνειράτων ἐπιπνοίας, καὶ τούτων τὰ πολλὰ σχεδὸν ἀπὸ μνήμης οὑτωσί, ὁπότε αἰωροίμην ἐπὶ τοῦ ζεύγους ἢ καὶ βαδίζοιμι . . Καὶ δὴ καὶ Μακεδόνι ἀνδρὶ ἑνὶ τῶν συμφοιτητῶν ὄναρ γίγνεται . . ἐδόκει γὰρ ᾄδειν ἐμὸν παιᾶνα, ἐν ᾧ ταύτην τὴν πρόσρησιν εἶναι·

ἰὴ Παιάν, Ἥρακλες, Ἀσκληπιέ.

Ibid. p. 332 περὶ τὴν ἕω καὶ ἔτι θᾶττον ἀφικνεῖται θεῖον ἐπίγραμμα ἔχον οὑτωσί·

οὐκ ἀφανὴς Ἕλλησιν Ἀριστείδης ἀνέθηκε
μύθων ἀενάων κύδιμος ἡνίοχος.

. . . εὐθὺς οὖν εἰχόμην ἀπρὶξ τοῦ ἐπιγράμματος ἔν τε τῷ ὕπνῳ γανύμενος καὶ ἔτι ἀφυπνιζόμενος, ἐκμελετῶν . . . μὴ λάθῃ με διαφυγόν.

Ibid. 342. 18 ὄναρ δ' ἐπιστὰν περὶ τὴν ἕω τοσοῦτον ἔφραζε·

Κάδμου πολῖται, χρὴ λέγειν τὰ καίρια (Aesch. Sept. 1).

Ibid. or. 3 p. 312: ἐπελθούσης τῆς νυκτός, τῷ μὲν Ζωσίμῳ (incubanti Aristidis iussu in Apollinis Clarii templo) γίγνεται τόδε τὸ μαντεῖον φέρον εἰς ἐμέ·

Ἰήσεταί σε νοῦσον ἠδ' ἀκέσσεται
Ἀσκληπιός, πόλισμα Τηλέφου κλυτὸν
τιμῶν, Καΐκου ναμάτων οὐ τηλόθεν.

Significatur Pergamum, ad Caicum fl. in Mysia situm, quo quum Auge, Telephi mater, ad Teuthrantem regem confugisset, sepulcrum nacta est, quod vidit Pausanias (8. 4. 6).

De oraculo iamb. Delphico, quod idem Aristides per somnium audivit, in cap. praec. p. 70 dixi.

Omnino incubantibus deorum medicorum oracula dari visa esse constat. Cf. Sprengelii Gesch. der Medicin I p. 107; Thorlacii opusc. 3 p. 125 sqq. (de somniis Serapicis); Alfr. Maury révue de philologie I p. 450. Aug. Gauthier recherches hist. sur l'exercice de la médecine dans les temples chez les peuples de l'antiquité. Paris et Lyon. 1844. Horum igitur oraculorum praeter ea, quae modo ex Aristide attulimus, alia quoque vincta oratione procedunt, velut

Χρησμὸς δοθεὶς Τιμοκράτῃ Ἀθηναίῳ ἐρωτήσαντι περὶ ἐπιληψίας

in anthol. Palat. 14. 149. Qui Timocrates fortasse medicus fuit a Galeno pharmac. local. V. cap. 5 et 7 tom. II. p. 228 et 236, atque ab Aëtio quatern. 2 serm. 4 cap. 35 nominatus.

Μεῖζον ἀειράμενος κεφαλῆς ποιμνήιον εὐλήν,
μηκάδος ἀγρονόμοιο δέμας περικάββαλε μήλου,
ἑρπηστὰν πολύπλαγκτον εὐρρήνου ἀπὸ κόρσης.

Scholiasta: Τοῦτον τὸν χρησμὸν διεσάφισε (scr. φη) Θεόγνωστος ὁ Δημοκρήτειος (scr. κρίτ) ϟη' ἔτος ἐλαύνων (nonagesimum octavum annum agens) οὕτως· τῶν ἐν τοῖς ποιμνίοις αἰγῶν φυσικῶς φησιν ἔγκυος γίνεται ἡ κεφαλὴ κατὰ τὴν τοῦ ἐγκεφάλου βάσιν πολλῶν σκωλήκων· ἐπερχομένῳ (scr. -μένου)δὲ πταρμῷ (scr. -μοῦ) τῷ ζώῳ, ἐπαλλάττονται (Iacobs recte ἀπαλλ. coni.) πολλοὶ ἐκ τῶν ῥωθῶν (scr. ῥωθώνων, e naribus) τῆς αἰγὸς σκώληκες. χρὴ οὖν ὑποστορέσαντα ἱμάτιον διὰ τὸ μὴ ἅψασθαι τῆς γῆς τοὺς σκώληκας, λαβεῖν ά ή γ (sic) καὶ ἐνδήσαντα εἰς δέρμα μέλανος προβάτου, ἐξάψαι α π α λ α δ ο (sic) δ ε ι ρ (ς est supra λ et ρ), καὶ ἔστι ἀντιπαθὲς τῆς νόσου.

Versum igitur primum Theognostus non ita intellexit, ut vermis supra caput s. altius quam caput est, tolleretur, sed caput caprinum pluresque vermes dici censuit. Numerus quidem medius aperte corruptus est: decussis enim aut centuria opus est. Quia scholiasta scripsit Δημοκρήτειος, ι pro η coniicio; oraculum ita emendo:

Μεῖζον' ἀ. κ. ποιμνηίου εὐλὴν
μηκάδος, ἀ. δ. π. μ.

Μείζονα εὐλήν schol. male videtur intellexisse, quasi sensu collectivo πλείονας εὐλάς significaret. At major vermis capi jubebatur.

Ultimus oraculi versus aperte mutilus est; sed quum in scholio extremo reliquiae quaedam poeticae servatae sint, suppleo

Αἴ κε τόδ' ἐξαφθῇ s. εἰ τοῦτ' ἐξάψειας (◡) ◡ – ἀπαλῆς ἀπὸ δειρῆς,
ἕρπητ' ἂν πολύπλαγκτον ἐωρήσαι ἀπὸ κόρσης,

i. e. lana, si nectatur, morbum, qui totum corpus permeat, a capite dimoveat, — in temporibus videlicet medicus morbi illius causam posuit. Qui si forte aegroto medebatur, lana hoc fecit circa collum posita, non vermibus. At redeamus ab istis nugis ad historiam.

Caracalla incubans in Aesculapii templo Pergameno oracula

multa accepit. Herodian. 4. 8. 8. Quem vero ibi imperator sibi visus est audire hexametrum

Τηλεφίης γαίης ἐπιβήσεται Αὐσόνιος θήρ,

eum animi causa nescio quis finxerat. Cass. Dio exc. Vat. 115 p. 230 Mai. Cf. Cass. Dionis 77. 15 p. 1307 extr. R.

Aedesius Cappadox, Platonicus, septem hexametros per somnium accepit. Eunap. vit. Aedes. 27 p. 49: Καταφυγὼν δὲ ἐπί τινα μαντείαν — αὕτη δὲ ἦν δι' ὀνείρατος — ὁ μὲν θεὸς . . ἔχρησεν ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τάδε . . εὗρον τὸν χρησμὸν ἐπὶ τῆς χειρὸς γεγραμμένον. ἔστι δὲ οὗτος·

Δοιῶν μοιράων[1] ἐπὶ νήμασι νήματα κεῖται
εἵνεκα σῆς βιοτῆς. εἰ μὲν πτολίεθρ' ἀγαπάζοις
ἄστεά τ' αὖ φωτῶν, καί σοι κλέος ἄφθιτον ἔσται,
ἀνδρῶν ποιμαίνοντι νέων θεοείκελον ὁρμήν[2].
ἣν[3] δ' αὖ ποιμαίνῃς μήλων νομὸν ἠδ' ἔτι ταύρων,
δὴ πότε[4] σαυτὸν ἔελπε συνήορα[5] καὶ μακάρεσσιν
ἔμμεναι ἀθανάτοισι. λίνον δέ τοι ὧδε νένευκεν.

Zosimus 3. 9: Iuliano Apostatae ἐν Βιέννῃ διατρίβοντι κατ' ὄναρ ὁ Ἥλιος ἐδόκει δεικνύναι τοὺς ἀστέρας αὐτῷ, λέγειν τε ταῦτα τὰ ἔπη·

Ζεὺς ὅταν εἰς πλατὺ τέρμα πέλῃ κλυτοῦ ὑδοχόοιο,
παρθενικῆς δὲ Κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέντε
εἰκοστῇ, βασιλεὺς Κωνστάντιος Ἀσίδος αἴης
τέρμα φίλου βιότου στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

Latum aquarii sidus propter brachia. De quo Arat. phaen. 283: πὰρ δ' ἄρα οἱ κεφαλῇ χεὶρ ὑδροχόοιο δεξιτερὴ τετάνυσθ' .. 389: ἄλλοι δὲ σποράδην ἐπικείμενοι Ὑδροχοῆι . . ἠερέθονται νωχελέες καὶ ἀνώνυμοι . . . τοὺς πάντας καλέουσιν Ὕδωρ. Tenet Iuppiter dies huius signi decimum quartum usque ad vicesimum. Dorotheus v. 57 ed. Koechly: Ὑδροχόος ἑπτὰ δὲ τὰς προτέρας Ἑρμῆς λάχεν, εἶτα μετ' αὐτὸν ἓξ μοίρας Κύπρις· Φαέθων (i. e. Iuppiter) μετέπειτα λάχ' ἑπτά. -- Παρθενική pro substantivo non solum ap. poëtas novitios; eius signi Saturnus Dorotheo auctore v. 42 πυμάτας δύο ἔλλαχε μοίρας. Mortuus est Constantius a. d. III Non. Octobr. a. 361 sec.

[1] Boisson. in ed. 2. Paris. a. 1849 Μοιράων minus bene. Nam Parcae tres, sortes Eunapii duae.

[2] Adolescentium praeceptori.

[3] scr. ἦν. [4] scr. τότε. [5] συνήωρ novitia forma pro συνήορος

Ammian. Marc. 21. 15. 3, secundum Socratem hist. eccl. 2. 47 aliosque a. d. III Id. Novembr.

Idem oraculum ap. Zonaram 13. 11, qui μοίρης...πέμπτης εἰκοστῆς praebet, et ap. Ammian. Marcell. 21. 2. 2, qui μόλῃ pro πέλῃ legit et πέμπτῃ, fort. μοίρης, quo nos cod. Colb. perducit.

Zonaras ann. 13. 15. tom. 2 p. 31 ed. Paris.: Καὶ ἐν ὀνείρῳ δὲ ἐθεάσατο ὁ Οὐάλης ἄνδρα τινὰ λέγοντα αὐτῷ·

τάχος βάδιζε πρὸς Μίμαντα τὸν μέγαν,
ἔνθα μόρος σε δεινὸς ἁρπάσει, τάλαν.

Idem Cedrenus 313 d. 549 Bekk. Nescio, utrum codices an poëtam Byzantinum corrigam, si ἔνθ' ἂν — ἁρπάσαι sive ὅπου pro ἔνθα scripserim. Mortem Valens ad promontorium illud occubuit.

Proculus, auctore Marino in eius vitae cap. 28, ἔδοξεν ἔτος ἄγων τετταρακοστὸν ὄναρ λέγειν αὐτὸς ἔπη τοιαῦτα·

ἔνθ' ὑπερουρανίη πωτάσκεται ἄμβροτος αἴγλη
πηγαίης προθοροῦσα πυρισμαράγου θιασείης,

καὶ δευτέρου δὲ ἔτους ἀρξάμενος ἐπὶ τοῖς τετταράκοντα κεκραγὼς ἐδόκει λέγειν ταῦτα·

ψυχή μοι πνείουσα πυρὸς μένος εἰλήλουθεν,
καὶ νόον ἀμπετάσασα πρὸς αἰθέρα πυρσοέλικτος
ὄρνυται, ἀθανάτης τε βρέμει πολυτειρέα κύκλα.

Duorum somniorum fama Constantinopoli increbuit, quae numeris politicis scripta Tzetzes tradit in chiliadibus:

Οὐαί σοι, ὦ ἑπτάλοφε, ὅτι οὐ χιλιάσεις

V. 656. 662. 671. 678, et alterum, cui primus amphibrachys deest:

βοῦς βοήσει τε, καὶ ταῦρος δὲ θρηνήσει

v. 617. 641. 659. 668. 677. — A somniis ad

umbras evocatas

procedo. Cassius Dio 77. 15. Caracalla ἐψυχαγώγησε μὲν... ἄλλας τέ τινας καὶ τὴν τοῦ πατρὸς τοῦ τε Κομμόδου ψυχήν· εἶπε δ' οὖν οὐδεὶς αὐτῷ οὐδέν, πλὴν τοῦ Κομμόδου. Ἔφη γὰρ ταῦτα·

βαῖνε δίκης ἆσσον, θεοὶ ἣν αἰτοῦσι Σεβήρῳ[1].

εἶθ' ἕτερόν τι, καὶ ἐπὶ τελευτῆς

[1] Verba θεοῦ δίκης α. Σ. Xiphilinus adiecit, quae ex Fabricii emendatione edidi.

κρυφίοισι τόποισιν ἔχων δυσεπαλθέα[1] νοῦσον.

Rem, non ipsos versus, Herodianus tradit 4. 12. 3.

Ultro apparuit umbra Buplagi, praefecti alarum Syriacarum, qui pro Antiocho M. dimicans a Romanis ad Thermopylas interfectus est. Huius igitur umbram Romanis quinque hexametros cecinisse Phlego Trallianus mirabb. 3 (Westerm. paradoxogr. p. 126) tradit, auctore usus Antisthene Peripatetico. Et ut Orphei caput abscissum in Lesbo insula vaticinari narrabant (Philostr. heroic. VI. 4), ita P. Acilii Glabrionis caput Antiocho M. ad Thermopylas victo duodecim hexametros oraculi causa edidisse idem ille Phlego refert ex Antisthene (Westerm. parad. p. 130), ex Hierone Alexandrino autem s. Ephesio triginta hexametros repetit, quos in Aetolia infantis caput quondam protulerit (ibid. cap. 2 p. 124). De oraculis, quae posterioribus temporibus ex lapidibus petita ferebantur, commentationis de novissima oraculorum aetate p. 51 sq. dixi.

Scilicet non dii tantum evocati umbraeque, sed etiam annuli poëtae fuerunt apud Graecos. Cuius rei πολυθρύλητον est exemplum apud Ammian. Marc. 29. 1. 29. Graeci enim philosophi quidam a. 371, quum de Valentis Imperatoris successore certiores fieri studerent, mensam „ad cortinae similitudinem Delphicae“ constructam artibus arcanis moverunt, postquam in lances rotundae ambitu viginti quattuor elementa scripserunt. „Hanc[2] linteis quidam indumentis amictus... supersistit cortinulae,[3] pensilem annulum librans, aptum[4] ex carbasio[5] filo perquam levi... qui per intervalla distincta retinentibus singulis litteris incidens saltuatim, heroos efficit versus interrogationibus consonos, ad numeros et modos plene conclusos, qua-

[1] Sic scripsi pro δυσαλθέα. Ἐπαλθής certe aliquoties legitur. Hieronym. Wolf. transponit: τ. ἔ. κ. δ. ν.

[2] Sic Lindenbr. recte pro hac.

[3] Vulgo „supersistit: cortinulis pensilem ..“ Codd. praebent cortinules et cortinulas et lacunam ante pensilem; itaque fort. scr. cortinae supra dictae vel tale quid.

[4] Vulgo sartum, codd. arctum. Wagner quum alia coniicit, tum aptum, quod Kaercher comment. Lycei Carlsruh. a. 1854 p. 21 explicat filo annexo dependentem. Ipse Kaercher artum praefert, quod idem significet, dummodo ab arendo ducatur.

[5] Sic Valesius pro Carpathio.

les leguntur Pythici vel ex oraculis editi Branchidarum... Post haec interrogati, an ex fide sortium, quas agitabant ea praescierint, quae sustinerent, versus illos notissimos edidere... quorum tres ponere sufficiet ultimos:

οὐ μὰν νηποινί γε σὸν ἔσσεται αἷμα· καὶ αὐτοῖς
Τισιφόνη βαρύμηνις ἐφοπλίσσει[1] κακὸν οἶτον,
ἐν πεδίοισι Μίμαντος ἀλαλκομένοισιν Ἄρηα[2].

Ex his omnibus apparet, non Delphici tantum similiumque oraculorum fuisse versibus vaticinari, sed latius orationem vinctam patuisse; populi illius canori animos ne per somnum quidem et noctem a poësi recessisse; vel praestigiatores et mathematicos facere non potuisse, quin versus numinibns evocatis supponerent. Quare mirum non videbitur, si Porphyrius iis quoque numinibus, quae verba fundere die in templis publicis credita non sint, oracula eiusmodi tribuerit: de horum autem oraculorum numeris ex solemni divinatione Apollinea coniectura fieri non debet.

CAPUT VII.

DE ORACULORUM PORPHYRII FIDE.

Tandem fundamenta iacta esse nobis videntur, quibus niti possit de fide oraculorum a Porphyrio allatorum iudicium. Multi fuerunt scriptores, ex quibus ea haurire posset philosophus; ne illo quidem tempore deorum adyta silebant; vel evocatorum numinum responsa oratione vincta procedere credebantur et collecta ferebantur; ne ea quidem metra, quae ab Apollineis oraculis aliena erant, ab somniis evocationibusque abhorrebant.

At ipsum Porphyrium omnia finxisse Augustinus insimulat de civ. dei 19. 23. 2: „Viderit, quid de Christo vates mendax Apollinis (apud Porph. in libro de oraculis) dixerit atque iste (Porph.) credi-

[1] Vulg. ἐφοτάσσει, cod. Flor. ἐφοπαήσει, Gronov. inde coni. ἐφοπλίσει.
[2] Sic God. Hermannus. Codd. αιλα καιομένοις κάρ et αι λεομενο καρ. Casaub. coniecerat ἀλαλκομένη σέο κῆρας.

derit, aut fortasse vatem, quod non dixit, dixisse iste ipse confinxerit. §. 3. Quis ita stultus est, ut non intelligat, aut ab homine callido eoque Christianis inimicissimo haec oracula fuisse conficta, aut consilio simili ab impuris daemonibus ista fuisse responsa. §. 4. Sane Christum laudans vel Porphyrius vel Hecate..." Equidem vero non dubito, quin Porphyrius fallere noluerit. Namque iurat in librorum exordio, se oracula non mutavisse, nisi ubi lectio corrupta metrumve mancum flagitaret; veracem eum moribusque integrum fuisse veteres praedicant; quanta cura et paene sollicitudine veritatem quaesiverit, capite 2, praesertim p. 37, ostendi; quae spuria esse intellexerat, ea impugnabat (p. 28). Sed credulus erat. Eruditionem eius non solum Platonici omnes, sed etiam Eusebius (pr. ev. 10. 9 al.) et Augustinus (de civ. dei 10, 32. 19, 22) magnis laudibus efferunt et ipsa viri scripta omnia demonstrant; in eodem vero iudicii aciem vel Iamblichus et Proculus et Eunapius desiderabant; ex alieno magis quam ex suo iudicio stetisse etiam ab Romanis existimabatur (Eunap. vit. Porph. p. 456. 51 sqq. ed. Boiss. 2). Quid igitur mirum, si aliorum fraudes ei imponebant? Genuina esse credebat Orphica carmina, genuinum Sanchoniathonis librum (Euseb. pr. ev. I 9, X 11), quem ab Herennio Philone fictum esse Movers de Phoenicibus I p. 125–29 demonstravit; genuina Aristotelis zetemata, quae spuria esse a Lehrsio Aristarchi p. 227 et Val. Rosio de Aristot. libr. ord. et auctoritate (Berol. 1854) p. 69 intellecta sunt, genuinam (Porph. vit. Pyth. cap. 2) Pythagorae vitam, quam Apollonius Tyanensis a Trophonio sibi datam esse praedicaverat (Philostr. vit. Apoll. 8. 19. 3). Sacra praesertim carmina et arcanae philosophiae libri iamdudum et diis et vatibus priscis supposita erant. Clemens Al. strom. 1. 21. 131: Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι . . καὶ τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσαῖον χρησμοὺς Ὀνομακρίτου εἶναι λέγουσι, τὸν Κρᾶτηρα δὲ τὸν Ὀρφέως Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου, τήν τε εἰς Ἅιδου κατάβασιν Προδίκου τοῦ Σαμίου. Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς τριγράμμοις (emendatur τριαγμοῖς coll. Diog. La. 8. 8) καὶ Πυθαγόραν (Ion dicere debebat Pythagoreum quendam) εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινα ἱστορεῖ. Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως Κέρκωπος εἶναι λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν εἰς Ἅιδου κατάβασιν καὶ τὸν ἱερὸν λόγον, τὸν δὲ πέπλον καὶ τὰ

φυσικὰ Βροντίνου. 133: φασὶ δὲ τὴν Μόψου καλουμένην μαντικὴν συντάξαι τὸν Κυρηναῖον Βάττον. Plutarchus de Pyth. 25 p. 407 b: Ὀνομάκριτοι δ' ἐκεῖνοι καὶ προδόται καὶ Κινέσωνες (recte Botzon ad calcem quaestt. mimicarum, comm. inaug. Berol. a. 1852 Πρόδικοι καὶ Κιναίθωνες*) ὅσην αἰτίαν ἠνέγκαντο ἐπὶ τῶν χρησμῶν, ὡς τραγῳδίαν αὐτοῖς καὶ ὄγκον οὐδὲν δεομένοις προσθέντες, ἐῶ λέγειν. Clem. strom. 1. 15. 69: Ζωροάστρην δὲ τὸν Μάγον τὸν Πέρσην ὁ Πυθαγόρας ἐζήλωσεν· βίβλους ἀποκρύφους τοῦ ἀνδρὸς τοῦδε οἱ τὴν Προδίκου μετιόντες αἵρεσιν αὐχοῦσι κεκτῆσθαι. Plin. n. h. 30. 2: „Democritus Apollobechen Coptiten et Dardanum e Phoenice inlustravit, voluminibus Dardani in sepulchrum eius petitis" (quis non meminerit Bentleii de libris defossis facetiarum?), „suis vero ex disciplina eorum editis." Addit esse „qui haec eius esse opera inficientur." Graeci, Iudaei, Christiani Sibyllis praedicta supponebant. Feraces erant istarum fraudium quum aliae Christianorum sectae, tum Gnostica. Epiphan. haeres. 6 (26) cap. 1: βίβλους πλάττουσι Νωρίαν τινὰ βίβλον καλοῦντες καὶ ἐξ ὑπονοίας Ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας μεταποιοῦντες τὴν παρ' αὐτοῖς Ἕλλησι μυθώδη ῥαψῳδίαν καὶ φαντασίαν, οὕτω τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ προσπλέκουσι . . ταύτην γάρ φασι τὴν Νωρίαν εἶναι τοῦ Νῶε γυναῖκα. Cap. 2: ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν πάλιν ἐπίπλαστον εἰσάγουσιν ἀγώγιμόν τι ποίημα, ᾧ ποιητεύματι ἐπέθεντο ὄνομα, εὐαγγέλιον τοῦτο φάσκοντες . . ἄλλοι δὲ οὐκ αἰσχύνονται λέγοντες εὐαγγέλιον Εὔας. Cap. 8: habuisse eos ἐρωτήσεις Μαρίας et ἀποκαλύψεις τοῦ Ἀδάμ.

Haec pauca ex permultis. Tot igitur ex fontibus quum Porphyrii oracula redundare potuerint, ex singulorum argumento et ratione iudicium faciendum est. Quum vero suo quodque loco tractem, hic satis habeo, cuius generis singula oracula esse videantur, paucis significare. Ac primum quidem fusa esse in templis arbitror oracula Apollinis Didymaei ap. Euseb. praep. evang. ed. Vigeri p. 190 b, 192 a, 204 d, oracula Apollinis ibidem p. 237 a, 238 b d, et ap. Augustin. de civ. dei 19. 23. 1, Apollinis aut Aesculapii

* Cinaethon Heracleam scripsit, carmen epicum. Sch. Apoll. Rhod. 1. 1357 et, ubi nomen in Κόνων corruptum est, 1165. Posterioris scholii fontem versum esse a schol. Pind. Nem. 3. 38 traditum perspexit Meinekius in Athenaeum spec. 1 p. 12.

praep. ev. p. 237 c d; Sarapidis ibid. p. 201 b. Ultima duo potuerunt dari incubantibus. Evocationum causa fictas esse has vaticinationes existimo: Hecates praep. ev. 175 c, 191 b, 193 c–194 b, 200 b–d, 201 c, 203 d; apud eundem Euseb. demonstr. evang. 3. 6 et apud Augustinum de civ. dei 19. 23. 2; apud Philoponum de mundi creat. 4. 20; Apollinis praep. ev. 168 b, 194 c d, 195 c–196 d, 202 b c, 241 a d; tum Aesculapii praep. ev. 124 a, Sarapidis ap. Firmicum Maternum cap. 13, Mercurii praep. ev. 124 a, Fauni ibid. 202 d, nescio cuius ibid. 194 b, 241 d. Hymnos deorum nomine a poëtis ludi, non fraudis causa compositos puto Apollinis et Fauni ibid. 123 d et 124 b coll. 201 c. Graeci rerum divinarum periti Apollini oraculum de sacrificiis ibid. 145 b, Fauno oraculum de simulacro Hecates ibid. 202 d supposuerunt; Graeci orientis philosophia imbuti videntur versus ibidem 412 d et in codice Neapolitano scriptos finxisse, Pythagoreus aliquis oraculum de divinatione ap. Euseb. pr. ev. 194 d, Platonicus oraculum Apollini Didymaeo subditum ap. Lactant. instit. 7. 13. 5, Iudaeus oracula ap. eundem de ira 23. 12 et Augustinum de civ. dei 19. 23, et duo ab Eusebio pr. ev. 413 c d allata. Nullum repperi, quod a Christiano fictum esse videatur.

CAPUT VIII.

DE CODICIBUS.

Vel ex oraculorum, quem modo dedi, indice apparet, plerasque commentationis reliquias Eusebii praeparatione evangelica esse servatas. Quare primum codices describam, quibus Thomas Gaisfordius, vir de litteris Graecis optime meritus, cuius mortem recentem universa doctorum familia luget atque deplorat, in editione Oxoniensi usus est, a. 1843 quattuor tomis ch. 8 prolata.

A. Paris. bibl. reg. num 451 membr. anno 914 pro Aretha Caesareae (Cappadocum) Archiepisc. a Baane scriptus. Continet lib. 1–5. Deest initium usque ad cap. 3. p. 7 a 5. Vig. ἡμῖν ἡ μετὰ

χεῖρας et lib. II cap. 3. p. 63 a. 11. τολμήσας usque ad p. 74 d 11. ἀποφηναμένων.

H. Venetus bibl. Marc. num. 343 membr. saec. XI. ex A descriptus. Librum 1–5 continet.

B. Paris. bibl. reg. n. 465. bomb. saec. XIII. a Longiuo quodam scriptus. Incipit a I cap. 7 p. 19 a. loco ex Diodori I 6 allato. Desunt quum alia multa, tum totus liber XII.

C. Paris. bibl. reg. n. 466 membr. saec. XIV exeuntis, integer, pulcherrimus. Is fuit Rich. Montacutii codex, quorum lectt. cum Vigero communicavit Morellus, bibl. Paris. praefectus. Nam XV 22, ubi rell. codd. omnes lacunosi sunt, C. adiicit p. 832 Viger. ἀγνοοῦσιν ὡς καὶ . . ταῦτα ἐργάζεται . . . περὶ ψυχήν, . . . ἃ δύναται et 833 b 9 ἡ ψυχὴ διῆλθε et 834 a 11 οὐ inter ὃ et δύναμαι et 834 c 4. τὸ κρεῖττον, καὶ ἑτέραν φύσιν ἔχον σώματος καὶ ἐνεργείᾳ ὂν ἀεί· πρότερον ἄρα, quae exciderant, quia ἄρα etiam praecedit. Eadem autem Vigerus ex Montacutii codice se recepisse tradit. — Ex quo codice ductus videtur, ita tamen, ut lacunosus sit

G. Florent. bibl. Laur. plut. 6 n. 9 chart. saec. 14, ex hoc porro

F. Florent. bibl. Laur. plut. 6 n. 6 membr. saec. 15.

Multo differunt a rell. omnibus IE.

I. Venet. bibl. Marc. n. 341 chart. saec. 15 continens libros 1–15. — Gaisfordius libros decem posteriores tantum conferendos curavit. Ex I. descriptus est

E. Paris. bibl. reg. n. 468 chart., recens. Hic alter eorum codicum est, quos Vigerus contulit, quum praeparationem evangelicam ederet. Ait enim in praef.: „duos ex bibl. regia (Parisina) ms. codd. accepimus, quorum altero Stephanus in Graeca editione usus videtur, alterum ei saepe dissimillimum repperi.“ Congruit autem cum E, reliquis libris discrepantibus, alter Vigeri codex his locis p. 1. a. lin. 8 Vig. θεῖον (rell. θείων); III 10. 10. p. 105 b 1. cum uno E om. καὶ ἀέρος. III 13. 6 pag. 118 c 5. χρὴ (rell. χρῆν); IV 10. 6 p. 147. b. 1 χολεύει (rell. λοχεύει); V 1. p. 178 d. 1 γνώσεως (rell. γνῶσιν); VII 4 p. 303. b. 3 ἐκλεκτὸν (ita EI; rell. ἱερὸν); VII 22 p. 339. b. 5 ποιητὴς (ita EI; rell. ποιότης); X 11 p. 492 b. 10 περὶ (ita EI; rell. πρὸ); VIII 11 p. 381. a. 2 ἐκλαλεῖ (ita EI; rell. ἐκκαλεῖ); V 15 p. 204 b 7 ταῖς εἰς – πρᾶξιν προηυτρεπισμέναις ψυχαῖς

praep. ev. p. 237 c d; Sarapidis ibid. p. 201 b. Ultima duo potuerunt dari incubantibus. Evocationum causa fictas esse has vaticinationes existimo: Hecates praep. ev. 175 c, 191 b, 193 c–194 b, 200 b–d, 201 c, 203 d; apud eundem Euseb. demonstr. evang. 3. 6 et apud Augustinum de civ. dei 19. 23. 2; apud Philoponum de mundi creat. 4. 20; Apollinis praep. ev. 168 b, 194 c d, 195 c–196 d, 202 b c, 241 a d; tum Aesculapii praep. ev. 124 a, Sarapidis ap. Firmicum Maternum cap. 13, Mercurii praep. ev. 124 a, Fauni ibid. 202 d, nescio cuius ibid. 194 b, 241 d. Hymnos deorum nomine a poëtis ludi, non fraudis causa compositos puto Apollinis et Fauni ibid. 123 d et 124 b coll. 201 c. Graeci rerum divinarum periti Apollini oraculum de sacrificiis ibid. 145 b, Fauno oraculum de simulacro Hecates ibid. 202 d supposuerunt; Graeci orientis philosophia imbuti videntur versus ibidem 412 d et in codice Neapolitano scriptos finxisse, Pythagoreus aliquis oraculum de divinatione ap. Euseb. pr. ev. 194 d, Platonicus oraculum Apollini Didymaeo subditum ap. Lactant. instit. 7. 13. 5, Iudaeus oracula ap. eundem de ira 23. 12 et Augustinum de civ. dei 19. 23, et duo ab Eusebio pr. ev. 413 c d allata. Nullum repperi, quod a Christiano fictum esse videatur.

CAPUT VIII.

DE CODICIBUS.

Vel ex oraculorum, quem modo dedi, indice apparet, plerasque commentationis reliquias Eusebii praeparatione evangelica esse servatas. Quare primum codices describam, quibus Thomas Gaisfordius, vir de litteris Graecis optime meritus, cuius mortem recentem universa doctorum familia luget atque deplorat, in editione Oxoniensi usus est, a. 1843 quattuor tomis ch. 8 prolata.

A. Paris. bibl. reg. num 451 membr. anno 914 pro Aretha Caesareae (Cappadocum) Archiepisc. a Baane scriptus. Continet lib. 1–5. Deest initium usque ad cap. 3. p. 7 a 5. Vig. ἡμῖν ἡ μετὰ

χεῖρας et lib. II cap. 3. p. 63 a. 11. τολμήσας usque ad p. 74 d 11. ἀποφηναμένων.

H. Venetus bibl. Marc. num. 343 membr. saec. XI. ex A descriptus. Librum 1–5 continet.

B. Paris. bibl. reg. n. 465. bomb. saec. XIII. a Longino quodam scriptus. Incipit a I cap. 7 p. 19 a. loco ex Diodori I 6 allato. Desunt quum alia multa, tum totus liber XII.

C. Paris. bibl. reg. n. 466 membr. saec. XIV exeuntis, integer, pulcherrimus. Is fuit Rich. Montacutii codex, quorum lectt. cum Vigero communicavit Morelius, bibl. Paris. praefectus. Nam XV 22, ubi rell. codd. omnes lacunosi sunt, C. adiicit p. 832 Viger. ἀγνοοῦσιν ὡς καὶ . . ταῦτα ἐργάζεται . . . περὶ ψυχήν, . . . ἃ δύναται et 833 b 9 ἡ ψυχὴ διῆλθε et 834 a 11 οὐ inter ὃ et δύναμαι et 834 c 4. τὸ κρεῖττον, καὶ ἑτέραν φύσιν ἔχον σώματος καὶ ἐνεργείᾳ ὂν ἀεί· πρότερον ἄρα, quae exciderant, quia ἄρα etiam praecedit. Eadem autem Vigerus ex Montacutii codice se recepisse tradit. — Ex quo codice ductus videtur, ita tamen, ut lacunosus sit

G. Florent. bibl. Laur. plut. 6 n. 9 chart. saec. 14, ex hoc porro

F. Florent. bibl. Laur. plut. 6 n. 6 membr. saec. 15.

Multo differunt a rell. omnibus IE.

I. Venet. bibl. Marc. n. 341 chart. saec. 15 continens libros 1–15. — Gaisfordius libros decem posteriores tantum conferendos curavit. Ex I. descriptus est

E. Paris. bibl. reg. n. 468 chart., recens. Hic alter eorum codicum est, quos Vigerus contulit, quum praeparationem evangelicam ederet. Ait enim in praef.: „duos ex bibl. regia (Parisina) ms. codd. accepimus, quorum altero Stephanus in Graeca editione usus videtur, alterum ei saepe dissimillimum repperi.“ Congruit autem cum E, reliquis libris discrepantibus, alter Vigeri codex his locis p. 1. a. lin. 8 Vig. θεῖον (rell. θείων); III 10. 10. p. 105 b 1. cum uno E om. καὶ ἀέρος. III 13. 6 pag. 118 c 5. χρὴ (rell. χρῆν); IV 10. 6 p. 147. b. 1 χολεύει (rell. λοχεύει); V 1. p. 178 d. 1 γνώσεως (rell. γνῶσιν); VII 4 p. 303. b. 3 ἐκλεκτὸν (ita E I; rell. ἱερὸν); VII 22 p. 339. b. 5 ποιητὴς (ita E I; rell. ποιότης); X 11 p. 492 b. 10 περὶ (ita E I; rell. πρὸ); VIII 11 p. 381. a. 2 ἐκλαλεῖ (ita E I; rell. ἐκκαλεῖ); V 15 p. 204 b 7 ταῖς εἰς–πρᾶξιν προηυτρεπισμέναις ψυχαῖς

(ita E et S; rell. τῶν εἰς — ψυχὴν προηυτρεπισμένων); VIII 8 p. 365 d 2 ἄλλων ἱερέων (ita E I V; rell. συνιερέων sine ἄλλων). III 14. 13 p. 125 lin. 1 καὶ ὅτι (pro ὅτι δὲ) cum E A H.

D. Paris. bibl. reg. n. 467 chart. recens, quem perexiguae auctoritatis esse Gaisfordius censet.

AHBC cum editione Stephani, FGDE cum ed. Vigeri collati sunt, partim ab E. Millero.

V. Collatio ex bibliotheca Vossii repetita, fortasse Goldasti. De qua Gaisf. ad catal. bibl. Luzac. Lugd. Bat. 1811. no. 52 nos refert.

S. Sylloge variarum lectt. H. St. cuiusdam anno 1725 in codice Musei Britannici Harleiano no. 3571 f. 75 facta, partim ex codice Cardinalis S. Crucis, i. e. Marcelli Papae. Utramque hanc collationem eorumdem esse codicum, neque aliorum atque eorum, quibus ipse usus sit, Gaisfordius censet.

Identidem Gaisf. Toupii notulas ex schedis in tabulario delegatorum typographei academici Oxon. servatis et Scaligeri Vossiique notas criticas ex eorum exemplaribus in bibl. Lugd. Bat. servatis attulit.

Postquam praeparationis libri XIV priores latine Georgii Trapezuntii praesertim interpretatione admodum interpolata, dedicata Nicolao V Pont. Max. a. 1480, innotuerunt, deinde liber XV latine conversus Hopperi opera, primus Rob. Stephanus graece edidit Paris. 1844 forma max., tum ibidem eadem forma Franc. Vigerus (Vigier) Rothomagensis, soc. Iesu presbyter, cum expl. crit. et histor. et cum nova interpretatione latina. Iterata est editio Colon. a 1688. „Observationes de rebus difficilioribus“ quod editioni non adiunxerit, in praefatione excusat. Quamvis aliquoties ad eas in explicatione provocasset, tamen nunquam eas edidit. Duobus codicibus imprimis utebatur; horum alterum Gaisfordii E esse demonstravi, alterum D esse puto. Namque ut solus D hic codex praebet X cap. 11 p. 492 c 11 εἰκὸς γὰρ ψευδῆ pro δυνατὸν γὰρ παντὶ ψευδεῖς et IX 3 p. 405 c 2 ἀκώλυτος pro ἀκωλύτως et III 3, 2 p. 88 c 2 πλεῖστα, ubi rell. πλείστην, et IV 1, 8 p. 131 b 6 ἄλλως. Ita V 22 p. 213 c 2 φθορᾶς D. Idem ex altero suo codice Vigerus ad p. 209 a 9 affert. Rell. φωρᾶς. In maxima codicum discrepantia V. 23 p. 215 a 5 οὐδὲ μὴν σκομφυέζεται codicibus DSV praeberi supra vidimus; sic alter Vigeri. — II 7, 4 p. 76 d 3 ἀπόρρητον: „Plato et ms. ἄπορον“ Vig.

Sic DCBFG. Iidem ὑποτυπώσαντος pro ἀποτ. III 7, 1 p. 97 d. extr., Διάφιλος pro Δίφιλος IV 16, 3 p. 155 c. pen., οὐκ pro οὐδ' V 1, 2 p. 178 c 7. Alter codex III 6, 3 p. 95 c 1 προσρήσεως, ut DBF, pro προρρήσεως. „Ambo mss. ἀπόρρητος" III 4, 3 ut DE AH C pro ἐπίρρητος.

Recederet quidem aliquoties a D, si certum ex Gaisfordii silentio esset iudicium: at neque D neque E, nimirum quia pretii minoris esse videbantur, ad omnes locos aut accurata diligentia collatos esse haud paucis ex indiciis colligo. — Has igitur lectiones ex altero codice Vigerus, ex nullo Gaisfordius affert: III 7 p. 98 b 5 αὐτοῦ pro αὐτῶν, IV 17 p. 164 d 15 τοὺς μεγίστους θεοὺς, ἀγαθοὺς, καὶ σωτῆρας pro τ. μ. καὶ ἀγ. σωτ. (τε) καὶ θεούς. — VIII 14 p. 293 c ἐπὶ καιρὸν pro ἐπίκαιρον, III 7. 2 p. 98 b 5 αὐτοῦ recte pro αὐτῶν, V 22, 1 p. 214 a 2 Τραχῖνα, VIII 14 p. 387 d 11 φθοραῖς, IV 9, 2 p. 146 b 1 λιμνάζοιο, p. 165 b 8 παρών. Error latet V 7, 1 p. 191 b, ubi Gaisf. ex DE ποτε διὰ μάταιον affert, quum Vigerus dicat alterum praebere ποτ' ἀδείματον ut Steph., alterum ποτε δία μάταιον vel διαμάταιον. Hoc quidem non multum differt a Gaisf. Sed fort. DI indicandi erant pro DE, ex E autem ἀδείματον notandum, quod plures libri praebent. - III 11 p. 109 d 10 κύων. κύνα μὲν alter Vig. cod.; hunc E esse puto, ex quo collatorem nihil enotavisse Gaisf. ait; alter γρ. κυνῆν. Gaisf. ex D κύνα affert; glossam h. l. et saepe alias a Millero omissam esse censeo. — V. 8 p. 193 c alter Vigeri cod. γρ. τέρπειν pro τέρπει. Affertur quidem illud a Gaisf., sed sine γρ.

Quas lectiones Vigerus praemisso γρ. affert, eas coniecturas Gaisf. putat. At Vigeri certe coniecturae non sunt. Ait enim III 14, 5 p. 123 d „γρ. γᾶ non male. Al. γῆ", III 16, 1 p. 126 c 1 „γρ. οὐδ' εἰ. Non male." IV 21, 6 p. 171 b 5 „γρ. ὅτι τε melius." IV 22, 8 p. 172 d 7 „Non dubito quin legendum sit, quomodo Porphyrius et γρ. δυναμένη." P. 213 b 3 „ἤδη. Ita γρ. et recte pro ἦδη." V. 27, 1 p. 221 b 5 ἐφήσει „Ita γρ. quum ante perperam editum esset οὐδὲ φήσει." VI 6, 8 p. 243 b 1 „καὶ om. γρ." Hae lectiones partim consentiunt, partim non consentiunt cum codd. Itaque nescio cuius coniecturas esse arbitror in Vigeri codd. ascriptas. Gaisfordius raro eas commemorat. Suis coniecturis Vigerus praefigit ἴσως.

Et Gaisfordii et Vigeri lectiones in oraculis fere integras afferam,

in Porphyrii ipsius Eusebiique verbis earum potióres eligam. Signis Gaisfordii utar. Codicem A, quia antiquissimus est, in textu constituendo imprimis sequor, neque tamen ubique sequi audeo, quia neque tanto melior est reliquis, quanto est vetustior, neque interpolationes absunt. Haud parvi momenti B est, C autem eo commendatur, quod solus complures lacunas complet.

Lactantius quum de ira dei 23. 12 oraculum servaverit, quod Augustinus de civ. dei 19. 23 ex Porphyrii de oracc. philos. libris affert, verisimile est eodem ex fonte alia quoque deorum (non Sibyllarum) oracula a Lactantio hausta esse. Cuius scriptores editionibus Buenemanni (Lps. a. 1739) et O. F. Fritzchii (Lps. a. 1842) usus sum, ratione habita C. L. Struvii et Sedulii. Quorum ille ex Lactantii codice Regiomontano optimo ea, quae ap. Lactantium graece leguntur, in prolusionibus scholasticis Regiomont. descripsit, repetitis in eius opusculorum tomo I (Lps. 1854). Hic opp. I p. 48 ait codicem urb. Regiomont. Lactantii non deteriorem esse codice Puteani; fuisse olim f. max., nunc quadratae esse, quia margines superior et inferior abscissi sint. Columnas esse binas. Litteras latinas minusculis grandiores esse, compendia pauca, verba graeca litteris latinis uno tenore et intermista interpretatione latina corrupta quidem, sed ita esse scripta, ut ad genuinam lectionem saepe perducant.

Earundem vaticinationum nonnullas complectuntur „vaticinia exterorum de Christo venturo. Descripsit Sedulius Scottus in psalterio monast. S. Michaelis, quod in Lotharingia erat, sua manu scripto circa a. 818.“ Edidit Montefalconius palaegr. Gr. libr. 3 cap. 7.

Oraculum de tribus daemonum bonorum generibus Angelus Maius ex cod. Ambrosiano primus sibi videbatur ad lucem proferre post Porphyrii epistulae ad Marcellam uxorem editionem primam (Mediolani 1816. ch. 4). Repetiit cum Maii explicatione et sua et Ioh. Casparis fratris Ioh. Conr. Orellius in opusc. Gr. vett. sentent. et moral. Lps. 1819 ch. 8. tomi prioris p. 319. Fugerat Maium, quod oraculum antea publici iuris fecisset Augustinus Steuchus, Eugubinus, episcopus Kisami (de perenni philosophia libri 10. Idem de Eugubii, urbis meae, nomine. Lugd. a. 1540. forma max.). Libros ille Paulo III Pont. Max. dedicavit. Repetiti sunt Basileae 1542. ch. 4. et in Steuchi opp. Venet. 1591 forma max. tom. 3. Is quo codice

usus sit non dicit: sed alia quoque ex codd. hausit, velut Constantini M. ad Silvestrum Papam donationem, quae a. 325 facta esse dicebatur, pleniorem, quam vel hodie a Webero in diss. IV de versionibus ex lat. in graec. factis p. 10 est edita. Ad oraculum codice usus est, qui Ambrosiano quam Neapolitano similior est; sed typis neglegentissime est descriptum. Nam saepe, ubi in versibus Graecis menda sunt, Steuchi interpretatio latina rectam lectionem praebet. Ex Steucho complures hauserunt, velut Mornay de la religion chrétienne cap. 3 p. 33 ed. Paris. 1590 oratione pedestri versus 22 enarrat. Post Maium ediderunt Mullachius de prooemio Empedoclis Berol. 1850. ch. 4 p. 15 sqq. et Boissonadius notices et extraits vol. 2 part. 2 p. 271 (cf. p. 294).

Ex alio codice ego a. 1847 exeunte et hoc oraculum descripsi et complurium deorum oracula, ipsa quoque a Steucho paucis exceptis, quamvis satis mendose, impressa. Codex est Neapolitanus musei Borbonici II F. 9. chart. saec. 14. form. max., quem Salv. Cyrilli catalogo (Neap. 1832 ch. 4, tomis 2) usus describam:

„Charta subfusca est, crassa, scriptura non omnino inelegans.“ P. 3—4 longum Maximi Planudae carmen de τερκτουργῷ, ὃς μῦν συλλαβὼν καὶ εἰς βοῦν μεταμείψας τῷ Κλεοδήμῳ ἀπέδοτο, hexametris, qui partim caesura carent, partim accentu syllabas producunt.

„In eo habes a p. 6 ad 68 amplam collectionem varii argumenti, Maximo Planudae fortasse tribuendam.“

Fol. 69—92 vacua.

P. 93 Eurip. Hecuba, praecedente vita Moschopulo tributa et argumenta Μετὰ τὴν Ἰλίου πολιορκίαν cett. et hoc:

Τὸ δρᾶμα τοῦτο τὴν ταφὴν Πολυδώρου
Πολυξένης τε τὴν σφαγὴν διαγράφει,
καὶ τοῦ Πολυμήστορος ὀμμάτων δίκην,
οἵαν δεδρακὼς εὗρεν ἀντιμισθίαν,

et c. scholl. marginalibus notatis saepe Manuelis [Moschopuli] et manu diversa Maximi nominum compendiis, et c. glossis interlin.

Sequuntur usque ad fol. 140 Orest. Phoen. Troades c. scholiis et glossis. — Troadum scholiis Aristophanis nomine inscriptis Cobetus usus est. Edidit ad calcem Phoen. Iac. Geelius Lugd. Bat. 1846 ch. 8.

P. 198 Hesiodi opp. et dies usque ad v. 750 c. gl. interlin. et scholl. Proculi, Moschopuli, Max. Planudae, aliorum, praecedente vita Hesiodi et praefatione Proculi de Hesiodi theogonia.

P. 226 Theocritus (Thyrsis, venefica, caprarius, pastores, viatores, bucolici I, Thalysia, bucolici II, bubulci, messores).

P. 237 Thomae magistri vita Pindari, et scholium in Ol. 1. 1. Quae p. 6 sqq. continentur, excerpta sunt ex Theognide, Platone, Strabone, Ioh. Lydo, aliis. Annexa sunt aliquot oracula, praemisso indice ἐκ τῆς θεοσοφίας, quae paucis exceptis Steuchus ex suo codice edidit, et duobus exceptis N. Piccolos (supplément à l'anthologie Grecque, Paris. 1853. 8 p. 173 sqq.), Steuchi immemor. Piccolos ea acceperat a Francisco del Furia, bibl. Laur. praef., descripta ex cod. Philelphi Flor. bibl. Laur. plutei 32. 16 saec. 13. Hic codex quum me fugisset, quo tempore Florentiae versabar, praefectus doctissimus, qua est humanitate et comitate, litteris datis mecum communicavit, ne duo quidem oracula illa a Piccolo omissa deesse in codice. Idem a me rogatus scholium descripsit, qua re maxime me sibi devinxit. Duo illorum oraculorum dimidia Duebner révue de philologie a. 1847 tom. 2 p. 240 sq. ex cod. Paris. 2875 protulit. — Ex codicis Neap. descriptione apparet, dubitari non posse, quin a Planude oracula sint collecta. Eodem studiorum genere ille vir carmina anthologiae, apologos, Dionysii Halicarnassensis, Cassii Dionis, Ioh. Lydi capita selecta congessit.

Integros Porphyrii libros de oraculis postremus vidit Ioh. Philoponus circa a. 550. Sane quidem communis videtur opinio esse, vel Marsilio Ficino totum librum fuisse notum: atqui nihil ille attulit nisi quod Eusebius suppeditabat. Michael Psellus (ed. Boissonadius Norimberg. a. 1838 ch. 8) postquam Porphyrii de antro Nympharum commentationem exscripsit, p. 56 addit: ἐδυνάμην ἴσως πρὸς τὰς ἡμετέρας εἰλικρινεῖς θεωρίας τὰ λόγια μετενεγκεῖν προσφυῶς· ἀλλ' οὐκ ᾠήθην δεῖν τὰ ψευδῆ καὶ πεπλανημένα ἀληθείας λαβεῖν ἔμφασιν, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις ἀναγωγαῖς αἰσχύνεσθαι καὶ δημοσιεύεσθαι, αἷς ὁ ἐξηγητὴς αὐτῶν Πορφύριος καὶ λίαν σεμνύνεται. At Psellus quoque ex Eusebio haurire poterat.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚ ΛΟΓΙΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ.

LIBER I.

Eusebius praeparationis evangelicae libri IV capitis 6 paragrapho 4, p. 86 Steph. p. 143 c. Vig.:

Πρῶτον δὲ θεασώμεθα, ὅπως τῆς γραφῆς ὁ δηλωθεὶς ἀνὴρ ἀρχόμενος ἡμῖν ἀληθεύειν ἐπόμνυται, λέγων οὕτως·

(Cap. 7) Βέβαιος δὲ[1] καὶ μόνιμος ὁ ἐντεῦθεν ὡς ἂν ἐκ μόνου
βεβαίου τὰς ἐλπίδας τοῦ σωθῆναι ἀρυόμενος[2], οἷς δὴ καὶ μεταδώ- d
σεις[3] μηδὲν ὑφαιρούμενος. ἐπεὶ κἀγὼ τοὺς[4] θεοὺς μαρτύρομαι, ὡς
οὐδὲν οὔτε προστέθεικα οὔτε ἀφεῖλον τῶν χρησθέντων νοημάτων, εἰ
μή που[5] λέξιν ἡμαρτημένην[6] διώρθωσα ἢ πρὸς τὸ σαφέστερον μεταβέ-
βληκα[7], ἢ τὸ μέτρον ἐλλεῖπον[8] ἀνεπλήρωσα, ἤ τι τῶν μὴ πρὸς τὴν[9]
πρόθεσιν συντεινόντων διέγραψα, ὥστε τὸν[10] νοῦν ἀκραιφνῆ τῶν
ῥηθέντων διετήρησα, εὐλαβούμενος τὴν ἐκ τούτων ἀσέβειαν μᾶλλον
ἢ τὴν ἐκ τῆς ἱεροσυλίας τιμωρὸν ἑπομένην δίκην. ἕξει δὲ ἡ παροῦσα

[1] Praecesserant aliquot verba de oraculis; quare δέ et ἐντεῦθεν.

[2] Sic F; ἀρπόμενος AH, ἀρπώμενος V, ἀρυτόμενος γρ. S et Gaisf.

[3] οὓς AH, μεταδόσεις AE. Cum hominibus ita sentientibus integra oracula communicato.

[4] Sic pro τὶ AHCFG. Om. τοὺς θεοὺς D. Verba τοὺς θεοὺς γάρ, ἔφη, διαμαρτύρομαι usque ad ἀνεπλήρωσα Theodoretus affert Graecorum affectuum sanationis disp. 10 tom. 4 p. 956 (edidit I. L. Schulze. Hal. 1772. ch. 8).

[5] Theodoretus μή τι, sed Ursini codicum alter μή τινα, alter μήπου.

[6] διημαρτημένην H; Theod. adiicit ἢ.

[7] λ om. AH; μετεβέβληκα F. Oraculorum igitur verba corrupta emendavit, obscura perspicuis commutavit.

[8] ἐκλεῖπον H. Versus haud integros supplevit.

[9] πρὸς τὴν om. C.

[10] Sic scripsi pro ὡς τόν τε νοῦν. Expunxi, inquit, i. e. omisi verba oraculorum a proposito meo aliena, ita tamen haec omnia feci, ut sententiam servarem integram, magis impietatem fugiens, quae existeret, si deorum sententiam immutare auderem, quam poenas talis sacrilegii ultrices.

συναγωγὴ πολλῶν μὲν τῶν κατὰ φιλοσοφίαν δογμάτων ἀναγραφήν, ὡς οἱ θεοὶ τἀληθὲς ἔχειν ἐθέσπισαν[1]· ἐπ' ὀλίγον δὲ καὶ τῆς χρηστικῆς ἀψόμεθα[2] πραγματείας, ἥ τις πρός τε[3] τὴν θεωρίαν ὀνήσει καὶ πρὸς
P. 144 Vig. τὴν ὅλην[4] κάθαρσιν τοῦ βίου. ἣν δ' ἔχει ὠφέλειαν ἡ συναγωγὴ[5] μάλιστα εἴσονται, ὅσοιπερ[6] τὴν ἀλήθειαν ὠδίναντες[7] ηὔξαντό ποτε τῆς ἐκ θεῶν ἐπιφανείας τυχόντες ἀνάπαυσιν λαβεῖν τῆς ἀπορίας[8] διὰ τὴν τῶν λεγόντων ἀξιόπιστον διδασκαλίαν.

Τοιούτοις χρησάμενος προοιμίοις μαρτύρεται καὶ προκαταγγέλλει μὴ εἰς πολλοὺς ἐκφῆναι τὰ λεχθησόμενα, λέγων οὕτως·

Σὺ δ', εἴπερ τι[9], καὶ ταῦτα πειρῶ μὴ δημοσιεύειν, μηδ' ἄχρι καὶ τῶν βεβήλων[10] ῥίπτειν αὐτὰ δόξης ἕνεκα ἢ κέρδους ἤ τινος ἄλλης οὐκ εὐαγοῦς κολακείας. κίνδυνος γὰρ οὐ σοὶ μόνον τὰς ἐντολὰς[11] παραβαίνοντι ταύτας[12] ἀλλὰ κἀμοὶ[13] ῥᾳδίως πιστεύσαντι τῷ στέγειν παρ' ἑαυτῷ μὴ δυναμένῳ τὰς εὐποιίας. δοτέον δὴ τοῖς τὸν βίον ἐνστησαμένοις πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν[14].

Καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει·

Ταῦτά μοι ὡς ἀρρήτων[15] ἀρρητότατα κρύπτειν· οὐδὲ γὰρ οἱ θεοὶ φανερῶς περὶ αὐτῶν[16] ἐθέσπισαν, ἀλλὰ δι' αἰνιγμάτων.

1 ἐπ' ὀλίγον — κολακείας om. B.
2 ἀψώμεθα ACFG.
3 πρόσθεν D.
4 ἄλλην CEFG.
5 καὶ inserunt CFG.
6 ὅσοι περὶ CFG.
7 ὤδινάν τε καὶ A, ὠδίνανται καὶ H.
8 ἀπορροίας AH. Significat deorum, si loquantur, doctrinam esse certissimam; quisquis eorum praesentia dubitationibus philosophicis levari cupiverit, permagni ea facturum esse, quae dii aliis hominibus praesentes oraculis patefecerint.
9 Si quid aliud. τις H.
10 Profanum vulgus dicit.
11 τῆς ἐντολῆς CFG.
12 ταύτης G.
13 καί μοι F, καὶ μὴ C. Dii, inquit, propter mysteria temere revelata mihi succenserent, si eorum beneficia, i. e. oracula, cum hominibus a philosophia alienis communicares. Communicanda igitur sunt cum iis, qui sapienter vivere student.
14 θεωρίαν BCDFG.
15 ἀρρήτῳ AHV. Similiter Porphyrius (praep. ev. 3. 7) libri de simulacris exordio usus est eodem, quo Orpheus (Lob. Agl. p. 441)

φθέγξομαι, οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε, βέβηλοι.

Primum Porphyrius oracula attulit, quae ad pietatem erga deos pertinebant. Unum eorum fuisse Sarapidis videtur. Firmicus Maternus de errore prof. relig. cap. 13 (rec. Oehler Lips. 1847 p. 82) de Sarapidis Alexandrini divinatione disputat, tum allato Porphyrii de abst. 2. 42 pergit: „In libris enim, quos appellat περὶ τῆς ἐκ λογίων[1] φιλοσοφίας, .. in primis .. librorum partibus, id est in ipsis auspiciis imposturae[2] dixit: Serapis vocatus et intra corpus hominis conlatus[3] talia respondit.“ Responsum ipsum Firmicus omittit. Homo, in quem praestigiatores se iactabant numen aliquod devocare, καταβολικός vocabatur. (Lob. Agl. p. 107 extr.) Plura de hoc divinationis genere ipse Porphyrius lib. 2.

Euseb. praep. ev. 4. 8. 4 p. 86 Steph. p. 144 c: Ὁ δὴ οὖν προδηλωθεὶς ἀνὴρ ἐν αὐτοῖς οἷς ἐπέγραψε περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας χρησμοὺς τίθησι τοῦ Ἀπόλλωνος, τὰς διὰ ζῴων θυσίας ἐργάζεσθαι παρακελευομένου, καὶ μὴ μόνοις δαίμοσι μηδὲ μόναις ταῖς περιγείοις δυνάμεσιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς αἰθερίοις καὶ οὐρανίοις ζωοθυτεῖν .. ἄκουε τοιγαροῦν τῶν πρώτων αὐτοῦ φωνῶν, δι' ὧν τὰ περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας συνάγων, πῶς ὁ Ἀπόλλων χρῆναι θεραπεύειν τοὺς θεοὺς διδάσκει. ὃ καὶ παρατίθεται γράφων ὧδε·

(Cap. 9 p. 87 St. p. 145 Vig.) Ἀκολούθως μετὰ τὰ ῥηθέντα περὶ εὐσεβείας, ἃ περὶ τῆς θεραπείας αὐτῶν ἔχρησαν ἀναφράφοιμεν ἄν, ὧν ἐκ μέρους κἂν τοῖς περὶ εὐσεβείας φθάσαντες παρατεθείκαμεν. Ἔστι δὲ ὁ χρησμὸς τοῦ Ἀπόλλωνος, ἅμα[4] καὶ διαίρεσιν τῆς τῶν θεῶν περιέχων τάξεως·

Multas eiusmodi exhortationes ex veteribus Christianisque philosophis Lob. Agl. p. 740 sq. congessit. Silentii postulandi causas Porphyrius ep. ad Marc. cap. 15 exponit: σιγάσθω ὁ περὶ αὐτοῦ (θεοῦ) λόγος ἐπὶ πλήθους· ἀνοικειοτάτη γὰρ θεολογία κενοδοξίᾳ ψυχῆς, et cap. 1: καὶ οὐ ταῖς δόξαις οὐκ ἂν χρήσαιο, τούτῳ μήτε βίου μήτε λόγου τοῦ περὶ θεὸν κοινώνει. λόγον γὰρ θεοῦ τοῖς ὑπὸ δόξης διεφθαρμένοις λέγειν οὐκ ἀσφαλές· καὶ γὰρ καὶ τἀληθῆ λέγειν ἐπὶ τούτων περὶ θεοῦ καὶ τὰ ψευδῆ κίνδυνον ἴσον φέρει.

16 Pertinet ad ταῦτα. — CFG τούτων. Notum Heracliteum illud: ὁ θεὸς οὔτε λέγει, οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει (Plut. de Pythia 21).

[1] Sic cod. Pal. (Vat.) 165, solus qui extet. Communicavit mecum Bursianus, familiaris meus. Vulgo εὐλογίων.

[2] Sic scripsi pro positus. Oehler coni. positis, Wover id — positus eiicit ut scholium adscriptum.

[3] Sic cod. Pal. pro collocatus.

[4] Incisum Vigerus post ἅμα posuit, Gaisfordius omisit. Oraculum praeter sacrificia simul deorum distributionem continet.

b Ἐργάζευ, φίλε, τήνδε θεόσδοτον ἐς τρίβον ἐλθών[1],
μηδ' ἐπιλήθεο τῶν μακάρων, θυσίας ἐναγίζων[2]
πῆ μὲν ἐπιχθονίοις, πῆ δ'οὐρανίοις, ποτὲ δ'αἴθρης[3]
αὐτοῖσιν βασιλεῦσι καὶ ἠέρος ὑγροπόροιο[4],
ἠδὲ θαλασσαίοις καὶ ὑποχθονίοισιν[5] ἅπασι·

[1] Posset intellegi ora et labora; tum trames vitae terrestris a diis concessus significaretur. At simplicius est, viam ad oraculum intellegere a deo concessam, ἐργάζεσθαι autem propter sententiarum nexum interpretari rem sacram facere, qua metaphora Homerus ῥέζειν dixit.

[2] Interpunxi ut Serv. Gallaeus in app. ad oracc. Sibyllina (Amstelod. 1689. ch. 4) p. 36. Vulgo incisum non post μακ. sed post ἐναρ. ponitur: at hoc non esset: noli sacra neglegere, sed: noli oblivisci, quod sacra facias. Pro ἐναρίζων hic et v. 11 scripsi ἐναγίζων cum Valck. ad schol. Eur. Phoen. 281 p. 645, etsi iam Niceph. in Synes. p. 411 a. Petav.: τούτοις μέντοι καὶ ὁ χρησμῳδὸς Ἀπόλλων .. θυσίας φησὶν ἐναρίζων νερτερίων et quae sequuntur usque ad δῶρα. Sane quidem diligentioribus scriptoribus ἐναγίζειν est sacra facere heroibus et parentare, θύειν sacrificare diis (Herodot. 2, 44. Plut. de Herod. malign. 13 p. 857 d. Paus. 2, 10, 1. 2, 11, 7, al.); sed ut vocabula θύειν et θυσία ad heroes transferuntur in inscr. Theraea 2448 IV et VI passim, ap. Herodot. 7. 117, Paus. 5. 13. 2 et in oraculo ap. eundem 6. 9. 3, ap. Diodorum IV 1 et 39 init., ad mortuos ap. Herodot. 6, 38, Etymolog. M. s. ἐναγίζω et ἔντομα, al., ita „mercenarius poeta" qui a Valckenario l. comm. dicitur, ἐναγίζειν videtur ad generaliorem sententiam transtulisse, sicut v. 7 ζῴων καθαγισμούς, proprie per zeugma, quoniam ἐπιχθόνιοι sequuntur.

[3] αἰθὴρ H, αἶθραν F, αἰθερίοισι B.

[4] Aëris inferioris, crassioris, per vapores et pluvios incedentis.

[5] ἐπιχθονίοισιν BCDFG. — Deorum distributio simplicior erat apud Homerum. Schol. Il. 9. 568: εὔχονται δὲ οἱ ἥρωες τοῖς μὲν οὐρανίοις θεοῖς ἄνω τὰς χεῖρας ἀνίσχοντες .. τοῖς δὲ θαλασσίοις manibus porrectis εἰς θάλασσαν .. τοῖς καταχθονίοις δὲ κόπτοντες τὴν γῆν. Tum trium regnorum deos maiores distinxit et minores. Propius oraculi auctor ad Platonem accedit, qui epinom. p. 984 (360 Bekk.) quinque deorum constituit genera, πέντε ὄντως ὄντα ζῷα: sidereum, aetherium, terrestre (quod non nominat, sed significat), τὸ δὲ ὕδατος πέμπτον ὂν ἡμίθεον: omnia sacrificiis precibusque esse colenda. Deos vulgi ita, ex sua quemque natura, distribuendos esse; summa numina esse sidera. Eadem ratione oraculo distinguuntur 1) οὐράνιοι, qui v. 23 ἀστραῖοι 2) αἰθέριοι 3) ἀέριοι 4) ἐπιχθόνιοι, qui v. 11 χθόνιοι 5) θαλάσσιοι, quo nomine ἐνύδριοι omnes comprehenduntur, ut ab Artemidoro 2. 34, nimirum quia aquae omnes fluviis postremo in mare deducuntur. Accedunt ὑποχθόνιοι, dii inferi, quos omittit epinomis. Ἑλλήνων καὶ Χαλδαίων σοφοί, ait Nicephorus Gregoras in Synesium p. 412 ed. Petavii, τὰ μὲν αὐτῶν (τῶν δαιμονίων) φασὶν εἶναι ἀέρια, τὰ δὲ ὑδραῖα καὶ ἐνάλια, τὰ δὲ χθόνια καὶ ὑποχθόνια. Hic brevius, hymnorum Orphicorum auctor prooem. v. 32 plenius dicit: δαίμονας οὐρανίους τε καὶ εἰναλίους καὶ ἐνύδρους καὶ χθονίους καὶ ὑποχθονίους ἠδ' ἠεριφοίτους. Qui deos caelestes, aetherios, aërios uno nomine complectuntur. Nominat singulos Arte-

πάντα γὰρ ἐνδέδεται[1] φύσεως μεστώμασι τῶνδε.
ζῴων δ' ὡς θέμις ἐστὶ τελευτῆσαι καθαγισμοὺς
ἀείσω[2] — δέλτοις δὲ χαράσσετε[3] χρησμὸν ἐμεῖο[4] —

midorus onirocr. 2. 34: φαμὲν δὲ τῶν θεῶν τοὺς μὲν Ὀλυμπίους εἶναι, οὓς καὶ αἰθερίους καλοῦμεν (quia postea aetherios appellat caelestes et ab Olympiis distinguit, post εἶναι inserendum est: τοὺς δὲ οὐρανίους) τοὺς δὲ θαλασσίους, τοὺς δὲ ποταμίους, τοὺς δὲ χθονίους. αἰθέριοι μὲν οὖν λέγοιντο ἂν εἰκότως Ζεύς, Ἥρα καὶ Ἀφροδίτη οὐρανία καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἀπόλλων καὶ πῦρ τὸ αἰθέριον καὶ Ἀθηνᾶ. οὐράνιοι δὲ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ἄστρα καὶ ἄνεμοι καὶ νέφη καὶ τὰ ὑπὸ τούτων συνιστάμενα παρήλια, καὶ δοκίδες καὶ σέλας καὶ ἶρις .. τῶν δὲ ἐπιγείων αἰσθητοὶ μὲν Ἑκάτη καὶ Πὰν καὶ Ἐφιάλτης καὶ Ἀσκληπιός .. νοητοὶ δὲ Διόσκουροι καὶ Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος καὶ Ἑρμῆς καὶ Νέμεσις καὶ Ἀφροδίτη πάνδημος καὶ Τύχη καὶ Πειθὼ καὶ Χάριτες καὶ Ὧραι καὶ Νύμφαι καὶ Ἑστία. θαλάσσιοι δὲ νοητοὶ μὲν Ποσειδῶν τε καὶ Ἀμφιτρίτη καὶ Νηρηΐδες καὶ Λευκοθέα καὶ Φόρκυς· αἰσθητοὶ δὲ αὐτὴ ἡ θάλασσα .., ποταμοί τε καὶ λίμναι, καὶ Ἀχελῷος. χθόνιοι δὲ (quos oraculum ὑποχθονίους vocat) Πλούτων καὶ Περσεφόνη καὶ Δημήτηρ καὶ Κόρη καὶ Ἴαχχος καὶ Σάραπις καὶ Ἶσις καὶ Ἄνουβις καὶ Ἁρποκράτης καὶ Ἑκάτη χθονία καὶ Ἐριννύες καὶ δαίμονες οἱ περὶ τούτους καὶ Φόβος καὶ Δεῖμος .. τὸν Ἄρη πῆ μὲν ἐν τοῖς ἐπιγείοις, πῆ δὲ ἐν τοῖς χθονίοις καταταχτέον .. In terrestrium numero Olympiodorus in Plat. Alcibiadem priorem in ipso initio refert κλιματάρχας καὶ ἐπιχωρίους, πατρῴους, ἑστιούχους, κατοικιδίους.

[1] Sic Gaisf. ex AHCFV (γρ. S) pro ἐνδέχεται. Omnia enim vincta sunt et fixa ad rerum naturae complementa ab his diis facta. Chaos sideribus, animantibus, certis aquarum et terrae et rerum omnium formis caruerat: rerum discordiam et inconstantiam dii continuerunt, spatia inania impleverunt. Iam a coelo, aquis, terris nexa tenentur omnia.

[2] τελετὰς καθαγεισμούσας ἴσως AH, καθαγιασμένους FG.

[3] χαράσσεται AH, χαρίσσεται F, χαρίσσετε G.

[4] Sic FG, ὁμοῖον AH, ἐμοῖο rell. Dicas ante Porphyrium ita oraculum procesisse: χρησμόν. Ὁμοῖα (i. e. ζῷα) τοῖς — θεοῖσι· φαιδρὰ .. Namque non superos tantum et terrestres deos, sed etiam infernos oraculum tractat, et dativus male discerpitur ab τελευτῆσαι καθαγισμούς, quo regitur. At Porphyrius legisse videtur sicut Gaisfordium secutus edidi, siquidem nigras hostias quadrupedes diis terrestribus et infernis in enarratione tribuit. Itaque χθονίους v. 10 censuit et terrestres et infernos complecti: iidem χθόνιοι v. 11 terrestres sunt. Solent quidem ita inferni dici. Sed sch. Eur. Hec. 75: χθόνιοι καὶ οἱ ἐπιχθόνιοι, ἤτοι οἱ ἐπάνω τῆς γῆς, τουτέστιν οἱ ἐγχώριοι καὶ ἐντόπιοι .. Sic etiam locis a me p. 112 not. 5 allatis. Ad v. 11 ipse Porph. enarrat: τῶν δ'ἐπιχθονίων καὶ χθονίων κληθέντων. Idem de antro Nymph. cap. 6: Ὀλυμπίοις θεοῖς — χθονίοις δὲ — ὑποχθονίοις δέ. Quum superis diis oraculo albae hostiae tribuerentur, dii χθόνιοι illis opponerentur, terrestribus infernisque diis nigras victimas sacrificandas esse Porphyrius in enarratione collegit. Idem discrimen iam apud Homerum, velut Il. 3. 103: οἴσετε δ'ἄρν' ἕτερον λευκόν, ἑτέρην δὲ μέλαιναν Γῇ τε καὶ Ἠελίῳ, ubi schol.: τὰ οἰκεῖα ἑκάστῳ θεῷ ἱερουγούμενα εἰσάγει· τῷ μὲν γὰρ Ἡλίῳ λαμπρῷ ὄντι καὶ ἄρρενί φησι καὶ λευκὸν ἱερουργηθῆναι ἄρνα,

τοῖς[1] μὲν ἐπιχθονίοις, τοῖς[2] δ' οὐρανίοισι θεοῖσι.
φαιδρὰ[3] μὲν οὐρανίοις, χθονίοις δ'ἐναλίγκια χροιῇ.
d τῶν χθονίων διάειρε[4] τριχῇ θυσίας ἐναγίζων[5],
νερτερίων[6] κατάθαπτε[7], καὶ εἰς βόθρον αἵματ'[8] ἴαλλε.

τῇ δὲ Γῇ μέλαιναν καὶ θήλειαν, ἐπεὶ τοιαύτη ἡ θεός. Apud Vergilium Iovi taurum nitentem Aeneas, iuvencum candentem Ascanius, Iunoni candentem vaccam Dido sacrificant (Aen. 3, 20. 9, 628. 4, 61). Arnob. adv. gentes 7. 18 (p. 283 ed. Paris. a. 1605): „Quae in coloribus ratio est, ut merito his albas, illis atras conveniat nigerrimasque (hostias) mactari? Quia superis diis, inquitis, .. color laetus acceptus est. At vero diis .. sedes .. habitantibus inferas color furvus est gratior." Neque Romani hac in re a Graecis differebant. Cf. Festus s. furvum bovem, Valer. Max. 2. 4. 5.

[1] Sic AHSV, τρεῖς rell. [2] τᾶς V, ταῖς HS.

[3] Supple ex v. 7 ζῷα καθαγίζειν θέμις ἐστί.

[4] Διαίρειν est dimovere, velut διᾶραι στόμα dicitur pro distinendis, aperiendis labris. Itaque h. l. dissecato. De hoc more sch. Apollon. Rhod. 1. 587: ἔντομα δὲ τὰ σφάγια. κυρίως τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς. οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις. Eustath. ad Hom. Od. 11. 23: οἱ παλαιοὶ .. ἐπὶ .. νεκρῶν τόμιά φασι καὶ ἔντομα, ἐπὶ δὲ θεῶν ἱερεῖα. Thuc. 5. 11. 1: ὡς ἥρωι ἐπιτέμνουσι, ubi schol. ἐναγίζουσιν, ἐναγίσματα προσφέρουσιν. O. Mueller ad Aesch. Eum. p. 144: Bei allen Schwur- und Bundesopfern .. ist das Tödten und Zerstückeln des Thiers, ὅρκια τέμνειν, foedus icere, immer als eine Andeutung des Schicksals genommen, welches den Eidbrüchigen treffen solle. De iureiurando Aristoph. Lysistr. 192: εἰ λευκόν ποθεν ἵππον λαβοῦσαι τόμιον ἐντεμοίμεθα. De heroibus Plut. Sol. 9, de Manibus Max. Tyr. 26 (14 Reisk.) 2 σφάγια ἐντέμνειν. Heroes autem Porphyrius numinibus terrestribus annumerat. Tres partes, in quas victimae dissecari iubentur, videntur caput, femora, corpus esse.

[5] Cf. not. ad v. 2.

[6] Id est θυσίας. De victimis hoc vocabulo etiam Lucianus de sacrificiis 12 utitur: θέμενοι δὲ βωμοὺς .. προσάγουσι τὰς θυσίας.

[7] κατάδαπτε coni. Nitzsch. ad Hom. Od. 10. 517. At Porphyrius certe ita non legit, quum enarret: κελεύεται καὶ θάπτειν τούτοις τὰ σώματα. De scrobibus quidem constat. Hom. Od. 11. 34: ἔθνεα νεκρῶν ἐλλισάμην, τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα ἐς βόθρον, ῥέε δ' αἷμα κελαινεφές, de eademque re Circe 10. 517 βόθρον ὀρύξαι ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα, 527 ἔνθ' ὄιν ἀρνειὸν ῥέζειν θῆλύν τε μέλαιναν, εἰς Ἔρεβος στρέψας, αὐτὸς δ' ἀπόνοσφι τραπέσθαι. Ubi schol.: αἰνίττεται δὲ διὰ τούτου τὸ μὴ ἀνεῖσθαι μηδ' ἐπ' ἐξουσίας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας, ἀλλὰ (Eustath. addit: μεμετρῆσθαι κατὰ τὸν σύμμετρον βόθρον καὶ) ὥσπερ ἔχεσθαι καὶ ἐγκεκλεῖσθαι καθάπερ καὶ οἱ δάκτυλοι. Trophonio ἐν νυκτὶ κριὸν θύουσιν εἰς βόθρον Paus. 9. 39. 6. Ita in mortuorum evocatione ap. Lucian. Necyom. 9, Philops. 14. In herois sacris ap. Paus. 5. 13. 1: λέγεται δὲ καὶ ὡς ἔθυσεν Hercules ἐς τὸν βόθρον τῷ Πέλοπι .. τὸ δὲ ἱερεῖόν ἐστι κριὸς μέλας. Ita ἐναγεῖς in piaculo (Clidemus ap. Athen. 9. 410 a).

Sed ne sepultura quidem inaudita est. Paus. 3. 20. 9: προϊοῦσι δὲ (Lace-

χεῦε[1] μέλι Νύμφαισι Διωνύσοιό[2] τε δῶρα.
ὅσσοι δ' ἀμφὶς[3] γῆν πωτώμενοι αἰὲν ἔασι,

daemone) Ἵππου καλούμενον μνῆμά ἐστι. Τυνδάρεως γὰρ θύσας ἐνταῦθα ἵππον τοὺς Ἑλένης ἐξώρκου μνηστῆρας, ἱστὰς ἐπὶ τοῦ ἵππου τῶν τομίων·.. ἐξορκώσας δὲ τὸν ἵππον κατώρυξεν ἐνταῦθα. Ut Solis fuerit sacrificium (cf. Sibelim), sepultura certe ad inferos pertinet periurii vindices. Latius Aegyptiorum mos patuit, quorum nonnulli τὸ ἱερεῖον καὶ θάπτουσι μόνον ἀποσφάξαντες. Lucian. de sacrif. 15. Itaque oraculi auctor institutum in Graecia quam in Aegypto rarius ad omnem inferorum cultum extendit.

[8] Sic scripsi pro αἷμα propter molestum hiatum.

[1] Codd. χεῦε et Νύμφαις. Alienum est χεύω, praesens Aeolicum (Greg. Cor. p. 612 Schaef.), ab Homeri usu. Legitur quidem ap. Nicandrum, Dionys. perieg., Apollinarem, quos Lob. ad Buttm. gr. II p. 326 affert, praeterea καταχεύεται ap. Hesiod. opp. 583; sed vini libatio inaudita in Nympharum sacris. Paus. 5. 15. 6: μόναις δὲ ταῖς Νύμφαις οὐ νομίζουσιν (Elei) οἶνον οὐδὲ τῇ Δεσποίνῃ σπένδειν. Polemo periegeta (fr. 42 Prelleri) ap. sch. Soph. Oed. Col. 100: Ἀθηναῖοι .. νηφάλια .. ἱερὰ θύουσι Μνημοσύνῃ, Μούσαις, Ἠοῖ, Ἡλίῳ, Σελήνῃ, Νύμφαις, Ἀφροδίτῃ Οὐρανίᾳ, quod descripsit Suid. s. νηφάλιος θυσία. Omnino quid h. l. Nymphae sibi volunt inter medios deos infernos et aerios illatae? Quid nomen dearum, quum ex imperiis et sedibus oraculum numinum repetat distributionem? Illud quidem fieri non potest, quod Nitzschius ad Hom. Od. 10. 517 proponit, ut Νύμφαις explicemus ad aquam; neque enim praepositio abesse debebat, neque sententia apta exsistit; sed Nymphas h. l. pro fontium aqua dici eadem metaphora, qua Δήμητραν ἀμήσεις in vetusto oraculo, ego quoque credo. Itaque scribo:

.. ἴαλλε, χεῖ.δὲ μ. Νύμφας τε.

Significatur deorum infernorum libatio. Hom. Od. 10. 517: βόθρον ὀρύξαι .. ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεῖσθαι πᾶσιν νεκύεσσιν, πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέι οἴνῳ, τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι. Ubi Eustathius: μελίκρατον οἱ παλαιοὶ μίγμα φασὶ μέλιτος καὶ γάλακτος ἐνταῦθα (sic Eur. Or. 114 in sacris funebribus)· οἱ μέντοι μεθ' Ὅμηρον μέχρι καὶ ἐσάρτι κρᾶμα μέλιτος καὶ ὕδατος τὸ μελίκρατον οἴδασι. Porph. de antro Nymph. p. 262 ed. Holsten.: πεποίηνται ἤδη τὸ μέλι καὶ θανάτου σύμβολον· διὸ καὶ μέλιτος σπονδὴν τοῖς χθονίοις ἔθυον.

[2] διονύσσοιο CFG, διονύσοιο rell., sed Niceph. in Synesium p. 411 a. Διωνύσοιο. Legitur Διώνυσος ap. Hom. Il. 6, 132 et 135, Od. 24, 74 (cf. Herodianus in Etym. M. 280, 6), Hesiod. theog. 941, Pindarum passim, Callim. fr. 171 Ern., Apoll. Rhod. 1, 116, Euphor. fr. 14 Mein., Theocr. 2, 120, Timon. Phlias. fr. 22 ap. Athen. 10, 445 e, Orph. Argon. 1250, hymn. 43 (44 Herm.), 3. 56 (57) 3. 74 (75) 1, in fr. ap. Lob. Agl. p. 415 et 498; ap. Maximum 403 et 483, Proculum hymn. in Solem 24, in corp. inscr. tit. 956 v. 11, in oraculis ap. Clem. Al. strom. 1 p. 150 Sylb. et Euseb. pr. ev. 5. 36 p. 233.

[3] γαίην Gaisf. ex BCDFG, γαῖαν vulg. ante Gaisf. Ego ἀμφὶ mutavi in ἀμφὶς, ut γῆν servarem, quod antiquissimus A praebet. Hom. Il. 11. 634 et 748 ἀμφὶς ἕκαστον et translate Od. 19. 46 εἰρήσεται ἀμφὶς ἕκαστα. Elegantius foret ἀμφ' αἶαν. Numina aeria significari Porph. in enarratione ait: τοῖς δὲ

τοῖς δὲ[1], φόνου πλήσας πάντη πυριπληθέα βωμόν,
ἐν πυρὶ βάλλε δέμας θύσας ζῴοιο πετεινοῦ[2],
καὶ μέλι[3] φυράσας[4] Δηωίῳ ἀλφίτῳ ἔνθευ
ἀτμούς τε λιβάνοιο[4], καὶ οὐλοχύτας ἐπίβαλλε.
εὖτε δ' ἐπὶ ψαμάθοισιν ἴῃς[5], γλαυκὴν ἅλα χεύας
P. 146. κὰκ κεφαλῆς[6] θυσίαζε, καὶ εἰς[7] βαθὺ κῦμα θαλάσσης
ζῷον ὅλον προΐαλλε[8]. τελευτήσας τάδε πάντα

ἀερίοις πτηνὰ θύειν παρακελεύεται, καὶ τὸ αἷμα ἐπὶ τῶν βωμῶν περιάγοντας. Videlicet aeria circa terram volitant; sublimior aether, deorum caelestium sedes. — ποτώμενοι CDF.

[1] τοῖς δὲ scripsi pro τοῖσδε. Illud δέ in apodosi usurpatum (Herm. ad Soph. Phil. 86) librariorum error saepissime cum articulo coniunxit. Φόνος h. l. aut sacrificium significat, aut sanguinem, ut saepe ap. Hom. Aesch. sept. 44: καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου, ubi schol. αἵματος.

[2] στήσας ζώσοιο CFG. — ποταμοῦ DFG, ποταμοῖο S, ποτανοῦ rell. Forma Dorica ab oraculis aliena est, quae formas epicas cum communibus miscent. Doricum α removit, vocabulum Doricum reliquit Struvius, qui opp. sel. I p. 121 ποτηνοῦ coniecit. Ego non πετηνοῦ scripsi, voc. Homericum, sed πετεινοῦ, quia haec forma et ab Atticis et a poetis epicis posterioribus et infra v. 30 usurpatur. In codd. diphthongi ει compendium saepe vix ab α distingui potest.

[3] Sic AHV, φυράσῃς S, φυρήσας rell. Constructio eadem in Plat. Theaet. 147 c: γῆ ὑγρῷ φυραθεῖσα, et al. — διίῳ B, δηίῳ rell. Correxit Scaliger. Ita in oraculo praep. ev. 5. 8 εἰς χθόνα . . Δηώιον. Ovid. met. 8. 760 Deoia quercus. — ἄλφιτας CFG. — ἔνθευ ACFG, ἔνθεν rell.

[4] Infer vapores thuris, i. e. thura fumantia.

[5] δὲ παρ ψαμαθοισινης A, δὲ παρ ψαμάθοισιν εἰς H; ἔῃς coni. Scaliger. Littus arenosum significatur.

[6] κὰκ κεφαλῆς codd. Vigerus coni. κακκεφαλῆς. Hom. Il. 18. 23 κόνιν χεύατο κὰκ κεφαλῆς, in suum caput. Oraculum praecipit, ut aqua marina in victimae caput fundatur. Ita Iphigenia ap. Eur. v. 1191 se ait Orestem Pylademque, antequam mactet, velle νίψαι ἁγνοῖς καθαρμοῖς, θαλασσίᾳ δρόσῳ.

[7] εἰς ex AH recepi pro ἐς. Etiam v. 12 καὶ εἰς legitur. βαρὺ AH.

[8] Quae praecipiuntur caerimoniae lustrationis sunt. Hae quoque ab hominum sacrificiis initium ceperant. Phot. s. περίψημα: οὕτως ἐπέλεγον τῷ κατ' ἐνιαυτὸν ἐμβαλλομένῳ τῇ θαλάσσῃ νεανίᾳ ἐπὶ ἀπαλλαγῇ τῶν συνεχόντων κακῶν· περίψημα ἡμῶν γενοῦ· ἤτοι σωτηρία καὶ ἀπολύτρωσις· καὶ οὕτως ἐνέβαλον τῇ θαλάσσῃ, ὡσανεὶ τῷ Ποσειδῶνι ἀποτιννύντες. Postea pro hominibus animalia in mari mergebantur. Theophrastus de comoedia ap. Athen. 6 p. 261 d Tirynthios tradit oraculo Delphico iussos esse Neptuno taurum sacrificare et risu abstinentes in mare iniicere. Similiter vel sine victimis Graeci purgabantur. Hom. Il. 1. 314: οἱ δ'ἀπελυμαίνοντο καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον. Namque θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά, ut ait Eur. Iph. T. 1193 Barn. — Supra dixi, ad deos marinos numina aquarum omnium oraculo referri. Ita Hom. Il. 21. 195

ἐς πλατὺν ἠερίων[1] χορὸν ἔρχεο[2] οὐρανιώνων.
ἀστραίοις δῆπειτα[3] καὶ αἰθερίοις ἐπὶ πᾶσιν
αἷμα μὲν ἐκ λαιμῶν κρουνώμασιν ἀμφὶ θυηλὰς[4]
λιμνάζειν[5], τὰ δὲ γυῖα θεοῖς ἐν δαιτὶ πονεῖσθαι.
ἄκρα μὲν Ἡφαίστῳ δόμεναι, τὰ δὲ λοιπὰ πάσασθαι[6], b
ἀτμοῖσιν λαροῖσιν[7] ἐνιπλήσαντες ἅπαντα
ἠέρα ῥευσταλέον[8]· ἐπὶ δ' εὐχὰς πέμπετε[9] τοῖσδε.

Ὠκεανοῖο, ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν. Ut igitur Neptuno equestri „in Illyrico quaternos equos iaciebant nono quoque anno in mare“ (Fest. s. v. Hippius, qui s. v. October equus: „Rhodii quotannis quadrigas Soli consecratas in mare iaciunt“), ita Paus. 8. 7. 2: ἔστι δὲ ἡ Δίνη κατὰ τὸ Γενέθλιον καλούμενον τῆς Ἀργολίδος ὕδωρ γλυκὺ ἐκ θαλάσσης ἀνερχόμενον. τὸ δὲ ἀρχαῖον καὶ καθίεσαν ἐς τὴν Δίνην τῷ Ποσειδῶνι ἵππους οἱ Ἀργεῖοι κεκοσμημένους χαλινοῖς. Troiani in Scamandro equos vivos mergebant; ᾧ δὴ δηθά, ait Achilles Il. 21. 131, πολέας ἱερεύετε ταύρους, ζωοὺς δ' ἐν δίνῃσι καθίετε μώνυχας ἵππους. Femora saltem a Phrygibus in Maeandri Marsyaeque fontes vel sub Antoninis iaciebantur, teste Maximo Tyrio 38 p. 400 ed. Davis. (8. 8 Reisk.) Euseb. eccl. hist. 7. 17: ἐπὶ τῆς Φιλίππου Καισαρείας .. παρὰ ταῖς .. ὑπωρείαις τοῦ καλουμένου Πανείου ὄρους πηγαῖς, ἐξ ὧν καὶ τὸν Ἰορδάνην προχεῖσθαι, κατά τινα ἑορτῆς ἡμέραν σφάγιόν τι καταβάλλεσθαι. Itaque Graecis et quibusdam barbaris mos erat communis. Aliter Aegyptii non totam victimam, sed caput duntaxat abscissum iaciebant in fluvium, mala imprecati. Herodot. 2. 39. Plut. de Iside 31 p. 363 b. Oraculi auctor quos ritus civitatum quarundam esse legerat, eos ad omnes extendit, deorum cultum ratus constare sibi debere.

[1] Ἀέριος h. l. latius patet eique, quod terrestre est, opponitur. Similiter χθόνιος duplici sententia idem oraculum usurpat. Ἀέριοι οὐρανίωνες igitur deos sidereos et aetherios complectuntur.

[2] ἔρχευ F, ἄρχεν C.

[3] Vulgo διέπειτα, Gaisf. tacens δ' ἤπειτα. Restitui crasin particularum δὴ ἔπειτα: neque enim novum deorum genus h. l. sequitur, sed quod v. praec. significatum erat. Quum ad chorum, inquit, deorum sublimium te converteris, tum facito, ut stagnet circa partes hostiae cremandas sanguis ex gutture scatebris ebulliens; comburito, quae deorum sit coena: reliqua membra comedito.

[4] θύη τὰς C, θυητὰς D, θύητας FG, θεκτὰς cum corr. θεητὰς B.

[5] Sic coni. Vigerus. BC λιμνάζοι, alter Vigeri cod. λιμνάζοιο, FG λιμενάζοι, rell. λιμνάζει. — δὲ om. AH. — θεῶν coni. Scaliger. — ποιεῖσθαι F.

[6] δάσασθαι AHV, πάσασθαι γρ. δάσασθαι S.

[7] λαβροῖσιν AH, γρ. SV. Sed lectius λαρός, quod de odore adhibent Mosch. 2. 92: λαρὸν αὐτμήν, et Dionys. perieg. 936 κηώεσσα θύοις ὕπο λαρὸν ὄδωδεν. — ἐνιπρήσαντες Vossii margo.

[8] ῥευστὰ λοιπὸν AH.

[9] πέμπεο AHV, γρ. πέμπω S.

Ad hoc oraculum Theodoretus respicit Graec. aff. san. disp. 10 p. 954 ed. Schulzii: ἀλλ' οὓς ἐνταῦθα θεοὺς προσηγόρευσε, πάλιν ἔφη μὴ εἶναι θεοὺς ἐν τούτῳ γε καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ τῷ συγγράμματι. τοῦ γάρ τοι Ἀπόλλωνος τεθεικὼς[1] τὸν χρησμόν, ὃς διδάσκει, καὶ[2] πῶς χρὴ τοῖς ἐπιχθονίοις, πῶς δὲ τοῖς ὑποχθονίοις θύειν θεοῖς, καὶ πῶς μὲν τοῖς ἐναλίοις, πῶς δὲ τοῖς ἐπουρανίοις καὶ αἰθερίοις, διελέγχει τοῦτον ὡς οὐκ εὖ ἔχοντα τὸν χρησμόν, μὴ χρῆναι φάσκων θεοὺς ὑπολαμβάνειν τοὺς ταῖς διὰ ζῴων θυσίαις χαίροντας et q. s. Noli credere haec verba postrema ex libris de oraculis esse sumta. Videlicet exscripsit Theodoretus verbotenus Eusebii pr. ev. 4. 10. 1 sqq. p. 147 d sqq. Vig., ubi Eusebius primum oraculo de sacrificiis ea opposuerat, quae Porph. de abst. 2. 36 al. in contrariam partem disputasset, deinde addiderat: ταῦτα δὲ λέγων δῆλος ἂν εἴη τὸν ἑαυτοῦ θεὸν ἀπελέγχων. προστάττειν γὰρ ἀρτίως ἔφησε τὸν χρησμόν, μὴ μόνον τοῖς ὑποχθονίοις καὶ ἐπιχθονίοις θεοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀερίοις, οὐρανίοις τε καὶ αἰθερίοις ζῳοθυτεῖν. Eusebius igitur quum ἀρτίως dixisset, quia oraculum modo descripserat, Theodoreti neglegentia illud ἀρτίως ad Porphyrii libros de oraculis rettulit.

Sed iam redeamus ad ea, quae ipsi oraculo Eusebius p. 146 b annectit:

Καὶ μετ' ὀλίγα ἐπεξηγεῖται τὸν χρησμὸν ἑρμηνεύων ὧδε·

Αἱ δὲ θυσίαι ἔχουσι τὸν τρόπον τοῦτον κατὰ τὴν προρρηθεῖσαν
c διαίρεσιν τῶν θεῶν ἐκδιδόμενα. ὄντων γὰρ ὑποχθονίων καὶ ἐπιχθο-
311 νίων θεῶν, καὶ τῶν μὲν ὑποχθονίων καὶ νερτερίων καλουμένων, τῶν
δ'[3] ἐπιχθονίων καὶ χθονίων κληθέντων[4] θεῶν, κοινῶς μὲν τούτοις
ἱερεῖα τετράποδα μέλανα θύειν[5] παρακελεύεται. περὶ δὲ τὸν τρόπον
τῆς θυσίας ἐξαλλάττει.[6] τοῖς μὲν γὰρ ἐπιχθονίοις σφάζειν ἐπὶ βω-
μῶν[7], τοῖς δ' ὑποχθονίοις ἐπὶ βόθρων[8] παρακελεύεται, καὶ μέντοι
d καὶ θάπτειν[9] τούτοις θύσαντας τὰ σώματα. ὅτι γὰρ[10] κοινὰ τούτων
καὶ τὰ[11] τετράποδα, αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ἐπήγαγε.[12]

[1] Ursini cod. alter τεθεικότος. [2] καὶ om. rr Sylburgii.
[3] Sic AH, καὶ rell. [4] καλουμένων AH. [5] ἄγειν γρ. θύειν SVH.
[6] Rem mutat, diversos ritus praecipit.
[7] Hoc Porphyrius inde collegit, quod fossa deorum infernorum diis terrestribus oraculo opponitur.
[8] βόθρον DH. [9] καταθάπτειν AH. [10] δὲ pro γὰρ CFG. [11] τὰ om. AH.

ξυνὰ[1] πέλει χθονίων καὶ ὑποχθονίων[2] τάδε μούνων,
30. τετράποδα[3]· χθονίοις ἀρνῶν νεοπηγέα γυῖα.[4]

τοῖς[5] δὲ ἀερίοις πτηνὰ θύειν παρακελεύεται[6] ὁλοκαυτοῦντας, καὶ τὸ αἷμα ἐπὶ τῶν βωμῶν[7] περιάγοντας· τοῖς δὲ θαλασσίοις πτηνὰ μέν, ζῶντα δὲ ἀφιέναι εἰς τὰ κύματα, μέλανα[8] τὴν χρόαν ὄντα. φησὶ γάρ

(31) τοῖς δ' ἑτέροις[9] τὰ πετεινά, θαλασσαίοις δὲ κελαινά,

[12] Id est iterum rogatus. Saepius oracula supplicibus, qui de primo responso dubitarent, explicandi causa responderunt alia.

[1] ξοινὰ CG. — Nicephorus in Synes. 411 c. Pet.: ὅιν δέ, ὅτι (supple ὁ δαίμων) φησί· κοινὰ π. χ. κ. ἐπιχθονίων τὰ τετράποδα.

[2] Sic AV et γρ. S. Coniectura assecuti sunt Gallaeus et Vigerus. Rell. ἐπιχθονίων.

[3] Vulgo non interpungitur post τετρ. Ego interpunxi ut Porphyrius, qui quum enarret κοινὰ τούτων τὰ τετράποδα, vertit: haec utrisque communia, quadrupedes. Quamquam debebat, ni fallor, omisso inciso post μούνων, interpretari: illis solis communes sunt hae quadrupedes: πρόβατα. Pro ultimo vocabulo oraculum statim ipsas species posuerat, sive potius pecudem secundum annos distinxerat. Neque enim dubito, quin versus secutus sit huius sententiae: infernis vero hoedos adultos. Eo et sermo abruptus et χθονίοις in initio positum deducit. Quae si ita fuerant, oraculum non omnes quadrupedes, sed oves tantum et capras diis terrestribus et infernis communes esse dixerat.

[4] ἀρρένων νέα πίονα (πίονας H) θύειν AH, qui verba interposita omittunt.

[5] τὰ CFG.

[6] Haec verba respondent versui 14: δέμας θύσας ζῴοιο πετεινοῦ, tum ὁλοκ. verbis ἐν πυρὶ βάλλε, verba τὸ αἷμα ἐ. τ. β. π. verbis φόνου πλήσας πάντη βωμόν. Tum ζῷον videtur explicuisse vivum, non simpliciter animal. Quod dicit πτηνὰ μὲν μέλανα τὴν χρόαν ὄντα, hoc pertinet ad τὰ πετεινά, θαλασσαίοις δὲ κελαινά.

[7] τὸν βωμὸν CD; τὸν βωμὸν καὶ τὸ αἷμα pro τὸ αἷμα ἐπὶ τῶν βωμῶν AH.

[8] γὰρ adiiciunt CFG.

[9] Sic scripsi pro τοῖς δὲ θεοῖς. Praecesserunt v. 29 et 30 χθόνιοι, i. e. terrestres et inferni, quibus reliquos deos opponi Porphyrius in enarratione ait. Non praecipi autem, ut philosophus interpretatur, sed admitti tantum oraculo volucrium sacrificia videntur, neque volucres nigrae, ut ille intellegit, sed nigrae victimae omnino diis marinis tribui: et ad τετράποδα enim et ad πετεινά et ad κελαινά ex anteriorioribus ζῷα supplendum est. Hoc si ita est, minus mirum oraculi praeceptum. Trittya Neptuno ap. Hom. Od. 11. 131, equi, ut supra demonstravi, tauri passim immolabantur; ὅτι δὲ οἰκεῖον θῦμα τῇ θαλάσσῃ ὁ ταῦρος, inquit Eust. ad Od. 3. 6, δηλοῖ καὶ Ἡρόδοτος (6. 76) ἐν τῷ· σφαγιασάμενος τῇ θαλάσσῃ ταῦρον (Cleomenes Thyreae, Argivorum oppido). Homerus quum Odysseae loco illo Nestorem Neptuno ταύρους παμμέλανας sacrificantem faciat, Eust. ait: διὰ τὸ ὕδατος μέλαν, οἰκεῖον γὰρ τὸ μέλαν τῷ κυανοχαίτῃ. Etiam rufi tauri, de quibus Pind. Pyth. 4. 363 (204 B.) ἔνθ' ἁγνὸν

πᾶσι μὲν λέγων τοῖς θεοῖς πλὴν τῶν χθονίων τὰ πετεινά· μόνοις δὲ
P. 147. τοῖς θαλασσίοις τὰ κελαινά[1]· οὐκοῦν τοῖς ἄλλοις λευκά. τοῖς δ' οὐρανίοις[2] καὶ αἰθερίοις τὰ ἄκρα τῶν ἱερείων λευκῶν ὄντων ἀφιεροῦν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη ἐσθίειν·[3] ἐκ μόνων γὰρ τούτων βρωτέον σοι, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων μή.[4] οὓς δὲ εἴρηκεν ἐν τῇ διαιρέσει οὐρανίους, τούτους ἐνταῦθα ἀστραίους.

Ἆρ' οὖν δεήσει ἐξηγήσασθαι τῶν θυσιῶν τὰ σύμβολα τῷ εὐσυνέτῳ δῆλα; τετράποδα μὲν γὰρ τοῖς χθονίοις καὶ[5] χερσαῖα· τῷ γὰρ ὁμοίῳ χαίρει τὸ ὅμοιον.[6] χθόνιον δὲ τὸ πρόβατον καὶ διὰ τοῦτο Δήμητρι φίλον[7], καὶ ἐν οὐρανῷ τὴν ἔκφανσιν[8] ἐκ τῆς γῆς τῶν καρπῶν μεθ' ἡλίου λοχεύει. μέλανα[9] δέ· τοιαύτη γὰρ ἡ γῆ φύσει σκοτεινή. τρία δέ· τοῦ γὰρ σωματικοῦ καὶ γεώδους τὰ τρία σύμβολον.[10] τοῖς

Ποσειδάωνος ἕσσαντ' εἰναλίου τέμενος, φοίνισσα δὲ Θρηικίων ἀγέλα ταύρων ὑπᾶρχεν, maris colori fere respondent. Idem Pind. Ol. 13. 99 (69) Δαμαίῳ .. θύων ταῦρον ἀργᾶντα πατρί, i. e. Neptuno, cum veteribus scholiastis putandus est significare τοὺς διὰ λίπος ἤτοι πιμελὴν ἀργούς, adipe splendentes.

1 πᾶσι — κελαινά om. H, πλὴν — κελαινά omittere A credit Gaisf.

2 τε adi. AH.

3 Supple παρακελεύεται.

4 Ubique Porphyrius ex oraculi silentio conclusionem facit et, si quid oppositum sit, contrarium esse colligit.

5 om. AH. Quae ab aquis aliena ad terram pertinent.

6 Sch. Il. 3. 103: ταῦτα (ἄρνε) δὲ θύουσιν (Ἡλίῳ καὶ Γῇ), ἐπεὶ καρποφόρα τῇ τριχί· καὶ ἥλιος δὲ καὶ γῆ αἰτία τῶν καρπῶν. Cur taurus, hoedus, porcus Neptuno immolentur, ex maris similitudine Eust. ad Od. 12. 130 explicat. Equos fluviis sacrificari sch. Il. 21. 132 ait ideo, quod τὰ ὁρμητικώτατα τῶν ζῴων αὐτοῖς ἀφιᾶσιν. Paus. 3. 14. 9: Therapnaei σκύλακα κυνὸς τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσι, θεῶν τῷ ἀλκιμωτάτῳ κρίνοντες ἱερεῖον κατὰ γνώμην εἶναι τὸ ἀλκιμώτατον ζῷον τῶν ἡμέρων. Serv. ad Verg. Ge. 2. 380: „victimae numinibus aut per similitudinem aut per contrarietatem immolabantur. Per similitudinem, ut nigrum pecus Plutoni . ." Alia attuli p. 113 not. 4.

7 Paus. 1. 44. 4: inter Megara et Nisaeam ἱερὸν Δήμητρός ἐστι Μαλοφόρου. λέγεται .. τοὺς πρώτους πρόβατα ἐν τῇ γῇ θρέψαντας Δήμητρα ὀνομάσαι Μαλοφόρον. Verg. Aen. 4. 57: Dido et Anna „mactant tectas de more bidentis legiferae Cereri." Eupolis Maricae fr. 7 Mein.: θῦσαι γάρ με δεῖ κριὸν Χλόῃ Δήμητρι.

8 ἐκφάνησιν AH. Arietem, primum zodiaci sidus, veris signum, una cum sole ex terra segetes ait elicere.

9 μέλαινα BCFG. De re p. 113 not. 4.

10 Sic BCDF. Vulgo σύμβολα. Ita Porph. τριχῇ explicat. Secundum Pythagoreos quosdam tria significabant corpus propter tres dimensiones. Cf. Boeckh. Philolai p. 157. Eo fortasse Parmenides deduxerat ap. Ioh. Lyd. exc. 15 ante libros de mens. (ed. Roether): οὕτως γὰρ ἡμῖν παραδίδωσιν ὁ Παρμενίδης, πρώτιστα μὲν τὰ νοητά, δεύτερα τὰ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς τρίτα τὰ συνεκτικά. Ex Pytha-

μὲν οὖν ἐπιχθονίοις ἄνω ἐπὶ βωμῶν[1] δεῖ θῦσαι· ἐπὶ γὰρ τῆς γῆς ἀναστρέφονται οὗτοι. τοῖς δ' ἐπιχθονίοις ἐν βόθρῳ καὶ ἐν ταφῇ, ἔνθα διατρίβουσι. τὰ πτηνὰ δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅτι πάντα θεῖ. καὶ γὰρ τὸ ὕδωρ ἀεικίνητον τῆς θαλάσσης, μέλαν δέ· διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα ἱερεῖα[2] πρόσφορα· τοῖς δὲ ἀερίοις λευκά· πεφώτισται γάρ[3] καὶ ὁ ἀὴρ φύσεως ὢν διαφανοῦς. οὐρανίοις δὲ καὶ αἰθερίοις τὰ ἐπὶ[4] τῶν ζῴων κουφότερα, ἅπερ ἐστὶν ἄκρα· οὕς[5] κοινωνεῖν τῆς θυσίας δεῖ.[6] δοτῆρες c
γὰρ οὗτοι ἀγαθῶν· οἱ δὲ ἄλλοι τῶν κακῶν[7] κωλυτῆρες.

Τοιαῦτα[8] μὲν τὰ ἀπὸ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας τοῦ θαυμαστοῦ θεοσόφου.

Secundum Porphyrii explicationem latissime volucrium sacrificia patuissent. Quibus finibus revera circumscripta sint, in additamento demonstrabo; oraculi auctorem significavisse potius, ubi permitterentur, quam ubi poscerentur, supra commemoravi. Conquisivit hic homo doctrinam suam ex Homero, Platone, aliis eo studiorum genere, cui grammatici Alexandrini vacabant; quas res sparsas per libros legerat, earum artem conscripsit, ut rhetores et grammatici. Hi ipsi non tam ex lingua ipsa et hominum ore, quam ex Atticorum scriptis hauserunt; ita ille non hausit ex ritibus, quos viderat, sed quos commemoratos legerat. Neque enim unquam communes erant isti ritus toti Graeciae; sed qui aliis civitatibus alii erant, eos ille ad normam generalem redegit.

Praep. evang. lib. V. cap. 6. §. 3. p. 113 Steph. p. 190 d. Vig.: Ἄκουε δ' οἷα ἐκφαίνει ὁ τὰ ἄρρητα[9] τῶν ἀρρήτων διηρευνηκὼς καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀξιωθεὶς τῆς γνώσεως[10] . .

---

goreis idem Ioh. de diebus 5. 7 extr.: ἓν μὲν οὖν μέτρον ἐστί, καθ' ὃ συνέστη ὁ ἀσώματος καὶ νοητὸς κόσμος· δεύτερον δὲ μέτρον, καθ' ὃ ἐπάγη ὁ αἰσθητὸς οὐρανός . . τρίτον δὲ καθ' ὃ ἐδημιουργήθη τὰ ὑπὸ σελήνην .

[1] Βωμός latiore sententia. Proprie βωμός est superis, ἐσχάρα terrestribus diis. Porph. de antro Nymph. cap. 6. Sch. Eur. Phoen. 274 et 284. Neanthes ap. Eustath. ad Od. 6. 305. Festus (P. Diaconus) s. v. altaria.

[2] καὶ ἀέρι pro ἱερεῖα AH. — Nigro mari, inquit, nigrae conveniunt victimae. Similiter Eust. (ad Od. 12. 130) ait tauros Neptuno sacrificari διὰ τὸ κατὰ σφοδρότητα κινήσεως πληκτικόν, (ad Od. 3. 5) nigros διὰ τὸ ὕδατος μέλαν.

[3] δὲ pro γὰρ CFG; καὶ om. AH. [4] ἔτι EFG.

[5] οὕς pro οἷς scripsi et punctum minus pro inciso posui. Οὕς et οὗτοι ad deos caelestes aetheriosque pertinent. Hi prosunt nisi offenduntur, reliqui nocent nisi placantur.

[6] οὐσίας AH, omisso δεῖ. [7] τῶν κακῶν om. AH. [8] ταῦτα A.

[9] Sic AV, ταρρητα H, ἀρρητότατα Gaisf. ex rell. codd.

[10] πίστεως pro γνώσεως BCDFG. Dignus habitus arcanorum cognitione.

Cap. 7. 1 p. 114 Steph. p. 191 b. Vig.

V. 32. Οὐδὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖς ποτε δῖα μάταιον[1]
οὐδ' ἀκράαντον ἔλεξε[2] σοφοῖς Ἑκάτη θεοφήταις·[3]
ἀλλ' ἀπὸ παγκρατεροῖο[4] νόου πατρόθεν κατιοῦσα[5]
αἰὲν ἀληθείῃ[6] σελαγίζεται[7], ἀμφὶ δὲ μῆτις
ἔμπεδος ἀρρήκτοισι[8] μένει λογίοισι βεβαία.[9]
δεσμῷ δ' οὖν[10] κλήιζε· θεὴν[11] γάρ ἄγεις με τοσήνδε,
ὅσση[12] ψυχῶσαι πανυπέρτατον ἤρκεσα κόσμον.

Καὶ μήποτε διὰ τοῦτο τρίμορφος τριμερής[13] τε καὶ ἡ ψυχή. Ταύτης

[1] θεήποτε δία μάταιον BCV, etiam C, nisi quod is θεόποτε. — θεοί τοτε δία μάταιον FG, ποτε διὰ μάταιον DE, ποτ' ἀδείματον vulg. et alter cod. Vigeri; θέσπισμα μάταιον coni. Lob. Agl. p. 225; ἄειδε μάταιον Vossius in marg. et Unger Theban. paradox. p. 451. — Gaisf. edidit, quod ego, secutus, ut videtur, AH, de quibus tacet. Eandem lectionem coniectura assecutus est Struvius opp. sel. 1 p. 121. Hecate prae aliis δῖα vocabatur. Cf. Lob. Agl. 543 et 561.

[2] ἔλεγξε B.

[3] σοφὸς ἑκάστῃ AH, θεοφοίταις CFG. — Θεοφήτας esse eosdem, qui ὑποφῆται appellari soleant, Struvius l. comm. annotat.

[4] Pro παγκράτοιο vocabulum scripsi, quod alias non legitur; sed permulta vocabula cum πᾶς a novitiis poëtis composita sunt, quorum amplum numerum nondum in lexica receptum Struvius ex oracc. Sibyllinis in fr. libr. Sibyll. a Lactantio servatis (Regiomont. 1817 p. 26 sqq. et opp. loco comm.), ex aliis scriptoribus novitiis A. Nauckius nov. annal. phil. et paed. tom. 65 p. 246 a. 1852 congesserunt. — Longius a codd. recederet παντάρχοιο, quod Soph. O. C. 1085 praebet.

[5] κεντιοῦσα C. A patre, et ab eius omnipotenti quidem mente prodiens, i. e. a patris mente omnipotenti.

[6] ἀληθείης vulgo, ἀληθείῃ BDV. [7] ἀλεγίζηται AH.

[8] ἀρρήκτοις AH. Tum πει μένει C.

[9] Sic Voss. in marg. Codd. λογίοις, CFG βεβαῖα, rell. βεβαυῖα. Construe: μῆτις δὲ ἀμφὶ μένει ἔμπεδος, βεβαία ἀρρήκτοις λογίοις.

[10] δὲ pro δ' οὖν AH. De re, ut Porphyrius ipse, ita nos quoque infra dicemus.

[11] Formam θεήν pro θεάν damnat Spitzner mant. obss. in q. Smyrn. p. 262: at eadem infra p. 193 d. Vig. legitur et permittenda videtur huic poësis generi.

[12] ὅση AH. Orphicus theogoniae Hesiodeae interpolator v. 414: ἣ δὲ (Hecate) καὶ ἀστερόεντος ὑπ' οὐρανοῦ ἔμμορε τιμῆς, ἀθανάτοις τε θεοῖσι τετιμένη ἐστὶ μάλιστα. Oraculum Hecatae in praep. ev. 175 c: τριστοίχου φύσεως συνθήματα τρισσὰ φέρουσα, αἰθέρα μέν . .

[13] Coniiciat fortasse quispiam, scribendum esse τρίμορφος, ὅτι τριμερὴς καὶ . . Atqui hac ipsa in commentatione ap. Euseb. p. 175 b. Vig. triplicem formam Porphyrius aliter explicat, ὡς συνεχούσης τὸ τρίστοιχον. Veram igitur deae speciem esse tergeminam quum oracula dicerent, ille credebat; speciem

δὲ τὸ μὲν θυμοειδές, τὸ δὲ ἐπιθυμητικόν· ὅθεν καὶ πρὸς τὰ ἐρωτικὰ καλεῖται. d

Ταῦτα οὐκ ἐμά, μήτοι νομίσῃς, τοῦ δὲ προειρημένου συγγραφέως ἀκήκοας.. (Sequitur particula epistulae ad Anebonem.) 192: Ἐν δὲ τῇ προλεχθείσῃ πραγματείᾳ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας προστίθησι τοῖς εἰρημένοις λέγων ὧδε·

Καὶ μὴν ὅ τι ἑκάστῳ ἐπιτέτακται, αὐτοὶ[1] δεδηλώκασιν, ὥσπερ ὁ Διδυμαῖος διὰ τούτων· — ἦν δ' ἡ πεῦσις, εἰ δεῖ ὀμόσαι τῷ ἐπαγαγόντι[2] τὸν ὅρκον —

Μητέρι μὲν μακάρων μέλεται[3] Τιτηνίδι Ῥείῃ[4] b
αὐλοὶ[5] καὶ τυπάνων[6] πάταγοι καὶ θῆλυς ὅμιλος·

consentire putabat cum deae imperio tria elementa complectente; animam humanam, quum eidem subiecta esset, a domina duxisse naturam triplicem, i. e. τὸ νοητικόν, τὸ θυμικόν, τὸ ἐπιθυμητικόν. Ita omnia sibi constant; non constarent, si ex animae natura deae formam ductam esse diceret. — Quia animam illa dea regat, animae autem pars appetitus sit et cupido, ideo amoris causa eam invocari ait philosophus. Quam rem plerique non ex animae moderatione, sed ex lunae imperio repetebant, velut Plut. de Isi cap. 52 p. 372 d: καὶ πρὸς τὰ ἐρωτικὰ τὴν σελήνην ἐπικαλοῦνται. Ioh. Lydus de mens. 3. 8. 24: καὶ γὰρ ὑγρὰ τὴν φύσιν ἡ σελήνη, ὅθεν καὶ αἱ περὶ ἐρώτων μαγγανεῖαι πρὸς αὐτὴν γίνονται. Porphyrius ipse postea ad lunam Hecatae naturam rettulit. Dixit enim in commentatione de simulacris praep. ev. 3. 11. 32: Ἑκάτη δὲ ἡ σελήνη πάλιν, (σύμβολον) τῆς περὶ αὐτὴν μετασχηματίσεως καὶ κατὰ τοὺς σχηματισμοὺς δυνάμεως· διὸ τρίμορφος ἡ δύναμις.. Quum igitur antea non dubitasset, quin extaret dea et tradita specie esset induta, postea eam non rerum reginam, sed rerum signum esse censebat, soluto numine, relicta imagine.

[1] αὐτοί, i. e. dii, scripsi pro vulg. καὶ τὶ καὶ τίνι αὐτῶν, pro quibus verbis AHV καὶ τίνα αὐτῷ. Videtur καὶ τίνα glossa fuisse ad ὅ τι, ut saepe glossae particula καί annectuntur.

[2] Qui iusiurandum exegerit. Paus. 4. 14. 3 αὐτοῖς ἐπάγουσιν ὅρκον μήτε ἀποστῆναι.. F. ἐπαγόντι, AH ἐπάγοντι.

A. Nauckius proposuit τήνδε τίουσιν ἑκὰς σφῶν ὄντος ἀληθοῦς. Τέμνω ap. posteriores i. q. ἀποτέμνω, separo: inde genetivum regit, ut supra στῆτε πόθου pro ἀπόστητε.

Eusebius pergit:

[1] Εὐσεβέστατον ἄρα ἔφη αὐτόν, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καθάπερ καὶ[2] τῶν ἄλλων[3], μετὰ θάνατον ἀπαθανατισθῆναι, ἣν σέβειν ἀγνοοῦντας τοὺς Χριστιανούς.

Ἐπερωτησάντων δέ, διὰ τί ἐκολάσθη, ἔχρησεν·

320. Σῶμα μὲν ἀδρανέσιν[4] βασάνοις αἰεὶ προβέβληται[5]·
ψυχὴ δ' εὐσεβέων[6] εἰς οὐράνιον πέδον ἵζει.

Quae postquam vertit Augustinus haec addit ab Eusebio omissa: „Illa vero anima aliis animabus fataliter dedit, quibus fata non annuerunt deorum obtinere dona, neque habere Iovis immortalis agnitionem, errore implicari[7]. Propterea ergo diis exosi: quia, quibus fato non fuit nosse deum, nec dona a diis accipere, his fataliter dedit iste errore implicari."

Eusebius pergit:

Καὶ ἐπιλέγει μετὰ τὸν χρησμὸν ἑξῆς·

Αὐτὸς οὖν εὐσεβὴς καὶ εἰς οὐρανούς, ὥσπερ οἱ εὐσεβεῖς, χωρήσας. ὥστε τοῦτον μὲν οὐ βλασφημήσεις, ἐλεήσεις δὲ τῶν ἀνθρώπων τὴν ἄνοιαν[8].

[1] Augustinus pergit: Deinde post verba huius quasi oraculi sua ipse contexens: „Piissimum igitur virum," inquit, „eum dixit et eius animam, sicut et aliorum piorum, post obitum immortalitate donatam, et hanc colere Christianos ignorantes."

[2] καὶ om. cod. Oxon.

[3] Ex Augustino videtur εὐσεβέων esse inserendum; neque enim alias hic scriptor quidquam explicandi causa adiecit, neque omnium hominum, etiam pravorum, animas Porphyrius immortalitatem assequi censebat.

[4] Augustinus: „Interrogantibus autem," inquit, „cur ergo damnatus est? oraculo respondit dea: Corpus quidem debilitantibus tormentis semper oppositum est: anima autem piorum coelesti sedi insidet." Hic igitur ἀδρανής vi activa dictum censuit. Sed id potius significare videtur, cui debilitas et inertia ex materia inhaeret: itaque tentamina cruciatusque, quae a natura terrestri proficiscantur.

[5] προβέβλητο Par. [6] εὐσεβῶν Par.

[7] Fort. ἄλλαις δὲ ψυχαῖς κατὰ μοῖραν ἔδωκεν ἐκείνη,
αἷς κῆρ οὐ κατένευσε θεῶν ἀπὸ δῶρα φέρεσθαι,
οὐδ' ἐχέμεν Διὸς ἀθανάτου γνῶσιν, καταδεῖσθαι
ἀμπλακίῃ.

Hinc Porphyrii enarratio incipit.

[8] Haec verba ex Augustino supplevi, qui ait: „Ipse vero pius, et in coelum, sicut pii, concessit. Itaque hunc quidem non blasphemabis, misereberis autem hominum dementiam, ex eo in eis facile praecepsque periculum." Quod a misereberis pendet; periculum ex Christo in Christianos ruens, i. e. ex Christi virtute in Christianorum imperitiam procedens. Verto: τὸν ἐξ αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς προπετῆ ἀπότομόν τε κίνδυνον.

Multis modis notabile hoc iudicium de Christo; idemque apud deorum cultores omnino valebat. Nam Phlego Trallianus, Hadriani Imp. libertus, ἐν τρισκαιδεκάτῳ ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ οἶμαι τῶν χρονικῶν καὶ τὴν περί τινων μελλόντων πρόγνωσιν ἔδωκε τῷ Χριστῷ, ait Origenes contra Celsum 2. 14, qui per Phlegontem Christi vaticinationem de diruenda Iudaeorum republica Hadriano innotuisse narrat. Alexander Severus in larario suo „divos principes, sed optimos electos et animas sanctiores, in queis et Apollonium" (Tyanensem), „et quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham et Orpheum et huiuscemodi deos habebat" (Ael. Lamprid. Alex. Sev. vit. cap. 29), „quin etiam ulterius procedens Christo templum facere voluit eumque inter deos recipere" (ibid. cap. 43). Ne miracula quidem Christi negabant, sed opponebant quasi parem Apollonium Tyanensem vatem, quem non minora Christo exegisse vitaque non minus sancta fuisse iactabant. Concedebant igitur Christo quoque aliquam divinitatem esse, sed in heroum deorumque minorum civitatem receperunt et a Christianis vice versa postulabant, ut veteres deos intactos relinquerent.

Oracula illa non potuerunt ab homine Christiano fingi, siquidem Christianos dementiae arguebant. Neque quidquam obstat, quin ab Graeco praestigiatore facta esse censeamus, qui Hecaten evocaret.

Augustinus de civit. dei XIX cap. 22 extr.

Postremo ipse est deus, quem doctissimus philosophorum, quamvis Christianorum acerrimus inimicus, etiam per eorum oracula, quos deos putat, deum magnum Porphyrius confitetur. Cap. 23. Nam in libris, quos θεολογίων (scr. τῆς ἐκ λογίων) φιλοσοφίας appellat, in quibus exsequitur atque conscribit rerum ad philosophiam pertinentium velut divina responsa, ut ipsa verba eius quemadmodum ex lingua graeca in latinam interpretata sunt, ponam,

„Interroganti," inquit, „quem deum placando revocare possit „uxorem suam a Christianismo, haec ait versibus Apollo."

Deinde verba velut Apollinis ista sunt:

„Forte magis poteris in aqua impressis litteris scribere, aut „adinflans pennas leves per aëra ut avis volare, quam pollutae re„voces impiae uxoris sensum. Pergat, quomodo vult, inanibus falla„ciis perseverans, et lamentationibus fallacissimis mortuum deum

„cantans, quem a iudicibus recta sentientibus perditum, pessima in „speciosis[1] ferro iuncta mors interfecit[2].“

Deinde post hos versus Apollinis, qui non stante metro latine interpretati sunt, subiunxit atque ait:

„In his quidem tergiversationem irremediabilis sententiae eorum „manifestavit, dicens:

„Quoniam[3] Iudaei suscipiunt deum magis quam isti.“

Ecce ubi decolorans Christum Iudaeos praeposuit Christianis, confitens, quod Iudaei suscipiant deum. Sic enim exposuit versus Apollinis, ubi a iudicibus recta sentientibus Christum dicit occisum, tanquam illis iuste iudicantibus merito sit ille punitus. Viderit, quid de Christo vates mendax Apollinis dixerit atque iste crediderit aut fortasse vatem, quod non dixit, dixisse iste ipse confinxerit . . Iudaeos tanquam dei susceptores recte dicit iudicasse de Christo, quod eum pessima morte excruciandum esse censuerint . . Hactenus Augustinus. Vix dubitari potest, quin oraculum ab Iudaeo sit confictum.

Geminum huicce oraculum **Lactantius** praebet instit. 4. 13. 11, quod potuit ex Porphyrio, potuit aliunde haurire. Christianus certe

[1] Graece fortasse ἐν ἐμφανέεσσι, i. e. in colle.

[2] A. Nauck. annal. antiquit. Marpurg. a. 1855 p. 120 hanc interpretationem tentat:

Μᾶλλον ἴσως γράψαις ἂν γράμμασιν ὑδροχαράκτοις
ἠδέ ποτ' ἐκφύσας πτερὰ κοῦφ' ἀνόπαια πέτοιο,
ἠὲ μεταστήσαις μιαρᾶς ἀσέβημα γυναικός.
ἐρρέτω ὡς ἐθέλει κενεαῖς ἀπαταῖσι χαρεῖσα
καὶ θρήνοις μάλα λυγρὰ θεὸν κλαίουσα θανόντα, . .
δεινοτάτη † ἐν εἴδεσσι † σιδηρόδετος κτάνε μοῖρα.

Augustinum commutavisse φύσας cum φυσάω et ποτέ cum ποτί v. 2, legisse v. 5 κλέουσα idque correxisse κλείουσα pro κλαίουσα, v. 6 ἐν εἴδεσσι corruptum esse fort. ex νηλής τε. Ego tentabam:

μήποτε γράμμασι μᾶλλον ἂν ἔγραφες ὑδροχαράκτοις,
ἤ κε κατεμπνείων πτερὰ λεῖα δι' ἀέρος ἔπτης
ὥστ' ὄρνις, . .

ita ut imago sumta esset a vento, qui alas veluti vela impleret. Versum Augustinus non integrum videtur vertisse. Tum:

ἢ μιαρῆς φρέν' ἂν ἀγκαλέου ἀσεβοῦς ἀλόχοιο.
ἐρρέτω et q. s.
πανδολεροῖς τε γόοισι θεὸν θρηνοῦσα θανόντα,
ὅν τε δικασπολίαισιν ὑπ' ὀρθονόοισιν ἁλόντα
δεινὸς ἐν ἐμφανέεσσι σιδηρόδετος μόρος ἔκτα.

[3] Ita Augustinus supra ὅττι vertit. Manifestavit, i. e. deus oracula. Ut saepius, Porphyrius in media oratione sua oraculi versum affert, quem antea omiserat. Verto: ὅττι θεὸν χωροῦσιν Ἑβραῖοι μᾶλλον ἐκείνων.

homo oraculum non fecit: is enim pro σοφός saltem θεός dixisset et in iudicum dementiam esset invectus.

„Propterea Milesius Apollo consultus, ntrumne (i. e. Christus) deus an homo fuerit, hoc modo respondit:

322. θνητὸς ἔην κατὰ σάρκα, σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις,
ἀλλ' ὑπὸ Χαλδαίοισι δικασπολίαισιν ἁλωκώς,
γομφωθεὶς σκολόπεσσι πικρὴν ἀνέπλησε τελευτήν.

ἐὴν et ἀλλὰ Sedul. Tum vulgo ὑπὸ Χαλδαιων κριτῶν ὅπλοις συναλωθείς. Sed Reg. χααaιοιcιaικaιcπoaιacιh ἁλώσας i. e. Χαλαίοισι δικαισπολιασιν, Sedulius Χαλδαίοις δικασπολίεσιν ἁλωκώς. Fritzschius ex codd. edidit ut ego, nisi quod ἁλώσας recepit, quod Struvius opp. 1. 152 tuetur, annotans posteriores scriptores multis aoristis primis abuti pro secundis. Medetur tamen formae inauditae Sedulius. Eodemque perfecto Pind. utitur Pyth. 3. 100 (57 Boeckh.). Ἁλίσκεσθαι verbum sollemne de iudicum condemnatione. Captus sub Chaldaeis (notiorem gentem pro Hebraeis accolis dixit), eorum sententia et iudicio . . Struvius coni. hoc ipsum δικασπολίαισιν, et δίκαις σκολιαῖσιν et Χαλδαίοιο δικασπόλου. — Quem duo dativi offenderint, is poterit Χαλδαϊκαῖσι scribere aut Χαλδαίαισι, ut alia quoque populorum nomina pro adiectivis usurpantur.

Pergit Augustinus §. 4: Sed iam causas ipsius audiamus erroris:

„Sunt," inquit, „spiritus terreni minimi loco quodam, malorum „daemonum potestati subiecti. Ab his sapientes Hebraeorum, quo„rum unus iste etiam Iesus fuit, sicut audîsti divina Apollinis, quae „superius dicta sunt, — ab his ergo Hebraei daemonibus pessimis „et minoribus spiritibus vetabant[1] religiosos et ipsis vacare prohi„bebant; venerari autem magis coelestes deos, amplius autem vene„rari deum patrem. Hoc autem," inquit, „et dii praecipiunt, et in „superioribus ostendimus, quemadmodum animum advertere ad deum „monent et illum colere ubique imperant. Verum indocti et impiae „naturae[2], quibus vere fatum non concessit a diis dona obtinere ne„que habere Iovis immortalis notionem[3], non audientes et deos et „divinos viros, deos quidem omnes recusaverunt, prohibitos autem „daemones et hos[4] non odisse, sed revereri: deum autem simulantes

[1] Verba prohibebant et vetabant transponere malim, ut dicatur ab his prohibebant.

[2] Graece articulus erat adiectus.

[3] Porphyrius verbis oraculi utitur.

[4] Pro et hos verbum exspectatur, quod infinitivos regat. Olim ede-

„colere, ea sola, per quae deus adoratur, non agunt. Nam deus quidem, utpote omnium pater, nullius indiget, sed nobis est bene, „cum eum per iustitiam et castitatem aliasque virtutes adoramus, „ipsam vitam precem ad ipsum facientes[1], per imitationem et inquisitionem de ipso[2]. Inquisitio enim purgat," inquit, „imitatio deificat, affectionem ad ipsum operando."[3]

Postremo tria oracula affero, quae **Lactantius** institt. 1. 7. 9 praebet, ita tamen, ut non liqueat, utrum ex Porphyrio an ex posteriore oraculorum corpore hauserit. Ait Lactantius:

„Nam quum (Apollo) interrogaretur, quomodo sibi supplicari vellet, ita respondit:

πάνσοφε, παντοδίδακτε, πολύστροφε[4], κέκλυθι[5] δαῖμον.

Item rursus quum preces[6] in Apollinem Smintheum exprомeret, ab hoc versu exorsus est:

ἁρμονίη κόσμοιο[7], φαεσφόρε, πάνσοφε[8] δαῖμον.

Nam et[9] in alio responso ita dixit:

δαίμονες, οἳ φοιτῶσι περὶ χθόνα καὶ περὶ πόντον,
ἀκαμάτου[10] δάμνανται ὑπαὶ μάστιγι θεοῖο."

Haec igitur oracula si ex Porphyrio sunt repetita, priora duo ad p. 125–127 nostras pertinebant, tertium ad p. 150.

batur: „daemones non solum nullis odiis insequi, sed etiam revereri delegerunt." Fort. scr. sunt ausi. Porphyrius sedem daemonum hîc non significat; minimos vocat comparatione cum diis maioribus facta.

[1] I. e. ita vitam nostram instituentes, ut tota quasi cultus dei continuus sit.

[2] Deo. [3] Τῷ διάθεσιν πρὸς αὐτὸν (deum) ποιεῖσθαι.

[4] Sic Sedulius, et cod. Vratislav. (ap. O. Fr. Fritzschium in ed. Lactantii Lps. 1842. ch. 8) cum interpretatione „qui per multa verteris;" πολιστροφε cod. Regiom. ap. Struv. opp. sel. I p. 128. Vulgo παντοδίδακτ', ἑνολοίστροφε. Glossa „qui per multa versaris" in Lactantii edd. vett. et codd. Goth. et Viteb.

[5] κλῦθι Sedulius. [6] precem Fritzschius, typothetae errore, opinor.

[7] κόσμου Sedulius.

[8] Sic Sedulius, cod. Vratisl., Fritzschius; πανσοφαε Regiom.; καὶ σοφὲ vulg. [9] et Regiom.; vulg. om.

[10] Sic Sedul. et Regiom. pro ἀκάματοι. — δάμνονται Regiom., δάμονται Vrat. — Tum ὑπε et θεοι Regiom.; ὑπὸ μάστιγος θεοῦ Sedul., qui antea οἱ pro οἳ. Cf. Proculi hymn. in Sol. 27:

δειμαίνουσι δὲ σεῖο θοῆς μάστιγος ἀπειλὴν
δαίμονες ἀνθρώπων δηλήμονες ἀγριόθυμοι.

ADDITAMENTUM I

ad p. 116—121.

DE VOLUCRIUM SACRIFICIIS APUD GRAECOS ET ROMANOS.

Versus nostri 16 et 31 volucrium in sacrificiis usum late patuisse apud veteres produnt; latius etiam pateret, si Porphyrius recte carmen interpretaretur. Esse sacrificatas etiam volucres constat. Arnobius enim adv. nationes 7. 16 ait: „quoniam volucres hostiarum quoque in numero ponitis, cur nun volturios, aquilas, ciconias, immussulos, buteones, corvos, accipitres, noctuas?" Sibylla ap. Clem. Alex. protr. 4. 62 p. 18 Sylb. θυσίαισι τετραπόδων, διπόδων, πτηνῶν θηρῶν τε φόνοισι. Aeneas Gaz. Theophr. p. 16 Boiss. εἰ δὲ ἁλόντα τὰ ὄρνεα θύοιτο .. Sacrificabantur Dianae Laphriae, quae a Messeniis, Calydoniis, Patrensibus, aliis colebatur (Mueller Dor. I p. 377 not. 5 ed. 1). Paus. 7. 18. 7: Ἄγουσι δὲ καὶ Λάφρια ἑορτὴν τῇ Ἀρτέμιδι οἱ Πατρεῖς ἀνὰ πᾶν ἔτος .. ἐσβάλλουσι γὰρ ζῶντας ἐς τὸν βωμὸν ὄρνιθάς τε τοὺς ἐδωδίμους καὶ ἱερεῖα ὁμοίως ἅπαντα, ἔτι δὲ ὗς ἀγρίους καὶ ἐλάφους τε καὶ δορκάδας, οἱ δὲ καὶ λύκων καὶ ἄρκτων σκύμνους, οἱ δὲ καὶ τὰ τέλεια τῶν θηρίων· κατατιθέασι δὲ ἐπὶ τὸν βωμὸν καὶ δένδρων καρπὸν τῶν ἡμέρων. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου πῦρ ἐνιᾶσιν ἐς τὰ ξύλα. ἐνταῦθά που καὶ ἄρκτον καὶ ἄλλο τι ἐθεασάμην τῶν ζῴων, τὰ μὲν ὑπὸ τὴν πρώτην ὁρμὴν τοῦ πυρὸς βιαζόμενα ἐς τὸ ἐκτός, τὰ δὲ καὶ ἐκφεύγοντα ὑπὸ ἰσχύος· ταῦτα οἱ ἐμβαλόντες ἐπανάγουσιν αὖθις ἐς τὴν πυράν. τρωθῆναι δὲ οὐδένα ὑπὸ τῶν θηρίων μνημονεύουσιν. Paus. 4. 31. 7: Messene Κουρήτων μέγαρον, ἔνθα ζῷα τὰ πάντα ὁμοίως καθαγίζουσιν· ἀρξάμενοι γὰρ ἀπὸ βοῶν τε καὶ αἰγῶν καταβαίνουσιν ἐς τοὺς ὄρνιθας ἀφιέντες ἐς τὴν φλόγα. Lucianus de dea Syria 49: ἑορτέων δὲ πασέων, τῶν οἶδα, μεγίστην Hieropolitani deae Syriae τοῦ εἴαρος ἀρχομένου ἐπιτελέουσι· καί μιν οἱ μὲν πυρήν, οἱ δὲ λαμπάδα καλέουσι, θυσίην

δὲ ἐν αὐτῇ τοιῇνδε ποιέουσι. δένδρεα μεγάλα ἐκκόψαντες ἐν τῇ αὐλῇ ἑστᾶσι (scr. ἱστᾶσι), μετὰ δὲ ἀγινέοντες αἶγάς τε καὶ ὄϊας καὶ ἄλλα κτήνεα ζωὰ ἐκ τῶν δενδρέων ἀπαρτέουσι· ἐν δὲ καὶ ὄρνιθες καὶ εἵματα καὶ χρύσεα καὶ ἀργύρεα ποιήματα. ἐπεὰν δὲ ἐντελέα πάντα ποιήσωνται, περιενείκαντες τὰ ἱρὰ περὶ τὰ δένδρεα, πῦρ ἐνιᾶσι, τὰ δὲ αὐτίκα πάντα καίονται. Sed quum haec sacra, ubi cum aliis rebus omnia animalium genera concremabantur, singularia sint et a reliquis Graecorum sacris abhorreant, gallinas anseresque solemnes esse victimas Suidas tradit s. v. βοῦς ἕβδομος: θυομένων δὲ τῶν ἐξ ἐμψύχων, προβάτου, ὑός, αἰγός, βοός, ὄρνιθος, χηνός .. Ubi non avem, sed gallinam dici anser ab ea distinctus ostendit; ac saepissime gallinae simplici ὀρνίθων nomine significantur. Diogenianus 3. 50 cum Suida consentit, nisi quod omisso bove adiicit πετεινόν inter ὄρνιν et χῆνα, quae videtur glossa fuisse adscripta ad ultima duo animalia complectenda. Galli et gallinae omnium deorum in omnibus civitatibus erant victimae. Arnob. adv. nat. 7. 16: „Ergone ille putor, qui ex coriis tollitur .. gallinarumque de plumis, dei munus et honor est?“ 7. 8: „Quae caussa est, ut .. deus .., si gallinulam .. sub illius oculis atque altaribus concremaro, oblivionem inducat iniuriae?“ Plin. n. h. 10. 56. 77: „Ad rem divinam (gallinae) luteo rostro pedibusque purae non videntur: ad opertanea sacra nigrae.“ Aesculapio imprimis gallos esse sacrificatos nemo nescit. Cf. Plat. Phaed. p. 118 a.* Artemidor. onir. 5, 9. Lactant. 3, 20. Ita in Triccae, oppidi natalis, nummis Aesculapius angui avem praebet (Sestini Mus. Fontanae p. 2 t. 12. Mionnet. descr. 6. 106 p. 541. Panofka Asklepios u. die Asklepiaden, tab. 1. 13), quamvis anati quam gallo similiorem. Etiam in insula Romanorum Tiberina ei „gallinae immolabantur.“ P. Diac. ad Fest. s. v. in insula. Inscr. quaedam Latina mutila tabulas ex-

* Hoc Prudentius apotheos. 200 respicit:

consule barbati deliramenta Platonis,
consule et hircosus Cynicus quos somniat, et quos
texit Aristoteles torta vertigine nervos:
hos omnes .., quamvis promittere et ipsi
gallinam soleant aut gallum, clinicus ut se
dignetur praestare deus morientibus aequum.

pensi sacerdotales praebent: ubi et pro pelle, in qua incubatio erat facta, et „pro gallo holocausto“ argentum aliquod poscitur.

Ut Aesculapio, ita aliis quoque medicis numinibus has hostias vindicabant, velut Titanii prope Sicyonem in Aesculapii templo Alexanori et Euamerioni heroibus. Ὁπόσα δὲ τῶν θυομένων καθαγίζουσιν, οὐδὲ ἀποχρᾷ σφίσιν ἐκτέμνειν τοὺς μηρούς, χαμαὶ δὲ καίουσι πλὴν τοὺς ὄρνιθας, τούτους δὲ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ. Paus. 2, 11, 7. Incubabant aegroti in Bacchi Noctisque templis*; quare omnibus his numinibus eaedem victimae comburebantur. Baccho in caelaturis lapideis ap. Viscontium Mus. Pio-Clement. V tab. 8 gallus sacrificatur; ap. eundem in Mus. Claramont. tab. 35 sacerdos velatus praeter pedes et brachium sinistrum, adstante muliere, quae facem tenet, gallum integrum in foci (ἐσχάρας) flammas praecipitem immittit praesentibus Baccho et comitibus. — Ovid. fast. 1. 455:

nocte deae noctis (al. Nocti) cristatus caeditur ales,
quod tepidum vigili provocat ore diem.

„Laribus cristam promittere galli“ de aegrotis ait Iuvenalis 13. 233.

Sed alia quoque numina eodem munere honorabantur, ita tamen ut exiguum esse videretur ac vilius. Ita Lucian. de sacrific. cap. 2 extr. ait: εἰκάζειν δὲ χρὴ πολλὰ εἶναι καὶ ἀλεκτρυόνος .. μόνου παρ' αὐτοῖς (diis) ὤνια. Iovis trag. cap. 15 Iuppiter queritur, se ambulavisse ἐν Κεραμεικῷ, ἐννοῶν, inquit, ἅμα τοῦ Μνησιθέου (τοῦ ναυκλήρου) τὴν σμικρολογίαν· ὃς ἑκκαίδεκα θεοὺς ἑστιῶν ἀλεκτρυόνα μόνον κατέθυσε .. καὶ λιβανωτοῦ χόνδρους τέτταρας .. καὶ ταῦτα ἑκατόμβας ὅλας ὑποσχόμενος, ὁπότε ἡ ναῦς ἤδη προσεφέρετο τῷ σκοπέλῳ .. Porph. vit. Pythag. 36: θύων δὲ θεοῖς ἀνεπαχθὴς ἦν (Pythagoras), ἀλφίτοις .. καὶ μύρρᾳ τοὺς θεοὺς ἐξιλασκόμενος, ἐμψύχοις δ' ἥκιστα, πλὴν εἰ μή ποτε ἀλεκτορίσιν καὶ τῶν χοίρων τοῖς ἁπαλωτάτοις. Pythagorae praecepta ap. Iambl. adh. ad philosophiam 21 num. 24: ἀλεκτρυόνα τρέφε μέν, μὴ θύε δέ· μήνῃ γὰρ καὶ ἡλίῳ καθιέρωται et vit. Pyth. 1. 18: μηδὲ ἀλεκτρυόνα λευκόν, ἱκέτης γὰρ καὶ τοῦ μηνός, tantum abest ut apud gentes Graecas valuerint, ut gallorum sacrificia etiam solemnia fuisse demonstrent. — Inscr. Attica 523 Boeckhii fastos sacrificiorum minorum rusticorumque continet sub Impp. Romanis confectos: quae ex mensium

* Cf. de noviss. oracc. aet. p. 29 et 31.

ordine quum placentas formae diversae, triticum, hordeum, fructus, melicratum enumerat, tum v. 4:

Βοηδρομιῶνος γί Νέφθυι καὶ Ὀσίρι[δι
ἀλεκτρυόνα

v. 26: Μουνυχιῶνος β' ἀπιόντος Ἡ[ρα-
κλεῖ καὶ θείῳ ἀλέκτορας β'.

Θεῖος est Eurystheus, Alcmenae frater patruelis. Mirum quod gallus duobus modis nominatur. Longior forma quum inde a Xenophonte et Platone in oratione soluta fere valuerit, usurpatur de cultu illo Aegyptiaco, qui posterioribus demum temporibus introducebatur; quum vero in sacris veteres ne in vocabulis quidem et formulis quidquam mutare ausi sint, vetustior forma fortasse probat, Herculis solemnia illa antiquitus esse tradita. Ad sacrificium exiguum et domesticum Aelian. de nat. anim. 5. 28 pertinet: καί ποτε ἑορτῆς ἐπιστάσης ὁ δεσπότης τὸν ἀλεκτρυόνα καταθύσας εἱστιάθη σὺν τοῖς οἰκείοις.

Apud Romanos gallus sacrificabatur Bellonae. Eius enim deae simulacrum in caelatura lapidea arae, quae in villa Albanorum est, ante parvum focum (ἐσχάραν) erectum est; gallus capite absciso, cuius ne pedes quidem apparent, deorsum versus in ignem immittitur (Winckelmanni mon. ined. I num. 29 p. 36).

Etiam artibus magicis galli inserviebant. Aeneas Gaz. Theophr. p. 20 Boiss.: καὶ μὴν παρὰ Χαλδαίοις καὶ Αἰγυπτίοις καὶ Ἕλλησιν οἱ τὰς τελετὰς ἀγείροντες καὶ γοητεύειν τῶν πάλαι τελευτησάντων τὰς ψυχὰς ἐπαγγελλόμενοι .., ἀλεκτρυόνας θύοντες καὶ χαρακτῆρας ὑπογράφοντες λέγουσι προσκαλεῖσθαι καὶ δεικνύναι. Iambl. de myst. Aegypt. 5. 8: ἢ μέλος ὡς ἐπὶ τῆς καρδίας τοῦ ἀλεκτρυόνος, ἢ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα τῶν περὶ τὴν φύσιν θεωρημάτων ὡς αἴτια τῆς ἐν ταῖς θυσίαις ἀπεργασίας (efficacitatis) λογίζονται. Pausanias (2. 34. 3) Methanis in Isthmo Africum ventum ita averruncari vidit, ut duo viri singulos gallos albos dimidios circa moenia portarent posteaque sepelirent. Seneca nat. quaest. 4. 6. 1: „Illud incredibile, Cleonis“ (quae Argolidis Phocidisque oppida erant) „fuisse publice praepositos χαλαζοφύλακας, speculatores futurae grandinis. Hi quum signum dedissent, adesse iam grandinem .., pro se quisque alius agnum immolabat, alius pullum. Protinus autem illae nubes alio declinabant, quum aliquid gustassent sanguinis.“

Anseres in Graecia mactati non esse videntur nisi numinibus Aegyptiacis. In Aegypto solemnia erant quum aliarum volucrium, tum anserum sacrificia. Athen. 4. 22. 72 p. 172 d: πεμμάτων δὲ πρῶτόν φησι μνημονεῦσαι Πανύασιν Σέλευκος, ἐν οἷς περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίας διηγεῖται, πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων πέμματα, πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνεις. Diodorus 1. 84: Aegyptii Api, Mnevi, arieti Mendesio, crocodilo in lacu Moeridis culto, leoni Leontopolitano σεμίδαλιν ἢ χόνδρον ἕψοντες ἐν γάλακτι καὶ πέμματα παντοδαπὰ μέλιτι φύροντες καὶ κρέα χήνεια τὰ μὲν ἕψοντες, τὰ δ' ὀπτῶντες ἀνεκλείπτως χορηγοῦσι, τοῖς δ' ὠμοφάγοις πολλὰ τῶν ὀρνέων θηρεύοντες παραβάλλουσι. Arctioribus finibus Herodotus sacrificia contineri solita esse tradit 2. 45, qui Aegyptiis, inquit, οὐδὲ κτήνεα ὁσίη θύειν ἐστὶ χωρὶς οἴων καὶ ἐρσένων βοῶν καὶ μόσχων καὶ χηνῶν.

Ita de Isidis fano apud Phocences Paus. 10. 32. 9: θύουσι δὲ καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους οἱ εὐδαιμονέστεροι, ὅσοι δέ εἰσιν ἀποδέοντες πλούτῳ, καὶ χῆνας καὶ ὄρνιθας τὰς Μελεαγρίδας. Ovid. fast. 1. 453: nec defensa iuvant Capitolia, quominus anser

det iecur in lances, Inachi lauta, tuas.

Io Inachi filia Isis est. — Porro Iuvenalis 6. 540:

ut veniam culpae non abnuat (Isidi uxori), ansere magno
scilicet et tenui popano corruptus Osiris.

Isidi ab ipsa dea iussus Aelius Aristides rhetor sub Hadriano et Antoninis florens Smyrnae anseres duo sacrificavit (Aristid. serm. sacr. 3 tom. 1 p. 500 lin. 10 Dind.). Apud Romanos a numinibus Aegypt. eadem victima paulatim etiam ad deos Romanos transiit. Martialis 9. 31:

Quum comes Arctois haereret Caesaris armis
Velius, hanc Marti pro duce vovit avem.
Ipse suas anser properavit laetus ad aras
et cecidit sanctis hostia parva focis.

Vidimus etiam Meleagrides aves Isidi esse mactatas. Graecis numinibus non immolabantur, sed sacrae erant Dianae neque tangebantur. Aelian. de nat. anim. 4. 42: ὅσοι δὲ ἄρα αἰδοῦνται τὸ θεῶν, καὶ εἰ μᾶλλον τὴν Ἄρτεμιν, οὐκ ἄν ποτε τῶνδε τῶν ὀρνίθων ἐπὶ τροφὴν προσάψαιντο· καὶ ἥ τις ἡ αἰτία, ἴσασιν οἱ τὴν νῆσον οἰ-

χοῦντες τὴν Λέρον. Namque Clytio Milesio auctore ap. Athenaeum 14 p. 655 b. περὶ τὸ ἱερὸν τῆς Παρθένου ἐν Λέρῳ alebantur. Hic locus, ubi Dianae templum fuerat, vel hodie Παρθένοι vocatur (Ross. Reisen auf den griech. Inseln 2 p. 121). Ibi sepultus erat Meleager: αἱ δὲ ἀδελφαὶ παρὰ τὸ σῆμα ἐθρήνουν ἀδιαλείπτως, ἄχρις αὐτὰς Ἄρτεμις ἀψαμένη ῥάβδῳ μετεμόρφωσεν εἰς ὄρνιθας καὶ ἀπῴκισεν εἰς Λέρον τὴν νῆσον, ὀνομάσασα Μελεαγρίδας. Sic Antonin. Liberalis cap. 3 secundum Nicandr. metam. librum 3, unde Hyginus fab. 174, Ovid. met. 8. 532, Aelian. l. comm. hauserunt. Omisit Nicandri fragmentum Schneiderus. — Earum species Numidicae erant (Colum. 8. 2. 2). „Hae novissimae in triclinium ganearium introierunt e culina propter fastidium hominum. Veneunt propter penuriam magno.“ Varro de re rust. 3. 9. Sacrificavit eas Caligula (Suet. Cal. 22.)

Non magis Graecum fuit columbarum sacrificium. Hebraeorum quidem mulieres a Mose 3. 12. 6 et 8 post partum binas palumbas turturesve iubentur sacrificare, quas Maria quoque pro Iesu obtulit (ev. Luc. 2. 24); neque tamen communis gentibus Syriacis erat haec victima: deae Syriae certe columbam mactari nefas habebatur (Lucian. de dea Syria 54), et in Lyciorum sepulcro Xanthio tab. 20 ap. Fellows. vasa, cistae, quadrupedes mortuae portantur, columba viva ab adolescente, viva ibid. tab. 14. 8 et tab. 16 a muliere*. Sacram hanc avem Veneri fuisse constat; mactari deae a Graecis neque scriptor ullus tradidit neque artifex pinxit sculpsitve. Romani demum et imperatorum quidem aetate palumbas Veneri immolabant. Ovid. fast. 1. 451: Ergo saepe suo coniunx obducta marito
uritur Idaliis alba columba focis.

Prop. 4. 5. 65: Sed cape torquatae, Venus o regina, columbae
ob meritum ante tuos guttura secta focos.

* Luc. Holstenius in Gronovii thes. tom. 7 part. 2 p. 296 Commodi nummum edidit cusum in Laodicensium cum Ephesiis foedus, ubi homo barbatus Dianae Ephesiae columbam praebet. At melius pictus est nummus ap. Mionnet. 4 p. 325 num. 755: ibi non hominem, sed Iovem Laodicensium patronum, non columbam, sed Iovis aquilam esse apparet. Quod Porph. de abst. 4. 16 tradit: αἱ τῆς Μαίας ἱέρειαι ταύτην (φάτταν) αὐτῇ ἀνατιθέασι, eam sacrari, non sacrificari significat, ut et verbum ἀνατιθ. ostendit et ea, quae de gallo Cereri dicato neque unquam laeso sequuntur.

Coturnices Herculi neque a Graecis neque a Romanis, sed a Phoenicibus sacrificabantur. Athen. 9. 11. 47 p. 392 d: Εὔδοξος δ' ὁ Κνίδιος ἐν πρώτῳ γῆς περιόδου τοὺς Φοίνικας λέγει θύειν τῷ Ἡρακλεῖ ὄρτυγας διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα, τὸν Ἀστερίας καὶ Διός, πορευόμενον εἰς Λιβύην, ἀναιρεθῆναι μὲν ὑπὸ Τυφῶνος, Ἰολάου δὲ αὐτοῦ προσενέγκαντος ὄρτυγα καὶ προσαγαγόντος, ὀσφρανθέντα ἀναβιῶναι. ἔχαιρε γάρ φησι καὶ περιὼν τῷ ζῴῳ τούτῳ. Idem Eustath. ad Od. 11. 600. Creuzer (Symbolik II p. 100 ed. 3) hoc Euemeri in modum ita explicat, ut Hercules comitiali morbo laboraverit (Aristot. probl. 30 init.), eiusque morbi remedium a Galeno coturnicis cerebrum esse tradi. — Tyrius Hercules Gadibus quoque colebatur (Valesius ad Cass. Dionem 77. 20 extr.); illic quum Augusti tempore victimae deessent, avem (coturnicem nimirum) advolantem ultro sacerdoti se ad immolandum obtulisse Claudius Neapolitanus ap. Porph. de abst. 1. 25 narrat.

Haec igitur barbara; ardea autem Romanorum videtur hostia rustica fuisse. In Begeri enim thesauri Palatini delectu s. gemmis et numismatis Musei Heidelbergensis (Heidelb. 1785 f. max.) num. 43 p. 102 Faunus et Fauna sub arbore ante flagrantem aram sedent, quibus Satyrus hoedum occisum offert; Faunus autem manu sinistra ardeam necatam tollit. Non ardeam, sed hoedum solum propter secundum volucrium venatum sacrificari censerem, nisi teste Starckio in Gerhardi indice archaeolog. a. 1853 p. 367 caelatura Musei Avenionensis lapidea num. 31 bene sculpta puellam praeberet, quae avem aquaticam ferret deae alicui κουροτρόφῳ.

Quae sit avis, quam sacerdos ad aram incensam admoveat in Hertzii Londinensis gemma Graeca num. 1008 (catal. ed. Gu. Koner Londin. 1851. ch. 4 p. 50), teste Konero discerni nequit.

Ostendimus, praeter singularia quaedam sacra, in quibus omnia animalium genera concremarentur, a Graecis Romanisque gallos gallinasque esse sacrificatos, neque solum diis medicis, sed etiam numinibus minoribus et a pauperibus hominibus etiam maiorum deorum familiae; easdem volucres ad sacra magica esse adhibitas; anseres avesque Meleagrides in Graecia Aegyptiorum tantum numinibus crematas esse; palumbis Graecos abstinuisse. Romani vero sub Imperatoribus anseres etiam Marti, palumbos Veneri mactabant,

omnino ad tantam sacrificiorum luxuriam degeneraverunt, ut nulli animali parcerent. Ita Caligulae „hostiae erant phoenicopteri, pavones, tetraones, Numidicae, Meleagrides, phasianae, quae generatim per singulos dies immolarentur.“ Suet. Cal. 22. — Iul. Capitolin. vit. Maximi et Balbini 11: „si imperatorium sacrificium sit, centum leones, centum aquilae et cetera huiusmodi animalia centena feriuntur.“ Haec pauca exempla ex multis. Quare non omnino ludum ingenii paries domus statuarum aenearum Pompeiana refert in Zahnii pictur. pariet. Pompei. alterius corporis tab. 54, ubi senex alatus in columna stat: ante eum ara est, supra quam Iunonis est diadema; Amor arcum pateramque tenens pavonem persequitur; respondet ab altera parte agni sacrificium ante simulacrum Minervae.

Sedulo in his omnibus aves sacrificatas et sacratas distinxi. Harum numerum ingentem G. I. Vossius congessit de theologia gentili libro 9; non mactabantur diis, sed multae earum a sacerdotibus etiam alebantur. Quam diversae sint illae res ostendunt Porph. de abst. 4. 16: καὶ τὸν ἀλεκτρυόνα Cereri ἀφιέρωσαν, διὸ καὶ ἀπέχονται οἱ ταύτης μύσται ὀρνίθων ἐνοικιδίων, Aelianus var. hist. 5. 17: Ἀτάρβης, ὅτι τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸν ἱερὸν στρουθὸν ἀπέκτεινε πατάξας, οὐκ ἀργῶς τοῦτο Ἀθηναῖοι παρεῖδον, ἀλλ' ἀπέκτειναν Ἀτάρβην. Lucianus de dea Syria 54: ὀρνίθων δὲ αὐτέοισι (Hierapolitanis) περιστερὴ (Syriae deae sacra) δοκέει χρῆμα ἱρώτατον, καὶ οὐδὲ ψαύειν αὐτέων δικαιοῦσι, καὶ ἢν ἀέκοντες ἅψωνται, ἐναγέες ἐκείνην τὴν ἡμέρην εἰσί. Ita Aristoteles non loquitur de sacrificiis hist. anim. 9. 8: ἐν τοῖς ἱεροῖς, ὅτου ἄνευ θηλειῶν ἀνάκεινται οἱ ἀλεκτρυόνες, τὸν ἀνατιθέμενον πάντες ὀχεύουσι, et ap. Athen. 9. 10. 46 p. 391 d: Ἀριστοτέλης γοῦν φησιν, ὅτι τῶν ἀνατιθεμένων ἐν τοῖς ἱεροῖς (dicatorum in templis) ἀλεκτρυόνων τὸν ἀνατεθέντα οἱ προόντες ὀχεύουσι, μέχρις ἂν ἄλλος ἀνατεθῇ. Itaque exclusi volucres, quas artifices hominum deorumque in manibus posuerunt, aut numinibus ab homine supplice porrectas finxerunt, velut columbas in pueri manu in sepulcro ap. Stackelbergium. Columbae propter libidinem signa sunt amoris et desiderii, item galli, qui quum pugnacissimi sint, iidem victoriam in ludis reportatam illustrant. Quas res a doctis parum adhuc distinctas esse video. Quid perpensis his ritibus de Porphyrii oraculo esset iudicandum, supra in annotatione dixi.

ADDITAMENTUM II

ad p. 130 sq.

DE RUTAE, TURIS, LAURI, LACERTARUM USU MAGICO.

Mira sunt ea praesertim, quae non intellegimus. Quid exclamare iuvat, mira esse ea, quae ad consecrandum Hecatae simulacrum adhiberentur? Immo quum tota de Graecorum superstitione quaestio, si O. Iahnium exceperis, fere neglecta iaceat, nedum ad causas ac principia revocari soleat, nos conferre aliquid ad quaestionem illam hoc loco cupimus.

Ut simulacrum Hecatae divinitate impleatur et ut dea vocanti adsit ac somnia vera divinationemque mittat, ruta silvestris, tura, stelliones adhibentur. Rutae vel nostrorum temporum superstitione vires arcanae tribuuntur. Exiguos foliorum aculeos in Europa meridionali removeri hominum tactu mimosae sensitivae in modum, familiaris harum rerum peritus mecum communicavit: quae si ita sunt, anima, quae inesse videretur, religionem veterum sine dubio excitavit. Saluberrimam esse herbam veteres consentiunt, eamque vel hodie Silesii Russique contra canum rabiosorum morsus aliaque vulnera adhibent. Ita Plin. n. h. 20. 13. 51: „In praecipuis autem medicaminibus ruta est . . Silvestris horrida ad affectum est et ad omnia acrior. (Ita Dioscorides 3. 52) . . Veneni noxiam obtinet . . inter prima miscetur antidotis . . Quaecunque autem ruta et per se pro antidoto valet . . Simili modo contra serpentium ictus . . Valent et contra scorpionum . . aculeos et . . salamandras canisve rabiosi morsus.“ Dioscorides de materia medica 3, 52 (45 Kuehn.): καὶ τῶν φθαρτικῶν ἐστιν ἀντίδοτος . . φύλλα . . ἄπρακτα (ποιεῖ) τὰ θανάσιμα, καὶ πρὸς ἑρπετὰ ἁρμόζει. Similiter Geopon. 12. 25 et Antigonus Caryst. hist. mirab. 41 (35 Westerm.). — Pallad. 1. 24. 3: „Rutae ramulos pluribus locis oportet contra animalia inimica suspendere.“ Ruta has bestias arceri a gallinis Dioscor. l. comm. et Geopon. 14,

9, 6. 14, 15. 13, 6, a columbis Geop. 14, 4 tradunt. Aristot. hist. anim. 9, 6 (et Plin. n. h. 20, 13, 51 et Antig. l. comm.): ἡ δὲ γαλῆ ὅταν ὄφει μάχηται, ἐπεσθίει τὸ πήγανον· πολεμία γὰρ ἡ ὀσμὴ ταῖς ὄφεσιν: quam rem pluribus persequitur Theophylactus Simocatta phys. quaest. 6. — Quare putabant veteres moly esse, quo dii ab Ulixe fascinationem Circes averterant. Dioscor. 3. 53 (46 ed. Kuehn.): καλοῦσι δέ τινες πήγανον ἄγριον καὶ τὸ ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ καὶ τὸ ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν Γαλατίᾳ λεγόμενον μῶλυ .. Καλοῦσι δὲ .. Καππαδόκαι .. μῶλυ. Cf. eundem 52 (45) et qui ex hoc medico hauserunt sch. Hom. Od. 10, 305 et Suid. s. μῶλυ. Rutam quoque fascinationis remedium putari Arist. ait probl. 20, 34; (Rufus Ephesius) de plantis sacris v. 179 (pr. ed. Rendtorf. in Fabric. bibl. Gr. ed. I libr. 3 cap. 26):

μῶλυ δὲ ῥιζοτομηθὲν ἀρεῖς πρὸς φάρμακα λυγρὰ
φαρμακίδων χαλεπῶν καὶ βάσκανα φῦλ' ἀνθρώπων.

190. τὴν βοτάνην περὶ σῶμα φορῶν ἐχθροὺς ὑπαλύξεις.

Quum igitur gravi odore planta bestias noxias fugaret et venenum corpore conceptum leniret, fascinationem averruncare videbatur. Itaque ad simulacri unguentum adhibita est, ut daemones mali Hecatae ministri pellerentur, ne cui canes anguesve deae, quum apparuisset, nocerent, ne vis iniqua in hominem supplicem exerceretur.

Eadem herba, ne quid impuri influeret, cavebat, tuebaturque castitatem, quae et deam virginem et sacra arcana decebat. Sch. Nicand. alex. 410: τὸ δὲ πήγανον παρὰ τὸ πήγνυσθαι τὴν γονήν· ἔστι γὰρ καὶ ἐπισχετικὸν τῆς συνουσίας· (ita Dioscor. 3, 52. Galenus de simpl. medicam. 5, 23. de remed. parab. 3 tom. 14 p. 543 Kuehn. Geopon. 12, 25. Plin. n. h. 20, 13, 51. Ovid. remed. am. 801. Plut. qu. conviv. 3, 1, 3 p. 647 b. Consentiunt medici nostrates.) διὸ καὶ οἱ μυούμενοι αὐτῷ χρῶνται. Pallad. 4, 9, 13: „ruta .. immundae mulieris formidat attactum.“ Eadem fere Plin. 28, 7, 23 et Florentinus in Geopon. 12, 25.

Tum et ruta et ture et stellionibus oculorum acies credebatur augeri: qua acie statuae quoque videbatur opus esse, ut res futuras posset praevidere. Dioscor. 3. 52: ἐστὶ δὲ καὶ ὀξυωπὲς ἐσθιόμενον ὠμὸν καὶ ταριχευτόν ..· ὁ δὲ χυλὸς .. ἀμβλυωπίαις βοηθεῖ .. ἐγχριόμενος. Ps. Galenus de remed. parabil. 3 tom. 14 p. 543 Kuehn.:

τὸ πήγανον πρῶτον μὲν ἐσθιόμενον καὶ πινόμενον ὀξυδορκίαν ποιεῖ.. ἑνωθεὶς δὲ χυλὸς τοῦ πηγάνου μετὰ χυλοῦ μαράθρου καὶ μέλιτος καὶ καταχριόμενος ἀμβλυωπίας ἰᾶται. Florentin. in Geopon. 12, 25: τοῦ δὲ ἀγρίου πηγάνου ὁ χυλὸς .. ὑπαλειφόμενος ὀξυδορκίαν παρέχει. καὶ ἀχλύας δὲ ὀφθαλμῶν καὶ ὑποχύσεις ἀρχομένας λύει ἀνθρώπων τε καὶ ζώων, μέλιτος Ἀττικοῦ μέρεσι δυσὶ[1] χυλοῦ τοῦ πηγάνου μέρους ἑνὸς[2] μιγνυμένου καὶ ἐπαλειφομένου et q. s. Similia ad haec verba Niclas ex Apuleio medico cap. 90, Rufo ap. Serap. simpl. cap. 30, Aetio et Sethis adscripsit. Ita Ovid. rem. ed. amor. 801. sch. Hom. Od. 10, 305. Plin. n. h. 20, 13, 51, qui addit: „Scuptores et pictores“ (hoc Aetius et Sethi quoque affirmant) „hoc cibo utuntur oculorum causa .., caprae quoque silvestres, propter visum, ut aiunt.“

Ad eandem rem tura adhibebantur. Λιβανωτίδων succum et radicem et herbam melle admisto adversus ἀμβλυωπίας, ὅσαι διὰ πάχος ὑγρῶν γίνονται, prodesse ait Galenus de simpl. medicam 7, 11, 3 (tom. 14 p. 61 Kuehn.). Dioscor. 1, 77 extr.: σμύρνη πληροῖ καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἕλκη καὶ καταίρει τὰ λευκώματα καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις.

Ut porro ruta acri odore ea, quae impura et noxia essent, propellere videbatur, ita etiam turis odori aliquam lustrandi vim veteres tribuerunt. Plut. de Iside cap. 80 p. 383 b: ἐπεὶ ὁ ἀὴρ .. νύκτωρ πυκνοῦται καὶ πιέζει τὸ σῶμα καὶ συνάγει τὴν ψυχὴν εἰς τὸ δύσθυμον .. οἷον ἀχλυώδη γιγνομένην .., εὐθὺς ἐπιθυμιῶσι ῥητίνην (qualis myrrha est et mastiche, quam in sepulcris Thebanis adhibitam esse Wilkinson 5 p. 339 libri maioris probat) .. καθαίροντες τὸν ἀέρα .., ἐχούσης τι τῆς ὀσμῆς σφοδρὸν καὶ παραπληκτικόν .. Αὖθις .. τὴν σμύρναν ἐπιθυμιῶσι· διαλύει γὰρ ἡ θερμότης καὶ σκίδνησι τὸ συνιστάμενον ἐν τῷ περιέχοντι θολερὸν καὶ ἰλυῶδες. Addit unguentariis, dum kyphi, quod dicatur, ex odoriferis quibusdam resinis plantisque componant, sacra scripta recitari; Nicolaus Myr. I, 299 (p. 92 ed. Fuchs. Basil. 1549 f. max.) de eodem unguento: „et haec conficiendo dic: ἁ ἑ υἱ (sic) οὑ ὡ,“ sicut sacra quaedam vocabula ex cunctis

[1] Hic omisi καί.

[2] Sic scripsi pro μέρος ἕν: una parte succi cum duabus partibus mellis mixta.

elementis componi solebant. Qua re tura cum sacris magicis cohaesisse apparet. „Mascula tura“ in Hecatae sacris magicis adhibentur ap. Verg. Buc. 8, 65. Ovid. fast. 2, 571 de deae Mutae sacris: ecce anus .. sacra facit Tacitae .. et digitis tria tura tribus sub limina ponit.

Ut ruta et tura, ita etiam stelliones ad visum acuendum prodesse videbantur. Ipsi non solum oculorum acie ac splendore excellunt, sed etiam ad solem et calorem ex tenebris festinant. Quare in vase apud Panofkam (Namen der Vasenbildner) in act. acad. Berol. a. 1848 tab. 3. 11 lacerta ad sationem procedit, altera ad messem regreditur. Lacertarum species σαύρα ἡλιακή vocatur ab Epiphanio adv. haeres. 2, 33 p. 462, qui affinitatem quandam inter lacertam et solem lucemque intercedere adiicit. Ipse sol ab animali appellabatur; Porph. de abst. 4, 16: προσηγόρευσαν τὸν Ἥλιον σαῦρον, λέοντα, δράκοντα, ἱέρακα. Haud veri simile vocabulum ex vulgariori ταῦρον esse corruptum, praesertim quum paulo post et 3, 17 tradat, Hecaten taurum esse vocatam. Apollini Delphico Cypselus Plutarcho teste palmam dedicavit auream lacertis ranisque ornatam. Solem deum Tyriorum stellio et comitatur et significat. Est Florentiae nummus aen. ornatus inscriptione ΘΑΤΙΩΝ et imagine Herculis sagittam summa vi iacturi, in genu sinistrum delapsi; supra dextrum genu lacerta est. Delineavit Eckhelius num. vett. anecd. part. 1 (Viennae Austr. 1775) tab. 5. 10. Colebant Thasii Solem Tyrium (Herod. 2, 44. Paus. 2, 257), qui a Graecis Hercules esse putabatur. Zoëga de num. Aegypt. p. 157 nummum Rhodium describit, in quo Solis caput radiatum sit, lacerta autem de iugo sive pinnula pendeat. Apud Rhodios ille ipse Hercules Tyrius summa religione florebat; a Rhodiis Gela, Camarinae metropolis, Heraclidis ducibus condebatur. Quare quum Camarinae civitatis nummi lacertam praebeant aut supra cycnum positam aut noctuae ungue constrictam, ubi noctua Minervam significat, Camarinae deam tutelarem (Pind. Ol. 5, 21, Boeckhii v. 10), cycnus lacus Nympham urbi cognominem, lacertam ad Herculem refero. Minervae Lindiae cultus a Gela metropoli ut Agrigentum, ita etiam Camarinam delatus esse recte Boeckhio ad v. 17 videtur; eius noctua quum lacertam constringat, Tyrium Rhodiorum cultum Graecae Minervae ces-

sisse significat. Sabazio quoque, qui Soli Tyrio cognatus erat deus, lacerta sacra fuit. Cf. Gerhardi indicem archaeol. Berol. 1854. p. 438.

Lacerta igitur, lucis amica, oculis maxima credebatur afferre commoda. Plin. n. h. 29, 6, 38: „Lacertas quoque pluribus modis ad oculorum remedia adsumunt. Alii viridem includunt novo fictili ac lapillos, qui vocantur cinaediae .. Nono (die) emittunt lacertam: lapillos servant ad oculorum dolores. Alii terram substernunt lacertae viridi excaecatae, et una in vitreo vase annulos includunt e ferro solido vel auro; quum recepisse visum lacertam apparuit per vitrum, emissa ea annulis contra lippitudinem utuntur .. Quidam viridem .. comburunt et incipientem epiphoram inungunt; item glaucomata.“ Etiam maiore arte talem annulum oculorum causa parari vidit Aelianus de nat. anim. 5, 47, ornatum gagate, ᾧπερ ἐνείργαστο γλύμμα σαῦρος. Artemidorus onir. 2, 5, si quis annulum fractum vidisset per somnium, πολλοῖς καὶ ὀφθαλμῶν πήρωσιν, inquit, προηγόρευσε τὸ τοιοῦτον ὄναρ· ἔχει γάρ τινα συμπάθειαν τὰ ὄμματα πρὸς τοὺς δακτυλίους διὰ τὰς ψήφους. Servantur vel hodie talium annulorum lapides, quos Panofka de gemmis et inscriptt. in act. acad. Boruss. a. 1851 p. 474 sqq. delineavit. In Museo Berolinensi tres sunt (in Toelkenii catal. 8, 321. 1, 151 sq.); lacertam praebent repentem sursum, i. e. ad lucem, ut recte Panofka ait. In alio scriptum est LUMINA RESTITUTA, in alio ΕΥΛΑΜΩ i. e. εὖ λάμῳ (Dorice; λαμόπτης lippus, λημότης lippitudo); in alio ΙΗΙΡΑ et ΚΑΝΘΕ ΟΥΛΕ, i. e. κανθὲ οὖλε Ionice, o oculi angule integer, sane. In posterioribus gemmis duabus lunae cornu interiorem partem lunae advertit; quo significatur consecrationem esse factam crescente luna, ut in Porphyrii oraculo.

Porro ut ruta adversus animalia noxia et venenum proderat, ita etiam „scorpionibus contrarius maxime .. stellio traditur, ut visu quoque pavorem iis adferat et torporem frigidi sudoris. Itaque in oleo putrefaciunt eum et ita vulnera perungunt .. Hunc Graeci coloten vocant et ascalaboten et galeoten“ Plin. n. h. 29, 4, 28. — Dioscor. 2, 69: ὅλη δὲ (σαύρα) ἀνασχισθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα σκορπιοπλήκτους κουφίζει.

Deinde ut ruta et tus, ita etiam lacerta artibus magicis inserviebat. Theocr. 2, 58 in incantatione magica: σαύραν τοι τρίψασα

κακὸν ποτὸν αὔριον οἰσῶ, ubi schol.: τὴν κοινῶς λεγομένην χλωροσαύραν .. ἐστὶ δὲ αὕτη δυσχερής, ἥτις ἀποκτανθεῖσα καὶ ξηρανθεῖσα καὶ συντριβεῖσα σὺν ἀλφίτῳ δίδοται. μεμύθευται γοῦν, ὡς καὶ τούτων τῶν φίλτρων ἐστὶν ἕν. Plin. n. h. 30, 15, 49: Lacertas „inter amatoria esse Magi dicunt."

Sed etiam ad ipsam divinationem et tura et lacertae pertinent. Nota est λιβανομαντεία: ignis si tura admota combussit, faustum erat augurium, sin reiecit, infaustum. Consideremus iam lacertas. Hesychius: Γαλεοί, μάντεις. οὗτοι κατὰ τὴν Σικελίαν ᾤκησαν. Steph. Byz.: Γαλεῶται .. τινὲς δὲ ὅτι Γαλεῶται μάντεων εἶδος Σικελῶν. γαλεὸς δὲ καὶ ὁ ἀσκαλαβώτης. Narrat Galeotam Hyperboreum ab Iove Dodonaeo iussum aram condidisse in Sicilia, item ut Telmissum Apollini in Caria. Ab aliis Galeum dici Apollinis filium ex Themistone, Zabii Hyperboreorum regis filia. Ad Apollinis cultum divinationemque haec pertinere patet, quum et Themisto Apollinis vates fuerit et Telmissenses divinatione floruerint (cf. supra p. 60 not. 2). Potest vel nomen illud divinationem significare, si a Poenis ductum est, Siciliae per aliquantum temporis fere dominis; Hebraice autem galah est i. q. revelare. Gentem aliquam Siciliae ita nominatam esse constat. Hesych.: Γαλεοί .. γένος τι, ὥς φησι Φανόδημος καὶ Ῥίνθων Ταραντῖνος. Fuit gens sacerdotalis, quae in Hybla parva habitabat. Hoc Steph. Byz. s. Ὕβλαι demonstrat: cuius epitomator quidem vates illos cum oppidi incolis nulla re addita coniunxit. Huc vas Candelori Vulcinum descriptum a Panofka Musée Blacas p. 22 pertinet, ubi homo barbatus, sceptrum sacerdotale manu tenens lacertam sedulo observat. Galeotam vatem significari etiam Welcker de Museo Bonn. ed. 2 a. 1841 p. 21 censet. Idem ibid. ed. 1 a. 1827 p. 76 huc statuam trahit Olympiae erectam Thrasybulo Iamidae, Arati aequali, ap. Paus. 6, 2, 2: τοῦ Θρασυβούλου δὲ τῇ εἰκόνι γαλεώτης πρὸς τὸν ὦμον προσέρπων ἐστὶ τὸν δεξιόν, καὶ κύων ἱερεῖον δὴ παρ' αὐτῷ κεῖται διατετμημένος τε δίχα καὶ φαίνων τὸ ἧπαρ. Hyblae oraculum Apollinis erat; prodigiorum interpretatio et divinatio ex extis repetita maxime ibi florebat (Athen. 5, 672 e; Philist. ap. Paus. 5, 23, 5; Aelianus ap. Suid. ἀκέσματα, s. potius s. ἀκέσασθαι, quo Bekkerus trahit. Hesych. Ὑβλήτης, μάντις). Hoc oraculum cum Caribus, praesertim Telmissensibus arcte cohaesisse

auctore Stephano Byz. s. Ὕβλαι supra dixi. Telmessi quoque Apollo colebatur (Steph. ibid.); eius urbis cives divinatione ac somniorum signorumque divinorum interpretatione insignes erant (Herod. 1, 78 Aristoph. in Telmessensibus praesertim fr. 454 Dind. ubi ridet vates Telmissenses, qui ἐπισκέπτονται τὰς ἐκτροπὰς τοῦ ἥπατος, quod Thrasybuli quoque statua praebet, καὶ τὰς φλέβας. — Cic. de div. I. 41, 91 et 48, 94. Arrian. 2, 3, 4 al.). Unum modo Apollinis Hyblaei oraculum memoriae traditur, idque Caribus datum. Athen. 15, 4, 13 p. 672 e. Ad Cares etiam canis nos perducit sacrificium. Plut. prov. 1, 73: Καρικὸν θῦμα: ἐπὶ τῶν ἄσαρκα μέλη θυόντων. οἱ γὰρ Κᾶρες κύνας ἱερουργοῦσι. Clem. Alex. protr. p. 18 (p. 25 Pott.): πολλὰ κἀγαθὰ Κᾶρες σχοῖεν, οἳ καταθύουσιν αὐτῷ (Marti) κύνας. Arnob. adv. nat. 4, 25 p. 143 extr.: Marti „canes ab Caribus immolari.“ Graeci Olympicis certe diis canes non sacrificabant (Plut. qu. Rom. cap. 111), divinationem ex canibus nunquam petebant (Paus. 6, 2, 2). A quacunque igitur gente illi ritus introducti erant, a Phoenicibus* Poenisque sive aliis colonis, divinationem aliquam ex lacertis Hyblae petitam esse colligimus, eamque divinationem ab Iamida illo ex Sicilia, ubi Iamidae nonnulli habitabant (Boeckh. ad Pind. Ol. 6), Olympiam esse translatam. Quid mirum, si gens, quae ab Apolline et origenem et divinationis virtutem duceret (Paus. l. comm.), Apollinis religionem etiam ad Iovis sacra contulit?

Non magis miramur, lacertis divinationem esse tributam. Recte Feuerbachius de Apolline Vaticano (Norimb. a. 1833) p. 226 sqq. not. docet, quum omnia animalia, quae terram divinationis matrem perfoderent, res futuras praevidere visa esse, tum lacertae cum angue, animali omnium maxime fatidico, summam intercedere similitudinem. Ut utriusque linguam bipartitam mittamus (Aristot. de part. anim. 3, 11), somnum utriusque hibernum (Arist. hist. anim. 8, 15)

* Movers de Phoenic. 1 p. 405 Marti, Herculi, Hecatae a Phoenicibus canes sacrificatos esse docet, p. 18 Cares hunc morem a Phoenicibus accepisse censet. — Ita Thasii, de quibus supra dixi, Φοίνικες τὸ ἀνέκαθεν ὄντες τὸν αὐτὸν Ἡρακλέα, ὃν καὶ Τύριοι, colebant. Paus. 5, 27, 7. — Etiam Sicilia cum Caribus nexa erat. Gelon, Syracusanorum tyrannus, ex illis regionibus originem duxit, cuius vel nomen Preller in Gerhardi Denkmälern und Forschungen a. 1854 num. 71 p. 288 ex Carum sermone ducit coll. Steph. Byz. s. Σουάγγελα: καλοῦσιν οἱ Κᾶρες γέλαν τὸν βασιλέα.

et redintegrationem annuam mittere non debemus. Plin. n. h. 8, 31, 49: „Theophrastus auctor est, angues modo et stelliones senectutem exuere eamque protinus devorare.“ Apulei. de magia 51: Theophrastus „in alio libro, quem de invidentibus animalibus conscripsit, remedio“ adv. morbum divinum „esse ait exuvias stellionum, quas velut senium more ceterorum serpentium temporibus statutis exuant“ .. Ita factum, ut divini aliquid animali illi inesse videretur.

Welckerus et Feuerbachius etiam Praxitelis Apollinem illum σαυροκτόνον ad divinationem referunt. Atqui adolescens ille gracilis non observat, quid animal praedicat, sed pueri ludentis in modum maligne curat, ut perfodiat. Duabus tantum rationibus hanc compositionem explicari posse arbitror. Potuit dedicari deo simulacrum, quia noxiam stellionum abundantiam oppressisset, ut Apollinem Parnopium Phidias Atheniensibus sculpsit, quia locustas pepulerat (Paus. 1, 24, 7), et ut Apollinis Sminthei in Mysia ob pulsos mures culti simulacrum murem pede constrinxit (Polemo ap. sch. Hom. Il. 1, 39). Nostrae lacertae innocentes sunt bestiolae: at veteres stellionibus „nullum animal fraudulentius invidere homini tradunt. Inde stellionum nomen aiunt in maledictum translatum.“ Plin. n. h. 30, 10, 27. Sin forte haec explicatio simplicior est, quam quae probetur, una tantum restat. Ostendimus lacertam Herculis Tyrii fuisse signum. Cultum Solis proavorum Minervae cultu oppressum Camarinensium nummis ita significari vidimus, ut noctua lacertam ungue comprimeret. Certamen illud Apollinis Pythii et Herculis de tripode, plurimis artis operibus celebratum, ita interpretor, ut Sol Graecus Solis Phoenicum cultum oppresserit. Ut Delphis Apollo vicit, ita Ambraciae apud Epirotas Apollinis cultus cessit Herculi ex iudicio Cragalei, Dryopis filii, quem dii arbitrum constituerant (Athanadas in Ambracicis apud Antonin. Lib. 4). Quam fabulam vel hodie illic hominum ore ferri Semitelos in rerum Epirot. lib. 1 §. 30 (Berolin. a. 1854) p. 48 testis est. Ita igitur Apollo, qui bestiolam Herculi Tyrio sacram interficit, potest Solis Graeci victoriam reportatam de Solis Phoenicum cultu significare.

Transeo ad laurum, qua sacellum iubetur circumdari. Quod μαντικῆς σύμβολον ἐγένετο (Geopon. 11, 2). Porphyr. de simulacris

ap. Euseb. pr. ev. 3 p. 112b Vig.: περιέθεσαν δὲ Apollini τὴν δάφνην· τοῦτο μέν, ὅτι πυρὸς πλῆρες τὸ φυτόν, καὶ διὰ τοῦτο ἀπεχθὲς δαίμοσι· τοῦτο δέ, ὅτι λάλον καίομεν εἰς παράστασιν τοῦ προφητεύειν τὸν θεόν. (De crepitu infra dicam.) Non solum somniis veritatem advocare putabatur, ut ait Fulgent. myth. 1, 13: „illi, qui de interpretatione somniorum scripserunt..“ affirmant „laurum, si dormientibus ad caput posueris, vera somnia esse visuros,“ — sed etiam per totam antiquitatem in nullo divinationis genere unquam deerat, et vel tertio post Chr. n. saeculo ex laureis virgis mensa illa fatidica philosophorum Constantinopolitanorum ap. Amm. Marc. 29, 1, 29 erat composita. Scilicet etiam laurus, ut ruta, tura, stelliones, ad augendam oculorum aciem adhibebatur. Galenus ed. Kuehn tom. 14, p. 497. Pythia aliique vates laurum mandebant. Quare Sophocles ap. sch. Hesiod. theog. 30:

δάφνην φαγὼν ὀδόντι πρῖε τὸ στόμα,

et Lycophron Alex. 6:

δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

Etiam ad lustrationes omnes ramo laureo opus erat. Cf. Lomeieri de lustrat. cap. 24, pag. 299. Ita Festus (P. Diac.) s. v. laureati: „Laureati milites sequebantur currum triumphantis, ut quasi purgati a caede humana intrarent urbem. Itaque eandem laurum omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat“. Quae ex Masurio hausta esse Plin. n. h. 15, 30, 39 probat. Serv. ad Aen. 1, 329: Apollini „laurum ideo consecratam volunt, quia haec arbor suffimentis purgationibusque adhibeatur, ut ostendatur, nullum templum eius nisi purum ingredi debere.“ Quod a Romanis, idem ab antiquissimis inde temporibus a Graecis fiebat. Primus Apollo ipse ab Iove iussus Tempe se contulit, ut lauro se Pythonis caede purgaret, quam rem nono quoque anno adolescentes Delphi itinere solemni ad vallem illam facto imitabantur (Aelian. var. hist. 3, 1). Cur eam potissimum arborem veteres ad hanc rem elegissent, ipsi cognoverunt: purgat enim sanguinem perniciososque succos amovet. Plin. n. h. 23, 8, 80: Folia lauri „serpentium venenis resistunt... Perunctos“ succo lauri „fugiunt venenata omnia... Baccae cum vino serpentibus et scorpionibus et araneis resistunt.“ (Haec ex Dioscoride hausit.) 8, 27, 41: „Corvus occiso chamaeleone, qui etiam victori nocet, lauro in-

fectum virus exstinguit.“ Sic καυλία δάφνης adversus cicutae venenum Nicand. alex. 168 adhiberi iubet. Plin. 23, 8, 80: „Laurus Delphicae folia trita olfactaque subinde pestilentiae contagia prohibent.“ Geopon. 11, 2. Λέγουσι δὲ καὶ τοῦτο περὶ τῆς δάφνης, ὅτι ὑγιείας ἐργαστικόν ἐστιν... Οὐδὲ γὰρ ἡ ἱερὰ νόσος ἢ δαίμων παρενοχλεῖ τῷ τόπῳ, ἐκ ᾧ δάφνη ἐστίν. 5, 35, 4: Φησὶ δὲ Ἀπουλήιος, ἐὰν δάφνης ἐν τῇ ἀρούρᾳ κλάδους βάλῃς, μεταβαίνειν εἰς αὐτοὺς τὴν βλάβην τῆς ἐρυσίβης (rubiginis).

Propterea homines superstitiosi ea utebantur. Theophr. charact. 16, 1 (cap. 25. 1 Schneider.): ὁ δὲ δεισιδαίμων τοιοῦτός τις, οἷος ἐπὶ κρήνην νιψάμενος ἀπὸ ἱεροῦ, δάφνης (genetivus est partitivus) εἰς τὸ στόμα λαβών, οὕτω τὴν ἡμέραν περιπατεῖν. Diog. La. 4. 10. 57 de Bione Borysthenita: ῥάμνον τε καὶ κλάδον δάφνης ὑπὲρ θύρην ἔθηκεν, ἅπαντα μᾶλλον ἢ θανεῖν ἕτοιμος ὢν ὑπουργεῖν. Hesych. Κώμυθα, δάφνην, ἣν ἱστᾶσι πρὸ τῶν πυλῶν. Etym. M. ἀντήννους, τοὺς τῆς δάφνης ὅρπηκας, τοὺς πρὸ τῶν θυρῶν ἱσταμένους. Zenob. prov. 3. 12. δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν: τοῦτο λέγειν εἰώθασιν οἱ ὑπό τινων ἐπιβουλευόμενοι, παρόσον ἀλεξιφάρμακον ἡ δάφνη. Diogenian. prov. 4. 78: Ἐφέσια γράμματα ἐπῳδαί τινες ἦσαν, ἅσπερ οἱ φωνοῦντες ἐνίκων ἐν παντί. ταὐτὸ τῇ δαφνίνην φ. β. Herodian. hist. 1. 12 init.: Τότε ὁ Κόμμοδος, συμβουλευσάντων αὐτῷ τινῶν ἰατρῶν, εἰς τὴν Λαύρεντον ἀνεχώρησεν, quod χωρίον ὂν μεγίστοις κατάσκιον δαφνηφόροις ἄλσεσιν.. σωτήριον εἶναι ἐδόκει, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἀέρος φθορὰν ἀντέχειν ἐλέγετο εὐωδίᾳ τε τῆς τῶν δαφνῶν ἀποφορᾶς... A. Boettiger kleine Schriften ed. Sillig. I. p. 107 not.: Sühnende Besprizzungen und Reinigungen waren das Hauptrecept der alten Orakelmedicin. Daher kam der Lorbeer auch in die besondere Obhut des Aesculap, so dass er selbst Asclepias hiess. S. Dioscorides 3, 106 und Hesych. Ἀσκληπιάς, ἡ δάφνη. Adde Paul. Diac. s. v. in insula: „Aesculapius in insula Tiberina laurea coronatur, quod ea arbor plurimorum remediorum.“ Videmus igitur, laurum victoribus proprie non quod insigne victoriae esset, sed quod hostium caede purgaret, datam esse, eam autem arboris visam esse naturam, ut sanguinis alacritate excitata succos funestos expelleret; ideo venenis, pestilentiae, daemonibus officere esse creditam. Ἔνθα ἂν ᾖ δάφνη, ἐκποδὼν δαίμονες Geopon. 11, 2. Sane quidem nonnulli veterum causam

illius usus ex calida arboris natura repetunt. Theophr. de plantis 5. 3. 4 (ed. Wimmer): θερμὸν δὲ καὶ .. δάφνη καὶ ὅλως, ἐξ ὧν τὰ πυρεῖα γίνεται. Plin. 23, 8, 80: Laurus excalfactoriam naturam habet et foliis et cortice et baccis. Geopon. 11, 2: καὶ ταύτην οἱ παλαιοὶ τῷ Ἀπόλλωνι καθιεροῦσιν, ὅτι πυρὸς πλῆρες τὸ φυτόν, καὶ Ἀπόλλων πῦρ. ὁ ἥλιος γάρ ἐστιν. ὅθεν καὶ ἀπεχθάνεται δαίμοσι. At posteriorum hoc fuit theosophorum.

In fulmina quoque valere laurus credebatur. Plin. n. h. 2, 55, 56: „Ex iis, quae terra gignuntur, lauri fruticem (fulmen) non icit.“ 15, 30, 39: „manu satarum receptarumque in domos fulmine sola non icitur.“ Similiter Zoroaster in Geopon. 7, 11 et, qui eandem fici vim esse adiicit, Nonnus morb. curat. cap. 259. pag. 294. Propterea cum aliis quibusdam rebus coniuncta δάφνης κλωνία ταῖς νεοττιαῖς ἐντιθέασιν. δοκεῖ γὰρ ἀλεξιφάρμακον εἶναι πρὸς τὰς Διοσημείας. Geopon. 14, 11, 5 ex Leontino, et Columella 8, 5, 12. Ne huius quidem superstitionis causa latet. Καὶ τὰ φύλλα δὲ τὰ τῆς δάφνης .. πηδᾷ διὰ πυκνότητα .. διὸ καὶ ὁ ψόφος. Theophrast. de igne 68. — Plin. 15, 30, 40: „Laurus quidem manifesto abdicat ignes crepitu et quadam detestatione, interaneorum etiam vitio et nervorum ligno torquente.“ Unde proverbium μείζονα βοᾷ δάφνης χλωρᾶς καιομένης, ἐπὶ τῶν μεγάλα βοώντων Diogenian. 6, 52.

Incantationum magicarum gratia Hecatae sacellum, de quo Porphyrii oraculum agit, condebatur. Ad illas quoque laurum adhibitam esse Theocritus ostendit Buc. 2, 1, ubi saga Hecaten invocatura (v. 11 sq.) exclamat: πᾷ μοι ταὶ δαφναί; Ad quae verba scholiasta annotat: συντελοῦσιν αἱ δάφναι πρὸς γοητείαν, αἷς αἱ φαρμακεύτριαι χρῶνται. V. 23 saga ita in Delphidem puerum imprecatur:

ἐγὼ δ' ἐπὶ Δελφίδι δάφναν
αἴθω· χὼς αὐτὰ λακεῖ μέγα καππυρίσασα
κἠξαπίνας ἅφθη, κοὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτᾶς,
οὕτω τοι καὶ Δέλφις ἐνὶ φλογὶ σάρκ' ἀμαθύνοι.

Quae Vergilius in simili incantatione Buc. 8, 803 ita imitatur:

Daphnis me malus urit: ego hanc in Daphnide laurum.

ADDITAMENTUM III.

DE STATUARUM CONSECRATIONE.

Deorum simulacra a veteribus tractabantur quasi non signa numinum, sed ipsa numina essent ac viverent. Quare lavabantur, unguebantur, comebantur, ut O. Muelleri (archaeol. §. 69) verbis utar, epulis delectabantur, vinciebantur etiam, ne abirent. Simulacra lacrimavisse, sudavisse, locuta esse scriptores Graeci et Romani passim tradunt. Sed quum primo credidissent, non hominum artibus, sed deorum gratia vitam et divinitatem simulacris inspirari, postea ea tantum numine impleta esse censebant, quae sacris quibusdam ritibus ab hominibus arcanae doctrinae peritis essent consecrata. Ἡραΐσκος, ait Suid. s. hoc nomine, αὐτοφυὴς ἐγένετο διαγνώμων τῶν τε ζώντων καὶ τῶν μὴ ζώντων ἱερῶν ἀγαλμάτων. Proculus in Tim. 2 p. 83 f. v. ὥσπερ τῶν ὑπὸ τῆς τελεστικῆς ἱδρυμένων ἀγαλμάτων τὰ μέν ἐστιν ἐμφανῆ, τὰ δὲ ἔνδον ἀποκέκρυπται συμβολικῆς τῶν θεῶν παρουσίας, ἃ καὶ μόνοις ἐστὶ γνώριμα τοῖς τελεσταῖς.

Omni quidem aetate sancta res erat ἵδρυσις, semper sacra quaedam fiebant, quoties simulacra erigebantur. Cf. C. F. Hermanni antiqq. cultus Graeci §. 18 not. 19. Sch. Aristoph. Plut. 1198: ὁπότε μέλλοιεν βωμοὺς ἀφιδρύειν ἢ ἄγαλμα θεοῦ, ἕψοντες ὄσπρια ἀπήρχοντο τούτων τοῖς ἀφιδρυμένοις, εὐχαριστήρια νέμοντες τῆς πρώτης διαίτης· (ἔθος εἶχον προσάγειν χύτρας ἀθάρας καὶ σεμιδάλεως μεστάς, ἢ πελάνων καὶ ὀσπρίων ἀληλεσμένων, sch. ad 1197.) ὅθεν καὶ ἐν ταῖς Δαναΐσι·

> μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς Ἑρκείου χύτρας,
> παρ' αἷς (al. μεθ' ὧν) ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύθη ποτέ.

Sch. Arist. pac. 923: ἔθος εἶχον Ἑρμᾶς ἱδρύοντες πρὸ τῶν θυρῶν καὶ ἄλλα τινὰ ἀγάλματα θεῶν[1], ὑπὲρ τοῦ μὴ βραδύνειν παρὰ τὴν ἀνάστασιν, χύτραις ἀθάρας ἱδρύεσθαι καὶ ἄλλοις τισίν. Arist. p.1091:

[1] Sic pro θεοῦ Bernh. ad Suid. s. v. χύτραις ἱδρυτέον.

Εἰρήνην εἵλοντο καὶ ἱδρύσανθ' ἱερείῳ.

Etiam discrimina certa in singulorum numinum simulacris obtinebant. Athen. 11 p. 473 e: Καδίσκος . . ἀγγεῖον δ' ἐστίν, ἐν ᾧ τοὺς Κτησίους Δίας ἐγκαθιδρύουσιν, ὡς Ἀντικλείδης φησὶν ἐν τῷ Ἐξηγητικῷ, γράφων οὕτως· Διὸς Κτησίου σημεῖα ἱδρύεσθαι χρὴ ὧδε· καδίσκον καινὸν ἐπιθηματοῦντα στέψαι τὰ[1] ὦτα (vasis) ἐρίῳ λευκῷ[2], καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ καὶ τοῦ μετώπου δουμένων κροκῶν[3] ἐσθεῖναι, ὅ τι ἂν εὕρῃς[4], καὶ ἐκχέαι ἀμβροσίαν. ἡ δ' ἀμβροσία ὕδωρ ἀκραιφνές, ἔλαιον, παγκαρπία. ἅπερ ἔμβαλε. — Oracula ipsa non solum condi statuas (ut Herodot. 5, 82. Paus. 8, 42, 4) et ornari aliquoties iubebant, velut Hyperid. pro Euxenippo col. 35 lin. 21 sq. ad Athenienses ait: ὑμῖν γὰρ ὁ Ζεὺς ὁ Δωδωναῖος προσέταξεν ἐν τῇ μαντείᾳ τὸ ἄγαλμα τῆς Διώνης ἐπικοσμῆσαι, sed etiam quomodo simulacrum sculpendum et quibus vestibus tegendum esset, vates, ut in compluribus Porphyrii oraculis, canebant. Ita Orpheus sive potius Nicias in sacris Liberalibus apud Macrob. Sat. 1, 18 (Orph. ed. Herm. fr. 7. v. 10 sqq. Lob. Agl. 729) de Solis simulacro exposuit: hoc prima luce consecrari iubetur, ut nocturnae Hecatae simulacrum nocte. Ipsa Fortunae statua rationem, qua consecrata esset, Romae verbis laudavisse ferebatur. Plut. de fort. Rom. 2 p. 319 a. Valer. Max. 1, 8, 4.

Consecrabantur igitur simulacra etiam florentibus rebus Graecis et Romanis, neque una ratione omnia, sed aliis in numinibus alii ritus valebant. Neque effecerunt illi ritus statuae ipsius divinitatem: sed sponte numina quasdam sua praesentia ac divinitate distinxerunt. Mitto Theagenem illum, qui ab Hecate sua non verba, sed signa tantum atque inspirationem videtur petiisse. Suid. s. Theagene (qui ex perdito scholio ad Aristoph. Lysistr. 63 hauserat): παροιμία

[1] Sic Iacobs pro στέψαντα.

[2] Simulacra et aras taeniis laneis ornata esse nemo nescit; floccis laneis ornatus umbilicus templi Delphici semper pingitur.

[3] Sic scripsi pro μετώπου τοῦ κροκίου καὶ ἐσθεῖναι. Genetivi compendium in syllaba δου falso videtur intellectum fuisse, κίου et καί autem dittographias fuisse pro κῶν arbitror. Phot. κροκοῦν: οἱ μύσται, ὥς φασί, κρόκῃ τὴν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν (ἀριστερὸν Bekk. anecd. p. 273. 26) πόδα ἀναδοῦνται (καταδοῦνται Bekk. anecd.) . . Δέω ἐκ Aristoph. Acharn. 1137 al.

[4] An ὥρας ᾖ sive ὡραῖον ᾖ?

Θεαγένους Ἑκάτειον. οὗτος δειλὸς ἦν· εἶχε δὲ Ἑκάτης ἄγαλμα, οὗ ἐπυνθάνετο πανταχοῦ ἀπιών. Sed permultis in templis non vates, sed deorum simulacra ipsa locuta esse et oracula edidisse a multis scriptoribus narrantur. Quomodo peregerint hoc sacerdotes, Theodoretus hist. eccl. 5, 22 patefacit, qui Alexandriae cava reperta esse simulacra tradit, quorum per ora praestigiatores vocem emitterent, ac multas eiusmodi fraudes Hippolytus episcopus nuper ex tenebris erutus lepide exponit. Atqui quod ultro a diis, ut isti aiebant, factum erat interdum, id veteres, quum hominum superstitio cresceret ac magicae artis honos in diem augeretur, doctrinae arcanae peritia ab hominibus effici ac provocari posse paulatim rebantur, ac ne Porphyrius quidem negabat. Ad hunc Iamblichus de myst. 3, 28 init. ita loquitur: Ὃ δὲ προτείνεις, ὡς οὐδαμῶς ἀπόβλητον τὸ εἶναι γεννητικοὺς[1] τῶν δραστικῶν εἰδώλων.. Ποίᾳ δέ τινι καὶ τέχνῃ πλάττεται τουτὶ εἴδωλον;.. ὁ δὲ τῶν εἰδώλων ποιητὴς λέγεται μὲν ὡς διὰ τῶν περιπολούντων ἀστέρων αὐτὰ ἀπεργάζεσθαι. Proculus in Tim. 4, 240: οἱ τελεσταὶ διὰ χαρακτήρων καὶ ὀνομάτων ζωτικῶν τὰ ἀγάλματα καὶ ζῶντα καὶ κινούμενα ἀποτελοῦντες.. 287: τὴν τελεστικὴν χρηστήρια καὶ ἀγάλματα ἱδρῦσαι καὶ διά τινων συμβόλων ἐπιτήδεια ποιεῖν εἰς τὸ μετέχειν τοῦ θεοῦ καὶ κινεῖσθαι παρ' αὐτοῦ καὶ προλέγειν τὸ μέλλον.. id. theolog. 28 p. 70: ἡ τελεστικὴ διακαθήρασα καί τινας χαρακτῆρας καὶ σύμβολα περιτιθεῖσα τῷ ἀγάλματι ἔμψυχον αὐτὸ ἐποίησε καὶ ἐλλαμφθεῖσα παρὰ τοῦ θείου.

Multa eiusmodi Apollonium Tyanensem, Simonem Magum, alios praestigiatores confecisse Platonici et ecclesiae scriptores fabulantur, quae legat, qui voluerit. Apollonii et miracula auxit et vel aetatem permutavit scriptorum Byzantinorum inscitia. Nicetas Chon. de statuis C. Pol. ab exercitu Latino deletis p. 110 ed. Par. (Banduri antiqq. C. Pol. Venet. 1729 f. max. tomi 1 libri 1 p. 95): ἦν δὲ ἐν τῷ ἱππικῷ (hippodromio C. Pol.) καὶ χαλκοῦς ἀετὸς ἀνακείμενος, τοῦ ἐκ Τυάνων Ἀπολλωνίου καινὸν μεθόδευμα, καὶ τῆς ἐκείνου γοητείας μεγαλοπρεπὲς μαγγάνευμα.. παραβαλὼν γάρ ποτε Βυζαντίοις, παρεκλήθη τὰ τῶν ὄφεων κατευνάσαι δήγματα et q. s. Ge. Codinus de origg. C. Pol. p. 4 b (9, 1 Bekk,): ἀνὴρ δέ τις τῶν

[1] Ita scripsi pro τὸ ἀναγεννητικοὺς: esse artifices simulacrorum efficacium.

ἐκ Τυάνων ὄνομα Ἀπολλώνιος ἐκ λίθου ξεστοῦ τρεῖς ἀνεστήσατο πελαργούς, ἀντιπροσώπως ὁρῶντας ἀλλήλους, οἳ καὶ μέχρι τοῦ νῦν διαμένουσιν, οὐ συγχωροῦντες ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει τὸ τῶν πελαργῶν γένος.

Anon. Bandurii part. 3 p. 42 ed. Par.: Apollonius Tyan. ἐπὶ πάσης τῆς πόλεως τὰ ἀγάλματα ἐστοιχειώσατο, οἱ δὲ ἔχοντες δοκιμὴν τῶν στηλωτικῶν ἀποτελεσμάτων εὑρήσουσι πάντα ἀληθῆ. Id. 1, 15: οἱ δὲ στηλωτικοὶ τῶν ἀποτελεσμάτων ταῦτα πάντα συνιᾶσιν. ἐστήλωσε δὲ αὐτὰ Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς παρακληθεὶς παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, καὶ εἰσελθὼν ἐστοιχείωσε τὰ ὀνόματα τῆς ἐπικρατείας ἕως τέλους αἰώνων. Alia eiusdem modi Ge. Cedrenus p. 246 a (tom. I p. 431, 19 Bekk.).

Ἀόρνους, qui aves perdant, Philostratus commemorat vit. Apoll. 2, 10, ὡς Ἀθήνησιν ἰδεῖν ἔστιν ἐν προδρόμῳ τοῦ Παρθενῶνος. Accuratius Auson. Mosellae 310: In arce Minervae

Ictinus magico cui noctua perlita fuco
allicit omne genus volucres, perimitque tuendo.

Tzetz. chil. 2 §. 59 v. 920:

Λαϊιός (sic) τις φιλόσοφος ἐν χρόνοις Ἀντιόχου
καὶ τελεστὴς καὶ μυστικὸς καὶ τερατοεργάτης,
λοιμοῦ τὴν Ἀντιόχειαν μεγάλου κατασχόντος,
ξέσας ἐν πέτρᾳ πρόσωπον Χάρωνος θείς τε πόλει
τὴν νόσον ἐξωστράκισε μακρὰν Ἀντιοχέων.

Similiter id. exeg. Hom. Il. 93, 5.

Sub Maximino Theotecnus, Christianorum persequendorum auctor, γόης καὶ πονηρός, Antiochiae τελευτῶν εἴδωλόν τε Διὸς Φιλίου μαγγανείαις τισὶ καὶ γοητείαις ἱδρύει· τελετάς τε ἀνάγνους αὐτῷ καὶ μυήσεις .. ἐπινοήσας, μέχρι καὶ βασιλέως τὴν τερατείαν, δι' ὧν ἐδόκει χρησμῶν ἐκτελεῖν, ἐπεδείκνυτο, καὶ .. ἐπεγείρει κατὰ Χριστιανῶν τὸν δαίμονα, καὶ τὸν θεὸν δὴ κελεῦσαί φησιν ὑπερορίους τῆς πόλεως καὶ τῶν ἀμφὶ τὴν πόλιν ἀγρῶν ὡς ἂν ἐχθροὺς αὐτῷ Χριστιανοὺς ἀπελάσαι. Euseb. hist. eccl. 9, 3.

Istae consecrationes fiebant unctione et carminum accentu et formularum, vocabulorum, elementorum, signorum quorundam inscriptione. Sane quidem proprie comendi causa, ut sua ipsorum corpora, ita etiam statuas deorum populi antiqui oleo et, unguenti in

locum, cera oblinere solebant, eosdemque honores etiam ad aras, columnas, terminos conferebant. Quod quum de oleo constet, de cera quaedam afferre satis habeo. Iuvenal. 10, 55: genua incerare deorum. Prudent. contra Symm. 1, 203: saxa illita ceris

viderat, unguentoque Lares humescere nigros.

Id. Hamart. 403: incerat lapides fumosos idololatrix relligio.

Qui mos naturae tam est consentaneus, ut Graecis Romanisque cum orientis populis fuerit communis. Hebraei aram et vasa sacra oleo unguebant, Iacobus in Mos. libr. 1, 28, 18. 35, 14 etiam lapides, ut deo consecraret, Christianae mulieres eadem religione martyrum sepulcra et effigies*; ne reges quidem unguebantur, ut quasi dii essent, sed ut deo consecrarentur. Aliter tamen cadentium rerum Graecarum Romanarumque superstitio has res instituit: neque fugit Augustinum illud discrimen, qui de civ. dei 16, 38, 2: „Nec more idolorum lapidem perfudit oleo Iacob, velut faciens illum deum. Neque enim adoravit eundem lapidem vel illi sacrificavit.“ Spiritum divinum scilicet ipsa consecratione insinuari rati sunt. Minuc. Fel. Oct. 23, 10: „Ecce“ simulacrum „funditur, fabricatur, sculpitur, — nondum deus est; ecce plumbatur, construitur, erigitur — nec adhuc deus est; ecce ornatur, consecratur, oratur — tunc postremo deus est, quum homo illum voluit et dedicavit.“ Crescens superstitio, quidquid divino honore ornatum erat, ipsum divinum fieri somniabat. Theophrast. charact. 16: homo superstitiosus solet τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς περιόδοις παριὼν ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν, καὶ ἐπὶ γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας ἀπαλλάττεσθαι. Ita Rutilianus ap. Lucianum Alex. 30: εἰ μόνον ἀληλιμμένον που λίθον ἢ ἐστεφανωμένον θεάσαιτο, προσπίπτων εὐθὺς καὶ προσκυνῶν καὶ ἐπιπολὺ παρεστὼς καὶ εὐχόμενος καὶ τἀγαθὰ παρ' αὐτοῦ αἰτῶν.. Tibull. 1. 11:

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,
seu vetus in trivio florea serta lapis,
et quodcunque mihi pomum novus educat annus,
libatum agricolae ponitur ante deum.

* Theodoret. in Genesin opp. 1. p. 63. ed. Par. a. 1642: τοῦτο δὲ καὶ νῦν ἔστιν εὑρεῖν παρὰ πολλῶν γυναικῶν τῶν τῷ κυρίῳ πεπιστευκότων γινόμενον, εἰώθασι γὰρ ἐν τοῖς θείοις σηκοῖς ἐλαίῳ χρίειν τὰς τῶν ἀνακτόρων κιγκλίδας καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων τὰς θηκάς.

Lucian. deor. conc. 12: ἀλλ' ἤδη πᾶς λίθος καὶ πᾶς βωμὸς χρησμῳδεῖ, ὃς ἂν ἐλαίῳ περιχυθῇ, καὶ στεφάνους ἔχῃ καὶ γόητος ἀνδρὸς εὐπορήσῃ.

Apulei. floridor. 1. 1: „Neque enim iustius religiosam moram viatori obiecerit aut ara floribus redimita . . vel caespes libamine humigatus vel lapis unguine delibutus .. Negant vidisse se, qui ibi fuere, unum saltem in finibus eius aut lapidem unctum aut ramum." Clem. Al. strom. 7 p. 713: οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον τὸ δὴ λεγόμενον λιπαρὸν προσκυνοῦντες, ἔρια πυρρὰ καὶ ἁλῶν χόνδρους καὶ δᾷδας σκίλλαν τε καὶ θεῖον δεδίασι. Arnob. 1, 22: „Si quando conspexeram lubricatum lapidem et ex olivi unguine sordidatum, tanquam inesset vis praesens adulabar, affabar et beneficia poscebam nihil sentiente de trunco." Ad istius modi „lapides effigiatos et unctos et coronatos" Minuc. Felix 3, 1 etiam statuam Sarapidis adnumerat.

Magica vis tribuebatur cerae, liciis, plumbo inscripto. Ut mittam auctores notiores, Psellus de operatione daemonum p. 32 ed. Boiss. (Norimb. 1838) haec habet: διὸ (δαιμόνια) παρὰ τοῦ μιαροῦ τῶν γοήτων γένους καὶ μολύβδῳ καὶ κηρῷ καὶ λεπτῇ προσδεθέντα μίτῳ διὰ τῶν ἀθεμίτων ἀφορκισμῶν πάθη τραγικὰ κατεργάζονται. Id. quid Graeci de daemonibus senserint p. 40: Ἡ δὲ μαγεία apud Graecos ἀγάλματά τε ὑφίστησιν ὑγείας περιποιητικά, καὶ σχήματα ποιεῖται παντοδαπά, καὶ νοσοποιὰ δημιουργήματα ἕτερα .. κηρὸς δὲ καὶ πηλὸς εἰς τὰς τῶν μορίων συμπλάσεις παραλαμβάνονται .. καὶ διαμειδιᾷ μὲν ἐφ' ἑαυτῶν ἀγάλματα .. Ad consecranda simulacra ab Aegyptiis efficacissimum putari accipitrem, cui mortuo vis divinandi inhaereat, Porphyrius tradit de abst. 4, 9 p. 326 Rhoer.

At taedet iam harum nugarum. Quare abiectis rebus ridiculis, quas de parando unguento magico, de carminibus accinendis, de formulis sacris inscribendis permultas undique collegi, eo me converto, ut ostendam, per totum fere medium aevum simulacris arte magica consecratis vim admirabilem esse tributam. Byzantini enim illa simulacra ab ea parte, ad quam spectarent, hostes allicere, defossa hostes arcere putabant. Procop. bell. Goth. 1, 15 p. 78, 11 Dind.: Ῥωμαῖοι Palladii εἰκόνα λίθῳ τινὶ ἐγκεκολαμμένην δεικνύουσιν, ἥτις δὴ καὶ ἐς ἐμὲ ἐν τῷ τῆς Τύχης ἱερῷ πρὸ τοῦ χαλκοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἀγάλματος κεῖται, ὅπερ αἴθριον ἐς τὰ πρὸς ἕω τοῦ νεὼ ἵδρυ-

ται. αὕτη δὲ ἡ ἐν τῷ λίθῳ εἰκὼν πολεμούσῃ τε καὶ τὸ δόρυ ἀνατεινούσῃ ἅτε ἐς ξυμβολὴν ἔοικε· ποδήρη δὲ καὶ ὡς τὸν χιτῶνα ἔχει. τὸ δὲ πρόσωπον οὐ τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀγάλμασι τῆς Ἀθηνᾶς ἐμφερές ἐστιν, ἀλλ' οἷα παντάπασι τὸ παλαιὸν Αἰγύπτιοι ἐποίουν. Βυζάντιοι δέ φασι τὸ ἄγαλμα τοῦτο Κωνσταντῖνον βασιλέα ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἣ αὐτοῦ ἐπώνυμός ἐστι, κατορύξαντα θέσθαι. Olympiodorus in Photii bibl. p. 60, 23 Bekk.: ὅτι ὁ ἱστορικός φησι παρὰ Οὐαλερίου τινὸς τῶν ἐπισήμων ἀκοῦσαι περὶ ἀνδριάντων ἀργυρῶν τετελεσμένων εἰς βαρβάρων ἀποκώλυσιν, ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις, φησί, Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἐν τῇ Θρᾴκῃ Οὐαλερίου ἄρχοντος μήνυσις γέγονεν, ὡς θησαυρὸς εὑρεθείη. Οὐαλέριος δὲ παρὰ τὸν τόπον παραγενόμενος μανθάνει παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ἱερὸν εἶναι τὸν τόπον, καὶ ἐξ ἀρχαίας τελετῆς ἀνδριάντας ἐν αὐτῷ ἀφιερῶσθαι.. ἀνορυχθέντος τοίνυν τοῦ τόπου εὑρίσκονται τρεῖς ἀνδριάντες δι' ὅλου ἐξ ἀργύρου πεποιημένοι, ἐν σχήματι βαρβαρικῷ κατακείμενοι καὶ ἐξηγκωνισμένοι κατ' ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν, ἐνδεδυμένοι δὲ βάρβαρον ἐσθῆτα, καὶ κομῶντες τὰς κεφαλάς, νεύοντες ἐπὶ τὸ ἀρκτῷον μέρος, τουτέστι κατὰ τοῦ βαρβαρικοῦ χώρου· ὧν ἀνδριάντων ἀναληφθέντων πάραυτα καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας πρῶτον μὲν τὸ Γότθων ἔθνος πᾶσαν ἐπιτρέχει τὴν Θρᾴκην, ἔμελλε δὲ μικρὸν ὕστερον καὶ τὸ τῶν Οὔννων καὶ τὸ τῶν Σαρματῶν καταδραμεῖσθαι τό τε Ἰλλυρικὸν καὶ αὐτὴν τὴν Θρᾴκην· ἐν μέσῳ γὰρ αὐτῆς τε Θρᾴκης καὶ τοῦ Ἰλλυρικοῦ κατέκειτο τὰ τῆς τελετῆς, καὶ ἐῴκει τῶν τριῶν ἀνδριάντων ὁ ἀριθμὸς κατὰ παντὸς ἔθνους τετελέσθαι βαρβάρου. Ita Olympiodoro auctore ibid. p. 58, 22 Bekk. Rhegii ἄγαλμα τετελεσμένον ἱστάμενον ἐκώλυσε τὴν περαίωσιν Alarici in Siciliam. τετέλεστο δέ, ὡς μυθολογεῖ, παρὰ τῶν ἀρχαίων ἀποτρόπαιόν τε τοῦ ἀπὸ τῆς Αἴτνης πυρὸς καὶ πρὸς κώλυσιν παρόδου διὰ θαλάσσης βαρβάρων· ἐν γὰρ τῷ ἑνὶ ποδὶ πῦρ ἀκοίμητον ἐτύγχανε, καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ ὕδωρ ἀδιάφθορον, οὗ καταλυθέντος ὕστερον ἔκ τε τοῦ Αἰτναίου πυρὸς καὶ ἐκ τῶν βαρβάρων βλάβας ἡ Σικελία ἐδέξατο. κατέστρεψε δὲ τὸ ἄγαλμα Ἀσκληπιός, ὁ τῶν ἐν Σικελίᾳ κτημάτων Κωνσταντίου καὶ Πλακιδίας διοικητὴς καταστάς. Tales barbarorum statuas etiam Nicetas Chon. de statuis 5 (p. 11 Wilkenii) describit; id. ann. libr. 5 init. Manuelem Comnenum tradit duarum fori Constantinopolitani statuarum commutavisse ordinem, οἰόμενος τὰ πράγματα τὰ μὲν Ῥωμαίων μετεωρίσειν, τὰ δὲ τῶν Παννόνων καθαι-

ρήσειν. Quin etiam usque ad annum 1204 p. Chr. n. istam superstitionem manavisse idem de Isaace Angelo cap. 3 p. 738 Bekk. probat: ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγοραίων οἱ φιλοινότεροι τὸ ἑστὸς ἐπὶ στήλης ἐν τῷ Κωνσταντινείῳ φόρῳ τῆς Ἀθηνᾶς ἄγαλμα εἰς πλεῖστα διεῖλον τμήματα· ἐδόκει γάρ.. ὑπὲρ τῶν ἐξ ἑσπέρας ἐστοιχειῶσθαι τοῦτο στρατῶν. Simulacrum aeneum fuisse triginta pedum, ornatum galea et veste longa, manum sinistram et oculos ad meridiem versa: ὅθεν οἱ μηδὲ τὰς θέσεις τῶν περάτων ὁπωσοῦν ἐπιστάμενοι ἐς ἑσπέραν ἐφορᾶν τὸ ἄγαλμα διετείνοντο καὶ οἷον ἐπισπᾶσθαι χειρὶ τὰ ἐκ δυσμόθεν στρατεύματα.

Videmus plerasque consecrationes Constantino Magno esse tributas: neque enim fere ultra recessit Byzantinorum ignorantia. Vulgus, quae fama obscura acceperat, fabularum Milesiarum modo exornavit. Magicam artem ubique odorabantur. Ita schol. B ad Hom. Il. 6, 311 lepide Palladem censet a Palladio nomen tulisse, ὅτι Παλλάδιον ἦν ζῴδιον μικρὸν ξύλινον, ὃ ἔλεγον εἶναι τετελεσμένον et quae mira sequuntur. Suidas s. v. Μάλεος ad Hom. Od. 3, 296: Μάλεος γάρ τις τελέσας τὸν λίθον τοῦτον ἀνιέρωσε τῷ Ποσειδῶνι πρὸς τὸ μὴ τὰ κύματα προσπελάζειν τῇ Φαιστῷ. Lepidius etiam schol. ad Iuvenal. 15, 5: „Memnonis ex aere (!) statua .. hanc Cambyses rex (!) iussit aperiri, existimans mechanicum aliquod esse, quod intra statuam lateret; nihilominus tamen aperta statua, quae erat magice consecrata, horis statutis sonum reddidit."

Effectus magicus non solum tum perire videbatur, quum statuae effoderentur, sed etiam quum ornamentis privarentur, velut Zosimus ann. 5, 41 queritur, quia Romani ab Alarico obsessi aurum argentumque statuis detraxerint, τὰ τελεταῖς ἁγίαις καθιδρυθέντα, ἐλαττωθείσης τῆς τελετῆς, ἄψυχα εἶναι καὶ ἀνέργητα. Videlicet signa sacra in vestibus incisa fuisse credidit.

Superstitio tenacior est quam hominum vita. Mutato nomine idem simulacrorum cultus in ipsa sacra Christiana transiit, nisi quod rursus vetustioris aetatis ratione spiritus divinus ultro sine magica consecratione in simulacra delabi credebatur.

ADDITAMENTUM IV.

DE DAEMONIBUS APUD PHILOSOPHOS GRAECOS, IMPRIMIS PLATONEM ET PORPHYRIUM.[1]

Quo tempore hominum de rebus divinis placita fabulis continebantur, eo Titanes, velut Phoebus et Luna, a diis distinguebantur quasi alterum genus. Ad horum similitudinem posterior religio daemones salutiferos finxit, iniquam Gigantum vim malis daemonibus tribuit; terrae motus certe et montium ignes a Gigantibus quamvis iam in Tartara deiectis effici videbantur. Homerus suis diis vim et aequam et iniquam adiudicat: nam eius Eris similiaque numina magis rerum imagines sunt, quam germani dii. Verbis distinctis primus Graecorum Hesiodus deos et daemones disiungit. Opp. 252 Goettl. canit:

τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
ἀθάνατοι Ζηνὸς φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.

Has putavit hominum esse aureae aetatis animas. V. 122:

αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς,
ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
[οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,][2]
πλουτοδόται· καὶ τοῦτο γέρας βασιλήιον ἔσχον.

Argenteae aetatis Manes daemones minores esse censet v. 140:

αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
τοὶ μὲν ἐπιχθόνιοι[3] μάκαρες θνητοὶ καλέονται,
δεύτεροι, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ.

[1] De heroibus et daemonibus Creuzer symb. tom. 3. p. 717—98 et p. 836—38 ed. 3, de daemonibus et geniis Gerhardus in act. acad. Berolin. a. 1852 p. 237—66 disputaverunt.

[2] Hos duo versus inclusi ut ex 254 sq. illatos.

[3] Hanc lectionem tuetur Gerhard. de daemon. p. 254.

Horum de numero Phaethon, quem fastu nefario interemtum Venus

ζαθέοις ἐνὶ νηοῖς

νηοπόλον νύχιον ποιήσατο, δαίμονα δῖον. Hesiod. theog. 990.

Quartum fuit ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται

ἡμίθεοι προτέρῃ γενεῇ κατ' ἀπείρονα γαῖαν. Opp. 159.

Hi fuerunt Manes heroum, quos Homerus cecinit, collocati in insulis fortunatis: illa numina salutaria, infra aetherem in aere volitantia, a deo summo rebus humanis praefecta.

Philosophorum Thales primus daemones heroesque a diis distinxisse fertur. Athenagoras legat. pro Christ. cap. 21: πρῶτος Θαλῆς διαιρεῖ εἰς θεόν, εἰς δαίμονας, εἰς ἥρωας. ἀλλὰ θεὸν μὲν τὸν νοῦν τοῦ κόσμου εἰσάγει, δαίμονας δὲ οὐσίας ψυχικάς, καὶ ἥρωας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων. Has quum heroes diceret, vix malos daemones accipere potuit, quamvis affirmari hoc a Plutarcho videatur de plac. philos. 1, 8 p. 882 b: Θαλῆς, Πυθαγόρας, Πλάτων, οἱ Στωικοὶ δαίμονας ὑπάρχειν οὐσίας ψυχικάς· εἶναι δὲ καὶ ἥρωας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν σωμάτων· καὶ ἀγαθοὺς μὲν τὰς ἀγαθάς, κακοὺς δὲ τὰς φαύλας. At quum priora placita etiam Thaletis fuissent, hunc nominare potuit, etiamsi postremum ad reliquos modo pertinebat. De Pythagora vero Porphyrius consentit vit. Pyth. cap. 38, qui bonos daemones et malos ab eo esse disiunctos, malos eius potentia sublimi etiam coercitos esse tradit. Vulgi quidem de daemonibus opiniones Pythagoras non magis quam Plato evertere audebat. Παρῄνει δὲ περὶ μὲν τοῦ θείου καὶ δαιμονίου καὶ ἡρῴου γένους εὔφημον εἶναι καὶ ἀγαθὴν ἔχειν ἔννοιαν. (Porph. ibid.) Ipse, qui daemones heroesque a multitudine putarentur, hominum censuit esse animas (Diog. La. 8, 20, 31). His animis totum aerem impleri (ibid.). Hominibus illos daemones fortiores, diis minus puros esse sensibusque obnoxios Pythagoras censuit (Plut. de Iside 25 p. 360 a). Τιμὰς θεοῖς δεῖν νομίζειν καὶ ἥρωσι μὴ τὰς ἴσας, ἀλλὰ θεοῖς ἀεί.., ἥρωσι δὲ ἀπὸ μέσου ἡμέρας (Diog. La. 8, 20, 31). Emanavisse daemones s. animas ex igne centrali (C. Ritter de philos. Pythag. p. 213), posse autem etiam oculis interdum conspici (ibid. p. 211 not. 2 et 4). Impuras animas poenis atrocibus affici: quae ne vim iniquam in nos exerceant, lustra-

tionibus caveri (Diog. 8, 20, 31). A bonis daemonibus (animabus) omnem divinationem proficisci (ibid.); namque magni a Pythagora habitam esse divinationem quum aliam, tum petitam ex somniis, Cicero affirmat de divin. 1, 3, 5. 2, 58, 119. Quod tamen adiicit Diogenes, placuisse Pythagorae, puras animas, simulac corporibus liberatae essent, cum deo uniri, tantum abest ut cum philosophi de migratione animarum doctrina conspiret, ut a Pythagoreis posterioribus ex Platone ascitum videatur.

Ut malos daemones acciperet, consentaneum erat, quum animae multorum hominum impurae essent ac perversae. Quare Ps. Charondas ap. Stob. flor. 44, 40 f. v.: ἀπαντώσης νεμέσεως παρὰ δαιμόνων ἐξοικιστῶν καὶ ἐχθροποιῶν, et Zaleucus, qui fertur, in legum prooemio ibid. 44, 20: ἐὰν δέ τῳ παραστῇ δαίμων κακὸς τρέπων πρὸς ἀδικίαν, διατρίβειν πρὸς ναοῖς.. ἱκετεύοντα τοὺς θεοὺς συναποτρέπειν αὐτήν.

Neque discrepabat hac in re communis religio. Multi enim daemones mali Graecorum animos terrebant, velut Acco, Alphito, Empusa, Lamia, Mormo sive Mormolyce (Becker Chariclis p. 34 sq. ed. 1), multi solemnibus annuis et sacris diris placabantur et averruncabantur, velut in magna Graecia annuo virginis sacrificio Temesanus daemon, quem ipsum hominis mortui animam esse veteres credebant (Paus. 6, 6, 7).

Cum Pythagora Heraclitus fere consentit, cui ἐδόκει πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη (Diog. La. 9, 6, 7).

Apparet, falli doctos, qui ab Empedocle demum malos daemones in philosophiam introductos esse arbitrentur. Is quoque daemones animas hominum putabat, separatas a diis per tria millia annorum (Plut. de exilio 17 p. 607 c); malorum hominum animas diuturnis purgari suppliciis. Plut. de Iside 26 p. 361 c: Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ δίκας φησὶ διδόναι τοὺς δαίμονας ὧν ἐξαμάρτωσι καὶ πλημμελήσωσιν·

αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει,
πόντος δ' ἐς χθονὸς οὖδας ἀπέπτυσε, γαῖα δ' ἐς αὐγὰς
ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις·
ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, στυγέουσι δὲ πάντες,

ἄχρις οὗ κολασθέντες οὕτω καὶ καθαρθέντες αὖθις τὴν κατὰ φύσιν

χώραν καὶ τάξιν ἀπολάβωσι. (Eosdem versus respicit Plut. de def. oracc. 16 p. 418 e.) Genii, quos singulis hominibus Empedocles tribuit, non tam numina sunt, quam animi impetus, quo quisque ad honestatem vitiaque trahatur. Ab notionibus enim et ingenio nomina formavit. Plut de tranqu. animi 15 p. 474 b: ἀλλὰ μᾶλλον, ὡς Ἐμπεδοκλῆς, διτταί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες·

ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἡλιόπη ταναῶπις,
Δῆρίς θ' αἱματόεσσα καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις,
Καλλιστώ τ' Αἰσχρή τε, Θόωσα τε Δηναίη τε,
Νημερτής τ' ἐρόεσσα μελάγκαρπός τ' Ἀσάφεια.

Haec igitur fuerunt placita, quae Platoni suppeditaret antiquitas; ipse posterioris de daemonibus doctrinae omnis fons factus est et fundamentum. At quum a priscis inde temporibus, ut Goethii nostri verbis utar, ii, qui rerum naturam cognitam vulgo patefacerent, in cruce figerentur et in flammas coniicerentur, Plato, ne Anaxagorae aut Socratis modo impietatis reus succumberet, praeterea ne sanctam animis hebetioribus religionem turbaret, intactos reliquit ritus publicos et communem de diis daemonibusque opinionem; quae ipse sentiat, significat quidem, sed, ut solet in rebus minus certis et a mera dialectica alienis, obvoluta fabulis. Has fabulas magis imaginesque quam genuinam sententiam quum ultimi Platonici arripuerint, non sufficit, ut absterso quasi cortice ipsa philosophi principia enucleemus, sed etiam involucra illa considerari oportet.

Communem igitur opinionem Socrates sequitur in apol. 15 p. 28 a, ubi se credere affirmat esse deos, daemones, heroes. Τοὺς δὲ δαίμονας, interrogat p. 27 d, οὐχὶ ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα ἢ θεῶν παῖδας; Ita a Platone multo post in legg. 5 p. 739 d θεοὶ ἢ θεῶν παῖδες distinguuntur, coli autem more maiorum etiam daemones iubentur. De rep. 4 p. 427 b: ἱερῶν τε ἱδρύσεις καὶ θυσίαι καὶ ἄλλαι θεῶν τε καὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων θεραπεῖαι.. καὶ ὅσα τοῖς ἐκεῖ δεῖ ὑπηρετοῦντας ἵλεως αὐτοὺς ἔχειν, harum rerum praecepta non ad philosophum pertinere, sed ad Apollinem Delphicum, i. e. relinquendos esse vulgo suos ritus, etiamsi ab veritate abhorreant. Plane ita legg. 5 p. 738 et epinom. 985 c legumlatori quidquam harum rerum immutandum esse negat, sed oraculorum sequenda esse responsa; 7 p. 799 a.

sacra esse facienda ἑκάστοις τῶν θεῶν καὶ παισὶ τούτων (heroibus) καὶ δαίμοσι: 4 p. 717 a. venerandos esse deos Olympios, πολιούχους, subterraneos, venerandos daemones, heroes, tum θεοὺς πατρῴους et parentes, i. e. numina civitati communia, deos gentis patronos, suos cuiusque parentes. Tim. p. 40: περὶ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς· πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν· ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἐπαγγέλλειν ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. Ubi eadem illa εἰρωνεία translucet atque in Socratis verbis apol. 15 p. 27 d: εἰ δ' αὖ οἱ δαίμονες θεῶν παῖδές εἰσι νόθοι τινὲς ἢ ἐκ νυμφῶν ἢ ἔκ τινων ἄλλων.

Accuratius et naturam daemonum et sedem distinguit auctor epinomidis cap. 8 p. 984 e. Deum creatorem esse ignea natura, proxima ei esse sidera, quae, natura tantum non plane ignea, alia quoque elementa admista praebeant. Alterum igitur numinum genus animae siderum sunt. Opponit his terrestria ideoque mortalia, i. e. quae media inter illos deos et homines sint, numina aetheris, aeris, aquae. Πάντα δὲ δημιουργήσασαν ταῦτα ψυχὴν ζῴων εἰκὸς ὅλον οὐρανὸν ἐμπλῆσαι. Vulgaribus Graecorum diis nullus est locus in caelo philosophi; non esse illos nisi aut siderum animas aut media, quae dixit, numina tecte significat. Θεοὺς μὲν δή, inquit, Δία τε καὶ Ἥραν καὶ τοὺς ἄλλους πάντας, ὅπῃ τις ἐθέλει, ταύτῃ κατὰ τὸν αὐτὸν τιθέσθω νόμον, καὶ πάγιον ἐχέτω τοῦτον τὸν λόγον, i. e. distributionem secundum quinque elementa. Θεοὺς δὲ δὴ τοὺς ὁρατοὺς τοὺς πρώτους τὴν τῶν ἄστρων φύσιν λεκτέον, μετὰ δὲ τούτους καὶ ὑπὸ τούτοις ἑξῆς δαίμονας· ἀέριον δὲ γένος, ἔχον ἕδραν τρίτην καὶ μέσην (infra deum in igne, animas siderum in aethere degentes), τῆς ἑρμηνείας αἴτιον (voluntatis divinae interpretes), εὐχαῖς τιμᾶν μάλα χρεὼν χάριν τῆς εὐφήμου διαπορείας (ut nuntii sint deorum ad homines, hominum ad deos). Summum deum perfecta cognitione frui, neque dolore neque gaudio affici: daemones cognitione quidem florere, ita ut vel mentes humanas perspiciant, sed affici animi perturbationibus, ita ut diligant homines honestos, oderint pravos: καὶ ξυμπλήρους δὴ ζῴων οὐρανοῦ γεγονότος, ἑρμηνεύεσθαι πρὸς ἀλλήλους τε καὶ τοὺς ἀκροτάτους θεοὺς πάντας τε καὶ πάντα, διὰ τὸ φέρεσθαι

τὰ μέσα τῶν ζώων ἐπί τε γῆν καὶ ἐπὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν ἐλαφρᾷ φερόμενα ῥύμῃ. Τὸ δὲ ὕδατος πέμπτον ὂν ἡμίθεον μὲν ἀπεικάσειεν ἄν τις.. ἐξ αὐτοῦ (ex aqua) γεγονέναι, καὶ τοῦτ' εἶναι ποτὲ μὲν ὁρώμενον, ἄλλοτε δὲ ἀποκρυφθὲν ἄδηλον γιγνόμενον. Apparere omnes illos deos hominibus ἢ καθ' ὕπνον ἐν ὀνειροπολίᾳ, ἢ κατὰ φήμας τε καὶ μαντείας ὑγιαίνουσιν ἢ καὶ κάμνουσιν ἢ καὶ τελευτῇ βίου. Opponit tamen his numinibus τοὺς ὄντως ἡμῖν φανεροὺς ὄντας θεούς, sidera, ita ut significet, se hoc quoque loco illam religionem permittere quidem hominum opinionibus, sibi tamen deos non esse nisi creatorem et animas siderum. Hic finis doctrinae Platonicae: antea alias quasdam tentaverat rationes explicandi, quae media inter deum et homines sint animantia, ζῷα, ut ait. Et Phaedri quidem capite 56 p. 246 e, ut Pythagorei, daemones esse animas hominum censet, quales ante descensum sint et post recessum. In Cratyli cap. 16 p. 398 c, a fabulis antiquis profectus, πάντ' ἄνδρα, ὃς ἂν ἀγαθὸς ᾖ, δαιμόνιον εἶναι καὶ ζῶντα καὶ τελευτήσαντα καὶ ὀρθῶς δαίμονα καλεῖσθαι ait. Has sine dubio perfecti philosophi animas, quae divinitatem intueantur, arbitratus est; heroes autem sive semideos prodire dicit eorum hominum animas, qui in terris meditationis veritatisque studiosi pro viribus in artes et litteras inquisiverint. In Politico 271 d Empedoclis ratione potestates quasdam ponit, quibus rerum naturae partes et corporum viventium genera regantur. In saeculo aureo, inquit, i. e. in mundi primordiis, δαίμονες διειλήφεσαν τὰ ζῷα κατὰ γένη καὶ ἀγέλας οἷον νομῆς θεῖοι, αὐτάρκης εἰς πάντα ἕκαστος ἑκάστοις ὤν, οἷς αὐτὸς ἔνεμεν. Legg. 4, 6 p. 713 c: constituisse Saturnum aurea mundi aetate quasi pastores, βασιλέας γε καὶ ἄρχοντας ταῖς πόλεσιν ἡμῶν οὐκ ἀνθρώπους, ἀλλὰ γένους θειοτέρου τε καὶ ἀμείνονος, δαίμονας,.. γένος.. ὃ διὰ πολλῆς.. αὐτοῖς ῥᾳστώνης.. ἐπιμελούμενον ἡμῶν, εἰρήνην τε καὶ αἰδῶ καὶ εὐνομίαν καὶ ἀφθονίαν δίκης παρεχόμενον, ἀστασίαστα καὶ εὐδαίμονα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀπεργάζετο γένη. Et hoc loco et in Politico post tempora illa spontaneae honestatis felicitatisque derelictum esse genus humanum a geniis illis tradit. Describit ibi, si quid video, animi humani condicionem: eum, qua aetate recenter emanasset ex mente divina, ultro liberum fuisse turpitudine et miseria: iam vero animos non posse nisi viribus intentis suoque labore ad honestatem evehi ac

felicitatem. Quod in terra quondam factum sit, hoc semper fieri in caelo Plato Phaedonis cap. 57 p. 108 b fabula perhibet; qui genii animas hominum exceptas post mortem ad loca caelestia perducant, eos recedere ab animis, si quae cupidinibus trahatur ad id, quod turpe sit.

Quae illis in fabulis numina dicit et extra animas hominum ponit, eas vires proprie animarum esse in aliis declarat. Convivii capite 28, p. 202 e, Diotima, i. e. Plato ad Pythagoreorum placita suam sententiam annexurus, ita loquitur: καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ.. ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ τῶν θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν· ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφότερον συμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι· διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳδὰς καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν. θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται. Daemonum illorum unum esse Amorem *. Hunc ita postea describit, ut appareat de animi viribus esse sermonem. Itaque medium aliquid inter deum et corpora terrestria intercedere Pythagoreis concedit; hominum mortuorum has esse animas non concedit, sed esse id, quod divinum mens humana contineat, sive, ut Timaei p. 41 per fabulam significat, id, quod ex natura divina in corpora nascentia influat, ex mortuis refluat. Nam in Timaeo Iuppiter ad media illa numina dicit: ὑμεῖς ἀπεργάζεσθε ζῷα καὶ γεννᾶτε (spiritus enim divinus quum materiae formam, rationem, vitam tribuat, quasi creat animantia) τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε (ingenio corpus regitur, ingenio victus paratur) καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε.

In Phaedonis cap. 57 p. 107 d quum genius, ὁ ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, in fabula commemoretur, fabulam sunt multi secuti. Καὶ Ἀριστοτέλης δαίμοσι κεχρῆσθαι πάντας ἀνθρώπους λέγει, συνομαρτοῦσιν αὐτοῖς παρὰ τὸν χρόνον τῆς ἐνσωματώσεως (Isidorus Basilidis discipulus comm. 1 ad prophetam Parchorem allatus a Lommatzschio ad Origenem adv. Celsum 8, 34). Item Stoici (Seneca epist. 110. Arrian. in Epict. 1, 14). In Phaedone igitur communem de geniis opinionem sequitur. (Lysias or. fun. cap. 16. Menander fr. inc. 18 Mein. et quos Lindenbrogius ad Censorin. de

* Nominato convivio haec repetit fere Apulei. de deo Socr. cap. 6.

die nat. cap. 3 affert. Quae sententia ne ab ipso quidem Christo ev. Matth. 18, 10 abhorret.) Fuerunt etiam, qui Empedoclem secuti binos cuique homini genios tribuerent, velut Euclides Socraticus ap. Censorin. de die nat. 3. Suam vero ipsius sententiam Plato de rep. X 15 p. 617 e patefacit: οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε, eandemque iterum mythice ibid. 620 d: Λάχεσιν ἑκάστῳ, ὃν εἵλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα ξυμπέμπειν τοῦ βίου καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων. Ei igitur „Genius uniuscuiusque animus rationalis“ est, ut ait Varro ap. Augustin. de civ. dei 7, 13, i. e. impetus divinus, quo animus hominis ad honestissimum quodque trahatur. Idque ipsum Plato in Tim. p. 90 sincere fatetur: περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε.. Philosophum πᾶσα ἀνάγκη, ἀεὶ θεραπεύοντα τὸ θεῖον ἔχοντά τε αὐτὸν εὖ μάλα κεκοσμημένον τὸν δαίμονα ξύνοικον ἐν αὐτῷ διαφερόντως εὐδαίμονα εἶναι.

Sed posteriores philosophi, ut dixi, Platonis verba potius quam germanam sententiam secuti sunt. Vel Xenocrates, eius discipulus, quum octo deos sidereos esse, ut epinomis p. 986 b, doceret (Cic. de nat. deor. 1, 13, 34), καὶ τῶν ἡμερῶν τὰς ἀποφράδας καὶ τῶν ἑορτῶν ὅσαι πληγάς τινας ἢ κοπετοὺς ἢ νηστείας ἢ δυσφημίας ἢ αἰσχρολογίαν ἔχουσιν, οὔτε θεῶν τιμαῖς οὔτε δαιμόνων οἴεται προσήκειν χρηστῶν, ἀλλὰ εἶναι φύσεις ἐν τῷ περιέχοντι μεγάλας μὲν καὶ ἰσχυράς, δυστρόπους τε καὶ σκυθρωπάς, αἳ χαίρουσι τοῖς τοιούτοις, καὶ τυγχάνουσαι πρὸς οὐθὲν ἄλλο χεῖρον τρέπονται. Plut. de Iside 26 p. 361 b. Φαύλους μὲν δαίμονας οὐκ Ἐμπεδοκλῆς μόνον ἀπέλιπεν, ἀλλὰ καὶ Πλάτων καὶ Ξενοκράτης καὶ Χρύσιππος, ἔτι δὲ Δημόκριτος. Id. de def. oracc. 17 p. 419 a. Videlicet Plato minores illos daemones in aere circa nos volitare et sacris precibusque placandos esse dixerat. Subtilius igitur Xenocrates, quae generis cuiusque daemonum essent, distinxit.

De Stoicis Plut. de plac. philos. 1, 8 supra attuli. Plato daemones perfectiores in aethere versari dixerat et rebus humanis praeesse; Stoici φασὶν εἶναι καί τινας δαίμονας ἀνθρώπων συμπάθειαν ἔχοντας, ἐπόπτας τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων (Diog. La. 7, 1, 151); ut ille in Cratylo, ita hi ἥρωας τὰς ὑπολελειμμένας τῶν σπουδαίων ψυχάς esse censuerunt (ibid.). Consentit Posidonius, quum scribat

„in libris, quibus titulus est π. ἡρώων καὶ δαιμόνων", daemones a δαίειν esse vocatos, „quia ex aetherea substantia parta atque divisa qualitas illis sit," Macrob. Sat. 1, 23. Eadem etiam Plutarchi de Socr. daem. 24 p. 593 d est sententia. Multus est de daemonibus Maximus Tyrius disp. 25, 8 et disp. 27, ita tamen, ut, quae Plato in convivio, Phaedro, Politico disputaverat, conflet et amplificet.

Platonicorum doctrinam, hominum mortuorum animas in aere volitare, noverat Paulus ad Ephesios 2. 2: ἐν αἷς (ἁμαρτίαις) ποτὲ περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Plane ex Platone doctrinam sacram Philo Iudaeus interpretatur. Ait de Gigantibus § 2 (tom. 1 p. 263 Mangey.): οὓς ἄλλοι φιλόσοφοι δαίμονας, ἀγγέλους Μωυσῆς εἴωθεν ὀνομάζειν· ψυχαὶ δέ εἰσι κατὰ τὸν ἀέρα πετόμεναι.. καταλαμβάνεσθαι δὲ αὐτὰς ἀναγκαῖον ὑπὸ νοῦ, ἵνα πρὸς τῶν ὁμοίων τὸ ὅμοιον θεωρῆται. Quae intercedunt, cum epinomide conspirant. Addit § 3: quae animae noluerint unquam in corpora descendere, his ὑπηρέτισι καὶ διακόνοις ὁ δημιουργὸς εἴωθε χρῆσθαι.. Αὗται μὲν οὖν εἰσι ψυχαὶ τῶν ἄνωθέν πως φιλοσοφησάντων. Ita Plato in Cratylo. Philo § 4 animas, daemones, angelos ait idem esse. Bonos et malos deoque indignos daemones esse, sic ut hominum animi honestate differant. De mundo § 3 tom. 2 p. 640 M. ut in Platonis Phaedone alias animas in corpora ait iterum descendere, perfectiores in aetherem sublatas interpretes fieri voluntatis divinae ad homines, desideriorum humanorum ad deum. Ἃς οἱ μὲν παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσαντες ἥρωας καλοῦσι καὶ δαίμονας, Μωυσῆς δὲ.. ἀγγέλους προσαγορεύει. Similia de somniis lib. 1 § 22 tom. 1 p. 641, de plantat. Noae § 4. tom. 1 p. 332, de confus. ling. § 34 tom. 1 p. 431.

Hic igitur angelos ab Hebraeis, daemones a Graecis vocatos esse censet. At munus certe nuntiorum Graecos quoque daemonibus tribuisse supra vidimus; ne nomen quidem ignoraverunt. Sophron ap. sch. Theocr. 2, 12 fabula explicat, cur Hecate dea infera facta sit et mortuis imperet. Ibi eam ait Iovis Iunonisque filiam esse primoque nomen Ἄγγελον tulisse. His inesse videtur Pythagorica interpretatio muneris, quo Manes Hecatae dicioni subditi fungantur, muneris inquam patefaciendi hominibus voluntatem deorum. His

certiora sunt, quae Augustinus ait de civ. dei 9, 19: „nonnulli istorum.. daemonicolarum, in quibus et Labeo[1] est, eosdem perhibent ab aliis angelos dici, quos ipsi daemones nuncupant." Ita Ps. Orpheus fr. 3 v. 9 Herm.:

σῷ δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσιν πολύμοχθοι
ἄγγελοι, οἶσι μέμηλε, βροτοῖς ὡς πάντα τελεῖται.

Cuiusmodi sententiam Minuc. Felix Oct. 26 Hostani Mago tribuit: „Ostanes.. et verum deum merita maiestate prosequitur et angelos, id est ministros et nuntios dei.., eiusque venerationi novit adsistere, ut et nutu ipso et vultu domini contremiscant. Idem etiam daemonas prodidit terrenos, vagos, humanitatis inimicos." Cyprianus de idol. vanit. 4, 1: Magorum „praecipuus Hostanes et formam veri dei negat conspici posse et angelos veros sedi eius dicit adsistere." Quid istis philosophis placuerit, accuratius ex theolog. arithm. p. 42 ed. Ast. apparet: καὶ Βαβυλωνίων οἱ δοκιμώτατοι καὶ Ὀστάνης καὶ Ζωροάστρης ἀγέλας κυρίως καλοῦσι τὰς ἀστρικὰς σφαίρας.. διὸ καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην τούτων τῶν ἀγελῶν ἐξάρχοντας ἀστέρας καὶ δαίμονας ὁμοίως ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους προσαγορεύεσθαι, οἵπερ εἰσὶν ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν.

Inde a Porphyrio Platonici ac deinceps alii plurium deorum cultores angelorum nomine utuntur. Cf. Fabric. bibl. antiquar. 8, 16. Quorum usum Hierocles ad carm. aur. p. 37 Needham. p. 31 Mullach. (Berolini a. 1853) complectitur. Explicatis heroum et daemonum (bonorum) natura et nominibus secundum Platonis Cratylum, eosdem vocari ait καὶ ἀγγέλους, ὡς ἐκφαίνοντας καὶ διαγγέλλοντας ἡμῖν τοὺς πρὸς εὐζωίαν κανόνας. πολλάκις δὲ καὶ ταῖς τρισὶν ἐπινοίαις χρώμενοι τὸ πλάτος τοῦ μέσου γένους εἰς τρία τέμνομεν, καὶ τὸ μὲν προσεχὲς τοῖς οὐρανίοις καλοῦμεν ἀγγέλους, τὸ δὲ τοῖς ἐπιγείοις συναπτόμενον ἥρωας, τὸ δὲ ἐξ ἴσου τῶν ἄκρων ἀμφοτέρων ἀπέχον δαίμονας, ὥσπερ πολλαχοῦ ποιεῖ Πλάτων. Ab aliis totum genus aut angelorum, aut, ut aurei carminis v. 2, heroum nomine designari.

[1] De Cornelio Labeone p. 51 dixi. Fort. de hac re in libris de diis animalibus disputavit, ubi heroes certe tractavit. Serv. ad Aen. 3, 168: Labeo in libris, qui appellantur de diis animalibus.. ait: esse quaedam sacra, quibus animae humanae vertantur in deos, qui appellantur animales, quod de animis fiant. Hi autem sunt dii penates et viales.

Platoni eandem distributionem Origenes adv. Celsum 3 p. 133 subdit, quamquam pro angelis ille deos vel siderum animas posuerat. Tria genera etiam ii distinxerunt, qui Plat. Timaei verba 24 c explicabant μίξαντες τὴν Ὠριγένους (Platonici) καὶ Νουμηνίου δόξαν· παρ' οἷς ὁ δαίμων τριχῶς· καὶ γάρ εἶναί φασι τὸ μὲν θείων δαιμόνων γένος, τὸ δὲ κατὰ σχέσιν, ὃ μερικαὶ συμπληροῦσι ψυχαὶ δαιμονίας τυχοῦσαι λήξεως, τὸ δὲ πονηρὸν ἄλλο καὶ λυμαντικὸν τῶν ψυχῶν.. ἐπὶ δὲ ταύτης ἐστὶ τῆς οἰήσεως ὁ φιλόσοφος Πορφύριος, ὃν καὶ θαυμάσειεν ἄν τις, εἰ ἕτερα λέγοι τῆς Νουμηνίου παραδόσεως. Ita Proculus ad Tim. 24 c, qui distinctius ad p. 47 a. Porphyrii exponit sententiam. Ὁ μὲν γὰρ φιλόσοφος Πορφύριος οὕτω διατάττεται. τοὺς μὲν ἱερέας ἀναλογεῖν τοῖς ἐν οὐρανῷ ἀρχαγγέλοις τετραμμένοις πρὸς θεούς, ὧν εἰσιν ἄγγελοι, τοὺς δὲ μαχίμους ταῖς εἰς τὰ σώματα κατιούσαις ψυχαῖς, (εἰσὶ δέ, inquit paulo post, οἳ καὶ ταῖς θήραις τῶν ζώων χαίρουσιν, οἵαν καὶ τὴν Ἄρτεμιν τίθενται, καὶ ἄλλο σὺν αὐτῇ πλῆθος δαιμόνων θηρατικῶν,) τοὺς δ' αὖ νομέας τοῖς ἐπὶ ταῖς τῶν ζώων ἀγέλαις τεταγμένοις, οὓς δι' ἀπορρήτων ψυχὰς εἶναι λέγουσιν ἀποτυχούσας μὲν τοῦ ἀνθρωπικοῦ νοῦ, πρὸς δὲ τὰ ζῷα ἐχούσας διάθεσιν· ἐπεὶ καὶ ἀνθρώπων ἀγέλης ἔστι τις κηδεμὼν καὶ μερικοί τινες, οἱ μὲν ἔθνη, οἱ δὲ πόλεις, οἱ δὲ καὶ τοὺς καθ' ἕκαστον ἐπισκοποῦντες. Haec secundum Plat. Tim. p. 41, legg. 4 cap. 6, Phaedonis cap. 57. Proculus quae in Porphyrio ad Tim. p. 24 c improbat, eadem fere profert ipse ad Alcibiadem priorem tom. 2 p. 185 ed. Cousini, quamvis aucta et ampliata.

Sed iam ab angelis, quorum nomen persecuti sumus, ad daemones relapsi sumus. Recedito disputatio nostra a Proculo ad Plotinum. Ut igitur Plato in Phaedone dixerat, supra sidera, deos suos, idearum esse regnum, eoque quum dii certis saeculorum intervallis ascenderent, animas hominum, tamquam comitatum, sequi, ita Plotinus enn. 3, 5, 6 tres numinum ordines distinguit; primum qui in idearum mundo habitet, proximum menti divinae, remotum a conspectu hominum; alterum deorum, qui conspici possint, i. e. sidera (cf. 4, 3, 17); tertium daemonum, qui in sublunari mundo habitantes hominum rebus praesint. Tertii ordinis tres species constituit 3, 4, 3: deos et Amores et quos proprie daemones vocat. Amores quoque ex Phaedone sumpserat, deos daemonesque ex epinomide, ita tamen,

ut, quos epinomis daemones appellaverat, eos ipse deos vocaret, quod illa aerium numinum genus dixerat, ipse daemones nominaret. Daemones ait graviores sublimioresque esse animas quam animas hominum (5, 3, 6), cedere interdum precibus nostris (4, 7, 26), et divinae et humanae naturae esse participes (6, 7, 5). Daemones et heroum animas diversos esse (4, 7, 15). Suum cuique homini esse Genium. Inscribitur 3, 4 περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος, ubi Plotinus Platonis rempublicam sequitur.

In Platonis Timaeo tamquam fundamento illa exstructa sunt, quae Hermes Trismegistus in Poemandri cap. 1, 9 (ed. Parthey. Berol. a. 1854) profert: Demiurgus ἐδημιούργησε διοικητάς τινας ἑπτά, ἐν κύκλοις περιέχοντας τὸν αἰσθητὸν κόσμον, καὶ ἡ διοίκησις αὐτῶν εἱμαρμένη καλεῖται. 3, 2: καὶ ὤφθη ὁ οὐρανὸς ἐν κύκλοις ἑπτά, καὶ θεοὶ ταῖς ἐνάστροις ἰδέαις ὀπτανόμενοι σὺν τοῖς αὐτῶν σημείοις ἅπασι· καὶ διηριθμήθη τὰ ἄστρα σὺν τοῖς ἐν αὐτοῖς θεοῖς.. ἀνῆκε δὲ ἕκαστος θεὸς διὰ τῆς ἰδίας δυνάμεως τὸ προσταχθὲν αὐτῷ, καὶ ἐγένετο θηρία.. Ex eodem Timaeo Apollinis, si deo placet, confictum est oraculum apud Aeneam Gaz. Theophr. p. 53 Boiss.: Ἀλλὰ καὶ Ἀπόλλων ποτὲ χρησμῳδῶν.. ᾄδει:.· ἐκτίσθη πρὸ ὑμῶν, θείας πρὸ κόσμου γονῆς, ἄφθαρτα πνεύματα εἰς ὑμῶν χρείας.

In Porphyrii oraculo v. 145 sqq. deus supra mundum collocatur ut a Platone, tum tres sanctorum numinum distinguuntur ordines, quorum primus prope deum continuo versetur; hic respondet Platonis ideis, quae in Phaedone fabula describuntur, et primo Plotini 3, 5, 6 ordini et Ἀρχαῖς Dionysii Areopagitae de cael. hier. 9, 1. Tertius ordo a deo remotus angelis Dionysii respondet, Platonis Plotinique diis sidereis, cantus eius ordinis concentui sphaerarum. Postremo secundus ordo daemonibus illorum philosophorum, Archangelis Dionysii respondet. De malis tamen daemonibus oraculum tacet. Porphyrius ipse Platonem magis sobrie interpretatus, simpliciore distributione utitur, neque tamen eadem semper: nam ut de ceteris philosophiae locis, ita etiam de daemonum natura, progressu quodam intelligentiae facto, alia aetate aliter statuit. Pauca de iis in disputatione de oraculis dixit. Periit, quod de bonis daemonibus ad v. 145 sqq. numerorum nostrorum disputaverat. Malos p. 147 – 149 ed. nostrae describit; nocere hominibus, instigare pra-

vas animi cupidines; iisdem cupidinibus et vita ventri dedita allici; alios eadem semper forma, alios variis corporibus formisque incedere; placari sacrificiis cruentis; regi a Sarapi et Hecate. Id igitur quod Plato de daemonibus omnino dixerat, et nocere eos posse et cum cupidinibus hominum cohaerere et sacrificiis honorandos esse, id mutatum paulisper ad malos daemones restringit. Constat sibi in universum in libris de abstinentia. Ibi 2, 38 ait: ὅσαι ψυχαὶ τῆς ὅλης ἐκπεφυκυῖαι μεγάλα μέρη διοικοῦσι τῶν ὑπὸ σελήνην τόπων (quam praecipuam daemonum sedem omnes censebant), ἀπερειδόμεναι μὲν πνεύματι, κρατοῦσαι δὲ αὐτοῦ κατὰ λόγον, ταύτας δαίμονάς τε ἀγαθοὺς νομιστέον καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἐρχομένων πάντα πραγματεύεσθαι, εἴτε τινῶν ἀφηγοῖντο ζῴων, εἴτε καρπῶν ἀποτεταγμένων, εἴτε καὶ.. ὄμβρων, πνευμάτων μετρίων, εὐδίας.. καὶ.. παιδείας συναπάσης, ἰατρικῆς τε καὶ γυμναστικῆς. Itaque animae naturam et originem secundum Platonem describit, ex Pythagoreorum vero et vetustiorum placitis animas censet, quos Plato imaginis causa daemones vocat. Praeter hoc discrimen fere sequitur Platonem, expositis epinomidis verbis. Addit, ad bonos daemones etiam nuntios illos pertinere, quos Plato in convivio praedicet. Animae, pergit, sui impotentes et cupiditatibus obnoxiae δαίμονες μὲν καὶ αὗται, κακοεργοὶ δ' ἂν εἰκότως λέγοιντο. 39:.. αἱ δὲ χαρακτηρίζουσαι τὸ πνεῦμα αὐτῶν μορφαὶ τοτὲ μὲν ἐπιφαίνονται, τοτὲ δὲ ἀφανεῖς εἰσιν. ἐνίοτε δὲ καὶ μεταβάλλουσι τὰς μορφάς. (Ita de oracc. p. 149.) οἵ γε χείρους. Longam eorum vitam esse, neque tamen diuturnam; formam bonorum decoram, malorum turpem; hos prope terram circumvagari, οὐδὲν τῶν κακῶν οὐκ ἐπιχειροῦσι δρᾶν,.. σφοδρὰς καὶ αἰφνιδίους οἷον ἐνέδρας ὡς τὸ πολὺ ποιοῦνται τὰς ἐμπτώσεις. 40:.. αὐτοὶ αἴτιοι γιγνόμενοι τῶν περὶ τὴν γῆν παθημάτων, οἷον λοιμῶν, ἀφοριῶν, σεισμῶν, αὐχμῶν καὶ τῶν τοιούτων, ut ipsi lateant, persuadere nobis student, bonos deos malorum esse auctores et τρέπουσιν ἡμᾶς ἐπὶ λιτανείας καὶ θυσίας τῶν ἀγαθοεργῶν θεῶν ὡς ὠργισμένων. — 42: Ἀπατῆσαι ἱκανοὶ διὰ τῆς τερατουργίας. διὰ τούτων φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ κατασκευάζουσιν οἱ κακοδαίμονες.. τὸ ψεῦδος τούτοις οἰκεῖον· βούλονται γὰρ εἶναι θεοί, καὶ ἡ προεστῶσα αὐτῶν δύναμις (Sarapis et Hecate, ut ait de oracc. p. 147 et 150) δοκεῖν θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος. οὗτοι οἱ χαίροντες λοιβῇ τε κνίσσῃ τε, δι' ὧν αὐτῶν

τὸ πνευματικὸν πιαίνεται. (Sic de oracc. p. 148 et 149 ed. meae.) Quum igitur de malis daemonibus libri de oracc. et de abst. fere consentiant, acuminis tamen et consilii incrementum praestant. Illic non negaverat, deos posse irasci, nocere, exorari, sacrificiis delectari, quin etiam mentiri magicaque arte cogi; in libris de abst. haec omnia malis daemonibus tribuit, qui fallendi causa deorum prae se ferrent speciem. Illic omnes periculis malorum daemonum obnoxios esse censuerat: hìc purum philosophorum animum iis liberum esse tradit. Sacra quidem publica ad daemones istos placandos, ut Plato, ita etiam ipse admittit, sed ideo admittit, quod divitiae aliaeque res, quas sapiens non appetat, civitatibus videantur esse bona. Quo magis aetate provehebatur, eo maiore negotio, eo diligentiore subtilitate bonos daemones a malis distinguebat. Proculus ad Tim. p. 142 c: τῶν δαιμόνων, φησὶν ὁ Πορφύριος, οἱ μὲν ἐν τῇ συστάσει πλέον τὸ πύριον ἔχοντες ὁρατοὶ ὄντες οὐδὲν ἔχουσιν ἀντιτύπως, οἱ δὲ καὶ γῆς μετειληφότες ὑποπίπτουσι τῇ ἀφῇ. Ita Plato siderum animis igneam esse naturam, daemonibus materiam admistam esse dixerat. Hoc Porphyrius l. comm. eo probat argumento, quod Etruscorum daemones non solum vermes genuerint, sed combusti etiam cinerem reliquerint. — Augustin. de civ. dei 10, 9, 2: „Quamquam (Porphyrius in libr. de animae regressu) discernat a daemonibus angelos, aeria esse loca daemonum, aetheria vel empyrea disserens angelorum, et admoneat utendum alicuius daemonis amicitia, quo subvectante vel paululum possit elevari a terra quisque post mortem," (hic Genius est Platonicus secundum verba philosophi, non sententiam) „aliam vero viam esse perhibeat ad angelorum superna consortia".. (theurgiam, de qua postea dicam). „Animam" impuram „post mortem luendo poenas cultum daemonum" malorum, „a quibus circumveniebatur, horrescere." Oracula quum daemonibus Plato tribuisset, bonis daemonibus solis Porphyrius de abst. 2, 41 tribuit. In libro de oraculis altero arte magica etiam deos cogi dixerat; postea ad malos tantum daemones istam artem refert (de abst. 2, 45, de animae regressu ap. Augustin. de civ. dei 2, 9; cum Porphyrio consentit, fort. ex eo hausit Minuc. Felix Oct. 26, 9), ad bonos theurgiam, quam mediam inter γοητείαν et θεοσοφίαν (quae ad ἕνωσιν perducat)

primus interposuit*. Augustin. de civ. dei 10, 9, 2: „Porphyrius (de animae regressu).. theurgiam.. utilem dicit esse mundandae parti animae, non quidem intellectuali, qua rerum intelligibilium percipitur veritas, nullas habentium similitudines corporum, sed spirituali, qua corporalium rerum capiuntur imagines. Hanc enim dicit per quasdam consecrationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri atque aptam susceptioni spirituum et angelorum et ad videndos deos.“ Intellectualem, quam vocat, partem contemptu rerum terrestrium et continua dei contemplatione uniri cum deo interdum ante corporis mortem, perpetuo post mortem.

Malos igitur daemones tunc numina esse putabat, sed iam de abst. 2, 46 δαιμόνια ὑλικά vocat. Eosdem provectiore aetate cupiditates et perturbationes animi nostri censuit, subodoratus germanam Platonis opinionem. Ita ad Marcellam 11 et 21 et ad Timaeum ap. Proculum Tim. p. 53 a: δύο γὰρ εἶναι δαιμόνων εἴδη, τοὺς μὲν ψυχάς, τὸ δ' ἕτερον τρόπους· εἶναι δὲ τούτους ὑλικὰς δυνάμεις, κακοποιοὺς τῆς ψυχῆς. De bonis ad Marc. 21: εἰσὶν ἄγγελοι θεῖοί τε καὶ ἀγαθοὶ δαίμονες ἐπόπται τῶν πραττομένων, οὓς καὶ λαθεῖν ἀμήχανον. (Similiter epinomis.) Bonos hosce in duo genera disiunxit. Augustin. de civ. dei 2, 26: „Angelos“ Porphyrius de regressu animae „alios esse dixit, qui deorsum descendentes hominibus theurgicis divina pronuntient, alios autem, qui in terris ea, quae patris sunt, et altitudinem eius profunditatemque declarent.“ Illos Archangelos appellabat. Proculus ad Tim. p. 47 a: Ὁ μὲν γὰρ φιλόσοφος Πορφύριος οὕτω διατάττεται· τοὺς μὲν ἱερέας ἀναλογεῖν τοῖς ἐν οὐρανῷ ἀρχαγγέλοις τετραμμένοις πρὸς θεούς, ὧν εἰσιν ἄγγελοι.

Porphyrius igitur postremo archangelos distinxit, angelos, daemones. Sed maiore in diem argutia genera discernebantur, velut sex a Proculo ad Plat. Alcib. priorem (ed. Cousin. tom. 2 p. 193), novem a Dionysio Areopagita de caelesti hierarchia (imprimis 1, 4 et cap. 9, 1 et 2), quem vel hodie doctrina catholica sequitur. Haec omnia artificiosa interpretatione ex Platonis fluxerunt fabulis: ex oriente fere nihil assumebatur. Namque Iudaei ab aliis principiis, ac reliqui, profecti decem daemonum genera constituerant; Chaldaei

* Cf. Dit. Tiedemanni quaestionem de artibus magicis. Marpurg. 1787. ch. 4 p. 81.

vetustiores non daemonum genera, sed septem archangelos planetis praefectos colebant (cf. supra p. 223); nec credendum Plutarcho de def. oracc. 10 p. 415 a. dicenti de daemonibus tanquam mediis inter deos et homines: εἴτε Μάγων τῶν περὶ Ζωροάστρην ὁ λόγος οὗτός ἐστιν, εἴτε Θρᾴκιος ἀπ' Ὀρφέως, εἴτ' Αἰγύπτιος ἢ Φρύγιος, ὡς τεκμαιρόμεθα ταῖς ἑτέρωθι τελεταῖς ἀναμεμιγμένα πολλὰ θνητὰ καὶ πένθιμα τῶν ὀργιαζομένων καὶ δρωμένων ἱερῶν ὁρῶντες. Studebat enim Plutarchus, praesertim in comm. de Iside et de Socratis daemonio, Graecorum placita ad Aegypti Asiaeque revocare sapientiam, et quum ab Orpheo et Atti sancta quaedam mysteria dicerentur profecta esse, arcanis his ritibus summam de diis doctrinam significari suspicabatur.

ADDITAMENTUM V.

ORACULORUM APPENDIX.

P. 108 dixi, codices Florentinum Laur. 32, 16 et Neapolitanum Borb. II F 9 aliquot oracula praebere, quae ad confirmandam doctrinam Christianam pertinere viderentur. Eorum quum unum ex Porphyrii libris de oraculis repetitum sit (p. 144), Phil. Mornaeus[1] de relig. Christ. cap. 32 p. 436 ed. Francog. 2 (p. 587 ed. Lat. 2) etiam tertium et quartum huius appendicis ex iisdem libris ducta esse ait; quem Daleus de oraculis p. 44 ed. 2, Hugo Grotius de veritate religionis Christ., Fontenellus histoire des oracles (Amstelod. 1701 ch. 8) p. 9, alii secuti sunt; decimum tertium eodem rettulit Lob. Agl. 913. At praeter illud unum, quod p. 144 edidimus, neque codices ullum horum oraculorum Porphyrio ascribunt, neque Steuchus,

[1] Philippes de Mornay, Sieur du Plessis Marly, de la vérité de la religion chrestienne, contre les athées, Epicurées, paiens, Juifs, Mahumedistes et autres infideles. Anvers 1541. 4. Ed. 2 reveue par l'auteur, Paris. 1590. 16. — De veritate religionis Christianae liber.. a Phil. Mornaeo Plessiaci domino.. Lat. versus.. Antverp. 1583. 8. Ed. 2 corr. Sigenae Nassoviorum 1597. 8.

ex quo Schedius* hauserat, fons posteriorum hominum doctorum, neque ipsa argumenta cum Porphyrii oraculis congruunt. Oracula tertium et quartum certe ab homine Christiano ficta sunt, prima duo doctrinas Orphicam et Gnosticam contaminant. Quum enim Plato, quem Ps. Aristoteles de mundo cap. 6 sequitur, summum deum igneae esse naturae et extra mundum, supra aetherem versari aliquoties significasset, posteriores philosophi divinum illum ignem haud vulgarem, sed aetherium quendam esse effinxerunt. Summum deum Plato ex mundi conspectu amoverat, omni accessione exemerat. Quocum oracula primum et alterum hactenus conspirant. Sed ille quum deum immobilem censuerit, oraculum primum, in contrariam partem abiens, motum deo tribuit continuum, flammae sublimi perpetuam vertiginem, qua circum se ipsa torqueatur; praeterea deum aeternitatem esse docet. Ita autem philosophis Orphicis primum principium aeonem sive tempus esse placuit: ab eo aetherem, ab aethere Chaos esse genitum. (Lob. Agl. p. 470 sq.) Arripuerunt haec placita complures Platonici (Lob. ibid. et 484), ex parte etiam Valentinus, qui ὑπέθετο πρῶτον Αἰῶνα τέλειον, ὃν καὶ προάρχην καὶ προπάτορα καὶ βυθὸν καλεῖ (Theodoretus haeret. fabb. comp. lib. 1 cap. 7). Βαλεντῖνος καὶ Σεκουνδῖνος καὶ Μάρκος καὶ οἱ ἐκείνων διάδοχοι παμπόλλους αἰῶνας πρεσβυτέρους τοῦ Δημιουργοῦ φασιν εἶναι (ibid. 5, 6). Cum hacce opinione v. 13 concinit, versus 14–16 plane Gnosticorum sapientiam redolent, apud quos principium primum est πατὴρ ἀκατονόμαστος, ἄρρητος, βυθός, cuius sint πλήρωμα ἄγγελοι, quos iidem etiam αἰῶνας vocant.

Differt alterum oraculum. Docet enim igne divino, quo neminem laedi prius oraculum pronuntiat, non solum gigni omnia, sed etiam destrui, quae Heracliti (C. Ritter de philos. Ion. p. 128), Empedoclis (Origen. philosophum. 1, 3), Stoicorum (Cic. de nat. deor. 3, 14, 35. Plut. de plac. philos. 1, 7 p. 881; id. de commun. not. 36 p. 1077 b), Numenii Pythagorei sententia fuit. Numenius apud Euseb. pr. ev. 15, 18 ait: ἐξαιθεριοῦσθαι πάντα, κατὰ περιόδους τινὰς τὰς μεγίστας εἰς πῦρ αἰθεριῶδες ἀναλυομένων πάντων.. Τὴν ὅλην οὐσίαν εἰς πῦρ μεταβάλλειν οἷον εἰς σπέρμα, καὶ πάλιν ἐκ

* Eliae Schedii de diis Germanis opus posthumum ed. pater. Gustrov. 1647; iterum ed. ill. Jarkius, Hal. 1728. 8.

τούτου αὐτὴν ἀποτελεῖσθαι τὴν διακόσμησιν, οἷα τὸ πρότερον ἦν. A diversis igitur auctoribus duo oracula profecta sunt.

Primi oraculi tres ultimos versus Lactantius affert inst. div. 1, 7, 1: „Apollo.. Colophone respondens.. quaerenti cuidam, quis esset, aut quid esset omnino deus, respondit viginti et uno versibus, quorum hoc principium est.“ At v. 14 ab exordii ratione tam alienus est, quam aptum exordium versus noster primus est. Quare apud Lactantium non principium, sed praecipuum videtur scribendum esse; summam certe totius oraculi tres ultimi versus continent. Ante hos versus, post v. 13, quinque versus excidisse arbitror. Nunc enim sedecim modo versus supersunt.

Codex Laurentianus (L) in his oraculis melior est quam Borbonicus (B), et cum Steucho (St.) plerumque consentit. Steuchi non omnes lectiones afferam, sed fere eas modo, quas interpretatio eius Latina confirmat; nam in litteris Graecis incredibilem typothetarum eius fuisse neglegentiam p. 107 annotavi. Quae in codicibus prosa oratione scripta versibus praecedunt, Steuchus Latine tantum tradit. Plura de fontibus p. 107 sq. dixi.

Ἐκ τῆς θεοσοφίας.

1.

Θεοφίλου[1] τινὸς τοὔνομα[2] ἐρωτήσαντος τὸν Ἀπόλλωνα· σὺ εἶ θεὸς ἢ ἄλλος, ἔχρησεν οὕτως·

[1] Theophilos permultos Fabricius bibl. Graec. libr. 5 cap. 1, 29 (cur. Harles. tom. 7 p. 101—114) et Vossius de hist. Graec. et eius editor Westermannus p. 505 recensent. Idem Fabricius 3, 21, 10 (cur. Harles. tom. 4 p. 162) Theophili ad Deucalionem f. prognostica ex astrologia et Theophili Alexandrini introductionem ad apotelesmaticen commemorat. Theophilus Lycophronis Atheniensis patronus fuit. (Hyperides in orat. pro Lycophrone nuper reperta extr.) Complures eius nomines homines in inscriptionibus pervetustis ap. I. Spon. itinerar. part. 2 p. 111 sq. ed. Germ. In Atticis praesertim inscriptionibus frequens est nomen (cf. corp. inscr. ed. Boeckh. tom. 1 et Broenstedtii inscr. Att. ap. Ussing. Gr. og Lat. Indskr. i Kjobenhavn. Copenh. 1854 ch. 4 p. 22); invenitur tamen per totam Graeciam (cf. corp. inscr. 1260, 1530, 2297, add. tom. 2 p. 1048 et p. 1055 et p. 969, Chalcedone 3794, Eumeniae 3895, in Palaestina 4594, 4596, in Aegypto 4838, Romae 6694. Theophilus praef. praet. sub Theodosio maiore ap. Eunapium vit. Aedesii. — Si ex his omnibus is eligendus est, qui

Ἔσθ' ὑπὲρ οὐρανίου κύτεος[1], καθύπερθε λελογχώς[2],
φλογμὸς[3] ἀπειρέσιος, κινούμενος, ἄπλετος αἰών·
ἔστι δ' ἐνὶ μακάρεσσιν ἀμήχανος[4], εἰ μὴ ἑαυτὸν
βουλὰς βουλεύσησι[5] πατὴρ μέγας, ὡς ἐσιδέσθαι[6]
ἔνθαπερ οὔτ' αἰθὴρ φέρει[7] ἀστέρας ἀγλαοφεγγεῖς[8],
οὔτε σεληναίη[9] λιγυφεγγέτις[10] αἰωρεῖται[11].

oraculum consuluerit, nisi nomen fictum est ab eo, qui dei responsum finxit, occurrit animo nostro sextus Antiochenorum patriarcha, qui, quum veteres deos primum coluisset, tum Christianum se fecisset, circa a. 181 tres de Christianorum fide libros ad Autolycum scripsit (ed. Conr. Gesner, Tiguri a 1546 f. max., Fellus Oxon. 1648 ch. 12, alii), ibique ostendit, ὅτι τὰ θεῖα λόγια τὰ καθ' ἡμᾶς (testamenta vetus et novum) ἀρχαιότερα καὶ ἀληθέστερά εἰσιν Αἰγυπτιακῶν καὶ Ἑλληνικῶν καὶ πάντων τῶν ἄλλων συγγραφέων (Fabric. bibl. Gr. 5, 1, 20). Oraculorum eum habuisse rationem ex illorum librorum p. 112 a apparet, ubi duo Sibyllae Erythraeae versus laudat, quos etiam Lactantius inst. div. 4, 6, 5 affert.

² τοὔνομα om. L. Steuchus libr. 3. cap. 15: „Rogatus a quodam Theophilo, an ipse deus esset, respondit ad hunc modum."

¹ St. κήτος, sed vertit: super coelesti vastitate.

² Sic L. St.; καθάπερ λελογχὼς B. Λαχεῖν absolute dictum, ut vel florente oratione Graeca aliquoties. Verte: summum locum nactus.

³ Flamma, ut ap. Lycophr. Alex. 641. Initium Ge. Cedrenus respicit hist. comp. p. 41 c (p. 74 Bekk.): ἀπεφθέγξατο χρησμολογοῦν οὕτω τὸ πνεῦμα· ἔστι κατ' οὐρανοῦ μεγάλοιο βεβηκός, φλογὸς ὑπερβάλλον (scr. βεβηκὼς φλογμὸς ὑπερβάλλων), αἴθριον ἀθάνατον πῦρ.

⁴ In B glossa: ἄγνωτον τοῖς θεοῖς. Sensus: intractabilis est inter deos, i. e. ne diis quidem cum eo est commercium. ⁵ βουλεύσῃ St.

⁶ Construe: εἰ μὴ μέγας πατὴρ βουλὰς βουλεύσῃ, ὡς ἐσιδεῖν ἑαυτόν. Pater magnus deus est summus idemque ignis.

⁷ ἔνθα κεν L, ἔνθακεν B, ἐνθάκε St. οὔτ' pro οὐδ' et φέροι pro φέρει Piccolos coni.

⁸ ἀγλαοφεγγῆς B. Vocabulo hoc utitur Maximus de auspiciis v. 189.

⁹ Sic pro σελήνῃ Theocr. 2, 165, Bion 16, 5, Lucian. de dea Syr. 4, astrol. 3, 25, alii. — σεληναία St.

¹⁰ λιτυφεγγὲς τις B. Hoc vocabulum et μελεδησμός et αἰθεροδινής alibi non reperiuntur. Formatum est ut εὐνέτις, φυλέτις, αἱρέτις, εὑρέτις, ὀλέτις, ὀφειλέτις. Λιγύς a sono translatum ad lucem, ut a luce ad sonum ὕμνοι φλέγονται ap. Bacchyl. 13, 12 Bergk., Παιὰν λάμπει et ἔλαμψε φάμα ap. Soph. Oed. Tyr. 182 et 468, τηλωπὸν ἰωάν ibid. Phil. 216, similia. — Steuchus quum vertat: obscurae lucis, videtur λιποφεγγέτις coniecisse. At neque forma in έτης, έτις inde duci potuit, neque intellectus aptus foret, siquidem tantum abest ut de deficiente luna sermo sit, ut epitheton ornans expectetur, quod non minus forte sit, quam ἀγλαοφεγγεῖς. Nam stellas certe lunae splendor superat. ¹¹ αἱρεῖται B.

οὐ θεὸς ἀντιάει κατ' ἀταρπιτόν, οὐδ' ἐγὼ αὐτὸς
ἀκτῖσιν[1] συνεὼν[2] ἐπικίδναμαι αἰθεροδινής.
ἀλλὰ πέλει πυρσοῖο θεοῦ περιμήκετος αὐλών[3],
ἕρπων εἱλίγδην, ῥοιζούμενος[4]. οὐ μὲν ἐκείνου
ἀψάμενος πυρὸς αἰθερίου δείσειέ τις[5] ἦτορ·
οὐ γὰρ ἔχει δαίειν. ἀζηχεῖ δ' ἐν μελεδηθμῷ[6]
αἰὼν αἰῶσιν ἐπιμίγνυται ἐκ θεοῦ αὐτοῦ.
αὐτοφυής, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀστυφέλικτος[7],

[1] ἀκτίσιν B, ἀκτέσιν St.

[2] Sic conieci pro συνέχων. Ne ego quidem, Sol, radiis me praesens eo effundo, i. e. ne ego quidem unquam una cum igne illo versor, radiosve meos eo usque spargo, quamvis per aetherem vertigine agar. — αἰθεροδίνης B. Est i. q. αἰθροδόνητος ap. Manethonem apotelesm. 4,298; terminatio extat in καλλιδινής, περιδινής, πολυδινής.

[3] περιμήκετος ὁλκός Dionys. Perieg. 599. ἕρκος περιμήκετον Orph. Arg. 893, περιμήκετον ἥβην Nonn. Iohann. 9, 121. — αὐλῶν B.

[4] Ἑλίγδην Aesch. Prom. 884. Epici εἱλίσσω pro ἑλίσσω. — ῥοιζέω, ῥοῖζος saepe apud posteriores de celeritate, quum tanta est, ut aer strepat. Similis oraculi Chaldaici v. ap. Proculum in Plat. remp. p. 379: ἢ φῶς πλούσιον ἀμφιχύδην ῥοιζαῖον ἑλιχθέν.

[5] Codd. δαίσειε et v. seq. δαίην. In B glossa margini ad v. 4 ascripta huc pertinet: ὁ ἐκείνου ἁψάμενος οὐ μερίσει ἑαυτὸν πρὸς τὰ αἰσθητά. οὐ γὰρ ἔχει μερισμὸν ἐκεῖνο τὸ πῦρ, ἀλλ' ἀιδίως τοῖς ἀιδίοις ἐπιμίγνυται. Ubi scr. μερίσεις. Videlicet δαίσειε interpres a δαίω, divido, duxit, δαίην substantivum intellexit, nimirum ut sententia ad illud oraculum accederet, quod Didymus de trinit. 2, 17, 1 profert; πνεῦμα μὲν ἀθανάτοιο θεοῦ πατρὸς ἐκπροπόρευμα αὐτόθι, ἔνθεν ἔβη, μένει ἔμπεδον, οὔτι μεριστόν. Piccolos δαΐσειε coniecit, Steuchus, ut videtur, δείσειε, quoniam vertit: timidus cor. Hoc recepi, et versu seq. ex Piccoli coni. δαίειν scripsi, quamquam verborum acumen ita paululum hebescit. Describitur ignis aetherii natura. Non metuat pectore, qui illum ignem attigerit, non enim habet ignis, quo comburat.

[6] μελεδησμῷ B. Verborum in αίνω terminatio primitiva est άω. Itaque a μελεδαίνω, cuius radix μελεδα procreavit μελέδημα, formatum est subst. μελεδησμός, ut ab ἐμπίπρημι sive potius eius verbi radice πρα subst. ἐμπρησμός, a μυκάομαι μυκηθμός. Praetuli formam Ionicam, ut ὀρχηθμός Ion. pro ὀρχησμός dicitur. Continua exercitatione et cura, inquit, aevum excipitur aevo incipiens a deo, qui ante illa saecula solus aliquamdiu extabat. Cui sectae hoc placuerit, in huius oraculi praefatione exposui.

[7] Similia Lob. Agl. p. 439 et p. 722 affert. Vocabulum ἀστυφέλικτος Spanhemius illustrat ad Callim. h. in Del. v. 26. Ita Lactantius inst. 6, 25, 14: „ut idem (Deus) sit semper stabilis et immutabilis et inconcussus.“ Ex hoc et ultimo versu oraculum aliquod confecit Ge. Cedrenus hist. comp. p. 74 Bekk.: οὗτος θεός, ἀπάτωρ, αὐτοπάτωρ, πατὴρ υἱὸς αὐτὸς ἑαυτοῦ, τρισ-

15. οὔνομα[1] μηδὲ λόγῳ χωρούμενον, ἐν πυρὶ ναίων[2],
τοῦτο[3] θεός· μικρὴ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς.

2.

Τὰ δὲ[4] ἀκόλουθα καὶ ἐν ἑτέρῳ χρησμῷ διεξῆλθεν, εἰπὼν οὕτως·

17. Ἔσθ' ὑπὲρ οὐρανίου[5] πυρὸς ἀφθίτου αἰθομένη φλόξ,
ζωογόνος, πάντων πηγή, πάντων δὲ καὶ ἀρχή[6],
ἥτε φύει μάλα πάντα, φύουσα δὲ πάντ' ἀναλύσει[7].

3.

Ἐρωτήσαντός ποτε[8] τοῦ ἱερέως τὸν Ἀπόλλωνα περὶ τῆς μελλούσης κρατεῖν θρησκείας, παράδοξον εἶπε χρησμὸν τοιοῦτον·

ὄλβιος. εἰς μικρὸν δὲ μέρος ἀγγέλων ὑμεῖς. (Fort. scr. τρισόλβιος, εἷς. μικρόν δὲ μέρος ἄγγελοι ἡμεῖς. Quod adiicit: μαθὼν ἄπιθι σιγῶν, factum est ad similitudinem oraculorum, quae Lob. Agl. 459 descripsit, velut eius, quod Augusto datum fertur: ἄπιθι λοιπὸν ἐκ δόμων ἡμετέρων.)

[1] ὄνομα Sedulius (cf. supra p. 106). — μὴ δὲ B.

[2] χωρούμενος LB, Lactantius. (Eodem Lactantii cod. Regiomontanus perducit, qui χρωροιμενος praebet.) Sedulius et Steuchus et in oraculis deorum, quae carminibus Sibyllinis annexuit, p. 14 Gallaeus recte neutrum receperunt. Deus est nomen, quod ne sermoni quidem cedat, verbis exprimi nequeat. — ἔμπυρος αἰών Sedulius: sed quum Orphei, Sibyllarum, Apollinis fere eos modo versus descripserit, quos Lactantius affert, itaque ex hoc auctore hausisse videatur, Sedulius non maiore auctoritate est, quam antiquus Lactantii codex. Iam quum reliqui fontes ἐν πυρὶ ναίων praebeant omnes (nisi quod mira codicis Lactantii Regiom. interpretatio est: per ignem emittens), altera lectio Sedulii videtur coniectura esse.

[3] τουτὶ Lact. vulg., sed cod. Regiom. et Fritzschius in ed. Lactantii, fortasse ex cod. Vratisl., recte τοῦτο ut reliqui fontes. — μικρὰ Lact. et Sedul. Ex Lact. pro μερὶς θεοῦ, quod LBSt. Sedul. praebent, recepi θεοῦ μερίς. Respicit Lactantius oraculum etiam inst. 1, 7, 8: „Credant Apollini suo, qui eodem illo responso, ut Iovi principatum, sic etiam ceteris diis abstulit nomen. Tertius enim v. ostendit, Dei ministros non deos, verum angelos appellari oportere“.

[4] Τάδε B.

[5] ὑπερουρανίου L. Solent in codd., vel saec. 10, praepositiones uniri cum nominibus.

[6] Eadem coniunxit Orph. hymn. 36 (37 Herm.), 4: ἀρχαὶ καὶ πηγαὶ πάντων θνητῶν. Didymus de trin. 3, 2 p. 322: Deus ἀρχὴ πηγή τε ζωῆς.

[7] Sic St., ἀναλίσκει L (at alterum α longum), παντανᾶση B.

[8] ἐρωτήσαντος περὶ τοῦ B. — Par.: Οὗτος τὲ ὁ παρ' ὑμῖν θαυμαζόμενος ἀπόλλων ὁ μαντικὸς τοιοῦτον δή τι παρὰ χριστοῦ ἐξεφώνησεν. ἐρωτηθεὶς γὰρ περὶ τῶν αὐτῶν προπόλλων ἀπεκρίνατο ὧδε. Ubi, ut leviora menda mittam, περί et παρά locum commutaverunt. Scr. περὶ χριστοῦ et παρὰ τῶν αὐτοῦ προπόλων. Steuchus lib. 2 cap. 19 et qui ex eo hausit Schedius p. 328 ed.

20. ἢ[1] ὄφελες πύματόν με καὶ ὕστατον ἐξερέεσθαι[2],
δύστηνε[3] προπόλων, περὶ θεσπεσίου γενετῆρος[4]
ἀμφί τε τηλυγέτοιο πανομφαίου βασιλῆος
καὶ πνοιῆς[5] τῆς πάντα[6] πέριξ βοτρυδὸν ἐχούσης[7],

Iark. oraculum describunt non nominato Porphyrio. Mornaeus demum, qui ex Schedio hausit, de verit. relig. Christ. cap. 32, et Mornaeum secutus Daleus de oracc. p. 60 ed. 1, p. 467 ed. 2 ad Porphyrium auctorem referunt.

[1] μή LPSt. Si poeta hiatum fugisset, scribere poterat: ἢ μ' ὄ. πύματόν τε. — Codex Parisinus (P.) ex pluribus oraculis unum confecit, nonnihil tamen emendatius praebet; quare eius verba, quae ex textu et glossis commixta sunt, continua hoc loco describo, textu litteris distincto: Καὶ ἄνποτε μὴ ὤφελες. ὡς καὶ αὐτὸν καὶ ὕστερον. καὶ ἐρωτάσθαι πυματόν (μ) καὶ ὕστατον ἐξερέεσθαι δυσμορέμων. καὶ κακοθάθιτε. προπόλλων. καὶ δούλων. καὶ περὶ θεσπεσιοῖο θεοῖο. θείου θεοῦ. καὶ πνοῆς. καὶ πνεύματος. τῆς πάντα πέριξ βοτρυδῶν ἐχούσης. τὰ σύμπαντα καὶ ἀπὸ περάτων. τείρεα, φῶς. ἄστρα τὸ βλέπειν. ποταμὸς. ἠέρα καὶ ὕδωρ. καὶ νάματα καὶ ἀὴρ καὶ ηρὸν καὶ πῦρ καὶ φλόξ. οἴως με οὐκεθέλοντα καὶ μὴ βουλόμε. καὶ οἶκον τῶν ἐνταῦθα. καὶ ὑποδιώκει. δόμων τῶν ὧδε διώκει. ἡ ἐμὴ τριπόδων λειπέτο ἡ μαντία. καὶ ἡ ἡμετέρα καὶ λεβήτων καὶ ἐκλείπει ἠριγένια. αἲ αἲ με τρίποδαις καὶ στενάξατε. καὶ ἀπέβη ὁ θεὸς τῶν μηερῶν στοναχήσατο. φεῦ φεῦ καὶ οἱ λέβιταις καὶ στενάξατε. οἴχεται ἀπόλλων. οἴχε. ἐπεὶ βροτὸς μὲ βιάζεται. οὐράνιος φῶς. καὶ ὁ παθῶν θεός ἐστιν, οὐ θεότης παθὲν αὐτῆ. ἡ γὰρ θεότης οὐκέπαθεν. Iam glossas separabo pauloque emendatiores dabo. Ἄνποτε ex Graecorum hodiernorum lingua i. q. ὤφελες esse Piccolos annotat; ὡς suprascriptum sine dubio fuerat ante μή, ut desiderii forma esse significaretur; αὐτόν sive potius αὐτός in margine adscripta dittographia fuerat ad ἐξερ. Ad infinitivum pertinebat ἐρωτήσασθαι. Tum δύσμορε (fort. κακοπάθητε aut κακοπαθέστατε) προπόλων (δούλων) θεσπ. (θείου) θεοῖο (θεοῦ) πνοῆς (πνεύματος) πάντα (τὰ σύμπαντα) πέριξ (ἀπὸ περάτων) φῶς (τὸ βλέπειν?) ποταμοὺς (νάματα) ἅλα (hoc excidit; gl. ὕδωρ, νερόν, ita enim hodierni Graeci pro aqua) ἠέρα (ἀήρ) πῦρ (φλόξ). Tum voluit οἴως. — οὐκ ἐθέλοντα (μή βουλόμενον) δόμων (οἴκων) ὧδε (ἐνταῦθα) διώκει (ὑποδιώκει). ἡ ἀμή (ἡ ἡμετέρα) τριπόδων (λεβήτων) λείπεται (ἐκλείπει) ἠριγένεια (μαντεία). αἲ αἲ (φεῦ φεῦ) τρίποδες (οἱ λέβητες) στοναχήσατε (στενάξατε bis) οἴχετ' (ἀπέβη) Ἀπόλλων (ὁ θεὸς τῶν ἡμερῶν). Tum scr. ἀλλ' ὁ παθὼν θεός ἐστ', οὐ γὰρ θεότης πάθεν αὐτή (ἡ γὰρ θεότης οὐκ ἔπαθεν).

[2] Sic Par. cum dittographia αὐτὸν. Rell. αὐτὸς ἐρέσθαι, nisi quod L. ἔρεσθαι. Pronomine αὐτός inserendo solebant deficienti metro consulere. Cf. p. 141 not. 11.
[3] δύσμορ' ἐμῶν P.

[4] θεσπεσιοῖο θεοῖο P. Versus 22 deest in P.

[5] Significatur spiritus sanctus, ut versibus praecedentibus deus pater et deus filius. — πνοῆς PSt.

[6] πάντων B. Coniungit πάντα πέριξ Orpheus ap. Lob. Agl. 518 et 835.

[7] Sic P, nisi quod βοτρυδῶν praebet. Rell. ἣ πάντα πέριξ βοτρυδὸν εἴσχει.

τείρεα[1], γῆν, ποταμούς, ἅλα, Τάρταρον, ἠέρα καὶ πῦρ·[2]
ἥ με καὶ[3] οὐκ ἐθέλοντα δόμων ἀπὸ τῶνδε διώξει[4]
αὐτίκ', ἐρημαῖος δὲ λελείψεται οὐδὸς ἀφήτωρ[5].

εἶτα περιπαθῶς ἀνοιμώξας ἐπήγαγεν·

οἴ μοί μοι[6], τρίποδες, στοναχήσετε[7]. οἴχετ' Ἀπόλλων,
οἴχετ', ἐπεὶ φλογόεν με βιάζεται οὐράνιον φῶς[8].

4.

καὶ ἐν ἑτέρῳ χρησμῷ περὶ τοῦ[9] ἀεὶ ὄντος θεοῦ λέγων καὶ τὴν ἑαυτοῦ ὁμολογῶν ἀπώλειάν φησι·

ἦν Ζεὺς ἔστι τε[10] νῦν Ζεὺς κἔσσεται. ὦ μεγάλε Ζεῦ,

[1] Sic P, οὔρεα rell. At illud lectius, neque montes opponi terrae poterant. Male tamen P φῶς pro γῆν. Idem Τάρταρον om., etiam ἅλα, sed huius vocabuli interpretationem servavit.

[2] πῦρ τε pro καὶ πῦρ St.

[3] Pro ἥ με καὶ P οἴως, sive potius οἴως. At quum ibi statim sequatur v. 31, cuius initium in P nunc ἡ ἐμὴ est, olim ἡ ἀμὴ fuerat, commutata esse arbitror versuum initia, corruptum autem esse ἡ ἐμὴ ex verbis ἥ με καί, et οἴως με ex verbis οἴη μοι. Versus 30 quia λείπεται praebet, in versus 26 locum cessit, ubi λελείψεται legebatur. Accessit, quod utriusque versus eadem est sententia.

[4] τῶν ὧδε διώκει P.

[5] Versum 26 om. PB. Ἀφήτωρ, ut saepe epitheta apud poetas, a deo ad eius domum translatum est.

[6] Sic St. III 17, unde hauserunt Mornaeus cap. 32 p. 436 ed. a. 1590 et Schedius (ill. Iark.) p. 365; ex Schedio Daleus hausit p. 44 ed. 2, ex Daleo H. Grotius de fide relig. Christ. et Graecis omissis Francogallice Fontenellus hist. oracc. p. 9 ed. Amstelod. a. 1701 ch. 8. οἴμοι οἴ μοι LB, αἶ αἶ με P.

[7] στοναχήσατε P. Tum οἴχεται P pro priore οἴχετ', St. pro posteriore.

[8] Sic St.; φλογόεις LB, βροτὸς P, tum οὐράνιος LBP, φῶς BP, item L, ut suspicor, etsi Piccolos φώς affert. Neutiquam ad φώς epitheton φλογόεις quadrat. Mutabatur lectio ab iis, qui distinctius etiam Christum significatum vellent. Quem versum huicce librarius Parisinus annectit:

29. ἀλλ' ὁ παθὼν θεός ἐστ', οὐ γὰρ θεότης πάθεν αὐτή,

eum ex alio oraculo, ad Christi calamitates pertinente, videtur ascivisse; de Apolline enim Christianus, qui vaticinationem a nobis tractatam confinxerat, ita loqui non potuit.

[9] τοῦ et λέγων om. B.

[10] δὲ et postea μέγαλε B.; κ' ἔσσεται L. Versum om. P. Repetitus est ex vetere oraculo ap. Paus. 10, 12, 5: τὰς Πελειάδας . . λέγουσιν ᾆσαι γυναικῶν πρώτας τάδε τὰ ἔπη·

οἵη μοι χρησμῶν[1] ὑπολείπεται ἠριγένεια.

5.

Ὅτε[2] τὸ Βυζάντιον ᾤκισεν ὁ Βύζας[3], ζηλοτυπήσας ὁ Αἷμος — Αἱμιμόντου δὲ τοῦ δρυμοῦ ἦν[4] ἄρχων, οὗ καὶ ὄρος[5] ἐπώνυμόν ἐστι — καὶ νομίσας, εἰ προκαταλάβοι ἀνθρώπους ἔτι νεοκαταστάτους, νικήσειν[6] τοὺς Βυζαντίους, πέμπει τῶν οἰκείων τινὰ[7] πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα, ἐρωτῶν[8] εἰ περιγενήσεται[9] τοῦ[10] Βύζαντος. ἔχρησεν οὖν ὁ Ἀπόλλων οὕτως·

ἔγρεο καὶ παλίνορσος ἐπείγεο[11] καὶ λέγε ταῦτα·

Ζεὺς ἦν, Ζεὺς ἔστι, Ζεὺς ἔσσεται. ὦ μεγάλε Ζεῦ.
γᾶ καρποὺς ἀνίει, διὸ κλῄζετε ματέρα γαῖαν.

Oraculum quartum Steuchus et qui eum secuti sunt locis supra commemoratis praebent.

[1] τριπόδων P. Nihil mihi restat nisi oraculorum aurora s. lux. Ἠώς pro luce ac die omnino Hom. Il. VII. 45. 458. Q. Smyrn. X 431. — Orph. Arg. 647 (651 Herm.): αὐτάρ οἱ μεσάτην ἠῶ φέρον ὠκέες ἵπποι Ἠελίου. Hesych. ἠώς, ἡμέρα, φῶς.

[2] Oraculum edidit St. 3, 17: inde vertit Mornaeus cap. 3 p. 33 ed. 1590. ὅτι τὸ ζυζάντιον ᾤκησεν cod. B.

[3] De Byzante heroe, Byzantii conditore, Diodorus 4, 49 init. Steph. Byz. s. Βυζάντιον. Hesych. Miles. origg. Const. lib. 6 § 5 et 9 (C. Muelleri fr. hist. Gr. IV p. 147 sq.). Ge. Codinus origg. CP. p. 5 Bekk. Eustath. ad Dion. Perieg. 803 p. 253, 9 Bernh. Etym. magn. s. Βυζάντιοι. Nummis urbis Βύζας inscriptus est.

[4] αἱμίμου τοῦ δρυμοῦ ἄρχων L, αἱμιμόντου δὲ ἦν ἄρχων B. Inde lectionem conflavi. S. Rufus brev. 9: „ita dicioni reip. sex Thraciarum provinciae sunt acquisitae: Thracia, Haemimontus . ." Commemoratus Haemimontus ab Ammian. Marc. 26, 10, 4. 27, 4, 6 et 12, Vopisc. Aurelian. 17, Trebell. Poll. Claud. 11, aliis. — Hoc loco Haemimontus saltus dicitur. — De Haemo homine Steph. Byz., Suid., Zonaras sub hoc nomine. Hesych. Miles. VI, 17 p. 149 Muell.: Byzantem ἐχρῆν λοιπὸν τοὺς ἐπιόντας ἀπωθεῖσθαι βαρβάρους, καὶ μάλιστα τὸν Αἷμον, ὃς τῆς Θρᾴκης τύραννος ἦν, καὶ πρὸς αὐτὴν ἧκεν τοῦ Βύζαντος πόλιν, αὐτόν τε τὸν ἥρωα προκαλούμενος εἰς μάχην, καὶ διαπορθεῖν ἅπαντα προθυμούμενος. ὁ δὲ οὐχ ὑπομείνας τὴν ἔφοδον τοῦ βαρβάρου, μόνος πρὸς μόνον διαγωνίζεται, καὶ καταβάλλει τὸν Αἷμον ἐπὶ τὸν ἐπώνυμον αὐτοῦ λόφον. Quae descripsit Codinus p. 7, respexit Tzetz. exeg. in Hom. Il. p. 750, 20 ed. Bachmann. Lps. a. 1835. Byzantem regnasse ἕως εἰς Αἷμον τὸ ὄρος Eustath. tradit ad Dion. Per. 803.

[5] τόρος pro καὶ ὄρος B.

[6] νικήσας B. [7] τινὰ om. B. [8] ἐρωτᾶν L.

[9] περὶ γενησίων L. [10] θεοῦ pro τοῦ B, om. L.

[11] παλίνορμος St. ἐπείγε B.

οὐ σέ γε Φοῖβος ἄνωγεν ἀμείνονι φωτὶ μάχεσθαι[1].
κείνου γὰρ θεὸς αὐτὸς ἑὴν ὑπερέσχεθε[2] χεῖρα,
ὃν καὶ γῆ[3] τρομέει καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
πόντος τ' ἠέλιός τ' ἠδ' ἠέριον χάος αὐτό[4].

καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἀπόλλων. τοῦτο δὲ τῆς προνοίας ἦν τοῦ θεοῦ, τὸ μέλλον ὡς παρὸν γινωσκούσης. ᾔδει γὰρ ὡς οἱ τὴν πόλιν ταύτην[5] οἰκήσοντες ἐπιμελῶς αὐτὸν θρησκεύσουσι[6]· διὸ καὶ οὐδὲν[7] αὐτοὺς κακὸν παθεῖν συνεχώρησεν.

6.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, τίς θεός, ἐξεῖπεν[8] οὕτως·
αὐτοφανής, ἀλόχευτος, ἀσώματος ἠδέ τ' ἄυλος.
κεῖθεν δ' ἐκ σέλα[9] εἶσι πέριξ σφαιρηδὸν Ὀλύμπου,
ἔνθεν δ' αὖ τυτθὴ διαείδεται αἰθέρος αὐγή,
ἠέλιον, μήνην[10] καὶ τείρεα φωτίζουσα.
ταῦτ' ἐδάην ἔμαθόν τε νόῳ, τὰ δὲ λοιπὰ σιωπῶ
Φοῖβος ἐών· σὺ δὲ παῦε τὰ[11] μὴ θέμις ἐξερεείνων,
χἄνεκα[12] σῆς φυσικῆς[13] σοφίης τάδ'[14] ὑπέρτερα νωμῶν[15].

7.

[16]Ποπλᾷ τινι[17] τοὔνομα ἐρωτήσαντι, εἰ συμφέρει περὶ χρημάτων εἰς φιλοτιμίαν[18] πέμψαι πρὸς βασιλέα, ἀπεκρίνατο οὕτως·

[1] Byzantis virtutem, sapientiam, pietatem multis exponit Hesychius Milesius. Eust. ad Dion. Perieg. v. 803: τὸν δὲ Βύζαντα δικαιότατόν φασιν ἀνθρώπων γενέσθαι. Exitus versus ex Hom. Il. 7. 111 ductus est.

[2] ὑπερέσχετο St. [3] καὶ inserit B.

[4] Hunc versum om. B; verba pedestria, quae sequuntur, om. St.

[5] ταύτην om. B. [6] Sic coni. Piccolos pro θρησκεύουσι.

[7] οὐδ' B. [8] εἶπεν B.

[9] σελ et περὶξ B.; σέλα plur. maiest., ut apud Bassum in anth. Pal. 9, 289 v. 4. — Steuchus, qui hos versus lib. 3, 16 affert, ἐξελάων δὲ περὶξ σφαιρηδὸν, ὄλυμπον. — Ἔξεισι tmesi, πέριξ Ὀλύμπου hyperbato disiuncta sunt.

[10] ἠέλιος, μήνη St. [11] οὓς pro τὰ St.

[12] χ' εἵνεκα LSt. [13] φυσικῆς om L.

[14] , τὰ δ' B. [15] νωμᾶν St.

[16] Hoc oraculum et quae sequuntur duo nemo praeter Piccolum edidit. Revera videntur in templo quondam esse data.

[17] Πόπλᾳ L, πόπλα B, τινὶ LB. Ποπλᾶς quidam Archelai familiaris apud Iosephum bell. Iud. 2, 2, 1. Alias hoc nomen non repperi.

[18] Liberalitatem. — L φιλοτιμίας.

καὶ τόδε σοι δρᾶσαι[1] πολὺ συμφέρον εὐμενίῃσι[2],
λισσομένῳ Ζηνὸς πανδερκέος[3] ἄφθιτον ὄμμα,
ἐκ δὲ πάτρης στεῖλαι γαίης βασιληΐδος ἄστυ[4]
ἐξεσίην, παρέχοντα[5] κλυτὴν πρεσβηΐδα πίστιν.

8.

Ἄλλοτε λυπουμένῳ τῷ Ποπλᾷ[6] ὡς καὶ τῶν πραγμάτων ἐναντιουμένων αὐτῷ καὶ τῆς οὐσίας μειουμένης καὶ τοῦ σώματος[7] οὐκ εὖ ἔχοντος, καὶ μαθεῖν ζητοῦντι, παρ' οὗ ἂν[8] δυνηθείη βοηθείας[9] τυχεῖν, ἔχρησεν οὕτως·

ἱλάσκου Ζηνὸς βιοδώτορος ἀγλαὸν[10] ὄμμα.

9.

Στρατονίκῳ[11] τινὶ ὄναρ[12] ἰδόντι περὶ τῶν τῆς ἰδίας ζωῆς ἐτῶν[13], καὶ πυθομένῳ, εἰ χρὴ πιστεῦσαι, οὕτως ἀνεῖλεν·

εἰσέτι[14] σοι δολιχὸς νέμεται χρόνος· ἀλλὰ σεβάζου
ζωοδότου Διὸς ὄμμα θυηπολίαις ἀγανῇσιν.

10.

Ὁ Σάραπις[15] τῷ περὶ σοφίας ἐρωτήσαντι οὕτως ἀπεκρίνατο·

ὅσσον ἐέλδονται χρυσοῦ πολυτιμέος[16] ἄνδρες,
τόσσον μαντοσύνης[17] ποθέεις τέλος. ἀλλὰ τόδ' ἴσθι·

[1] σε δράσαι B.

[2] Ab συμφέρον dativi personae et rei pendent: tibi prodest ad principis gratiam (parandam).

[3] πανδορκέος B.

[4] βασιλίδος B. Ἄστυ acc. loci: ad urbem, in qua imperator habitat.

[5] Pro παρέχοντι per anacoluthiam usitatissimam acc. cum inf. coniungitur. L σπέρχοντα.

[6] πέπλαι B, Πόπλᾳ L.

[7] τοῦ σώματος om. B.

[8] ἂν om. L. περὶ ὧν ἂν B. Particulam ἄν illa aetate, qua ne potentiali quidem optativo postulabatur, librarius addere vix potuit, nisi scriptam invenerat.

[9] βοήθειαν L.

[10] ἱερὸν pro ἀγλαὸν B.

[11] Nomen haud rarum.

[12] ὄνειρα B.

[13] περὶ τῆς ἰδίας ζωῆς B.

[14] Sic Piccolos còni. pro εἶς ἔτι.

[15] Haec forma et apud scriptores et in inscriptionibus frequentior est quam Serapis. In huius dei templo Alexandrino imperatorum aetate oracula etiam verbis concepta dabantur. Cf. comm. meae de noviss. oracc. aetate p. 14—16. Potuit igitur haec vaticinatio genuina esse, potuit etiam fingi a philosopho. Edidit Steuchus 3, 17.

[16] Πολυτιμής nova forma est pro πολυτίμητος, πολύτιμος.

[17] μανθοσύνης B.

θᾶττον τοῖς[1] θνητοῖσι χόρος χρυσοῖο παρέσται,
ἢ σοφίης τέλος εὐρὺ καταζητῶν[2] ἐσαθρήσεις,
τόσση ἀπείρητος τέταται[3] βασιλῆος ἐπ' οὐδῷ
ἀθανάτου· κεῖνος δὲ διδοῖ καὶ δῶρον[4] ὀπάζει.

11.

Ἐρωτηθείς, εἰ τῶν καθαρῶν αἰτούντων ἀκούει θεός, ἔχρησεν οὕτως[5]·
εἴ γέ τις ἱλάσσαιτο[6] θεὸν μέγαν ἠδὲ παράσχοι
σῶμ' ἀγαθόν[7], τοῦδ' ἔκλυε καί οἱ κάρτ' ἐπένευσεν[8].

12.

[9] Ὁ δὲ Πλάτων οὕτως εὔχεσθαι διδάσκει·
ὦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
ἄμμι δίδου, τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις.

13.

Πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα, εἰ ἁμαρτάνων τις λανθάνει τὸν θεόν, εἶπεν ὁ[10] Ἀπόλλων·
οὐδεὶς ἂν λήθοι τοῖος θεόν, οὐδὲ σοφοῖσι
κέρδεσιν, οὐδὲ λόγοισιν ὑπεκφύγοι ἄλκιμον ὄμμα.
πάντα θεοῦ πλήρη[11], πάντη θεὸς ἐστεφάνωται
πάντα ζωογονῶν, ὁπόσα πνείει τε καὶ ἕρπει.[12]

[1] τοι coni. A. Nauck. [2] κατὰ ζητῶν B.

[3] ἀπειρέσιος coni. A. Nauck. Tum σοφίη pro τέταται St.

[4] κῦδος pro καὶ δῶρον B.

[5] Hoc quoque oraculum utrum in templo editum an a philosopho fictum sit dubites. Publici iuris unus Piccolos fecit. [6] ἱλάσαιτο L.

[7] ἁγνόν coni. Duebner ap. Piccolum p. 334. — τοῦ δ' haud male B.

[8] Hic in LB oraculum sequitur, quod p. 144—147 edidi.

[9] Hoc oraculum praebent LB, omiserunt Steuchus et Piccolos. Plat. Alcib. poster. p. 143 a. Steph. p. 281 Bekk.: ἐκεῖνος ὁ ποιητής. . λέγει δέ πως ὡδί· Ζεῦ βασιλεῦ et q. s. Tum τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν. Orio anth. ed. Scheidewin. tit. 5, 17: Ἐκ τῶν Πυθαγορικῶν: Ζεῦ Κρονίδη.. εὐχομένοις.., reliqua ut LB, cum quibus codd. etiam anth. Pal. 10, 108 concinit, nisi quod pro indice ibi ἄδηλον, pro ὦ autem Ζεῦ legitur. Ut Orio Proculus ad Plat. remp. p. 402: sed is τά τε λυγρά. Similes preces Iuvenalis 10, 346 et epigr. Christianum 30 anth. Pal. tit. 1 praecipit. Cf. etiam Creuzer ad Plotinum 3 p. 236. [10] ὁ om. L. Edidit oraculum Steuchus 3, 16.

[11] πάντα θεοῦ πλήρη, πάντων πέρας ἐστὶ καὶ ἀρχή poeta ap. Didymum de trinit. 3, 2 p. 327. Πάντα θεοῦ πλήρη, πάντη δέ οἱ εἰσιν ἀκουαί Orph. ap. Lob. Agl. 913. [12] V. 64 om. B.

EPILOGUS.

Nolim crimini mihi verti, quod commentariorum moles ipsarum reliquiarum exiguitati parum respondeat. Non ignoro, unam hodie maxime rationem solere probari, ut libri veterum sine explicatione ulla, codicum modo discrepantia significata, omni farragine, ut aiunt, abiecta edantur. At reliquiae a me collectae neque intellegi recte neque cuiquam prodesse possunt, nisi interpretatione explanantur. Quid enim nudos versus iuvat describere, qui venustate neminem delectent? Quum porro et oracula et Porphyrius caerimonias quasdam praecipiant a communibus Graecorum institutis alienas, nonne periculum est, ne falsae opiniones in ea irrepant, quae de rebus Graecis aliunde habuerimus comperta, nisi inquiratur, num oraculis fidendum sit? Ab altera parte sacra ista poesis et Porphyrii enarratio multum conferunt ad perspiciendas de rebus divinis sententias, quae posterioribus Graecis fuerint. Haec autem omnia ut persequerer, ambagibus quibusdam opus erat, praesertim quum deessent fere, quorum opera niterer et auctoritate, ita ut ad ea, quae quasi construerem, etiam fundamenta plerumque mihi ipsi essent adiicienda. Adfuit labori meo Augustus Nauckius, familiaris optimus, cui maximas gratias ago, quod et doctrina sua me adiuvit et typothetarum errores mecum emendavit.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. VI lin. 18 pro posteriora lege haud recte adscripta
„ „ „ 19 tolle quia usque ad coarguitur
„ 9 „ 23 pro ut lege quod
„ 10 „ 5 post vacabat adde: Fortasse is est Apollonius, cuius vitam Pythagorae Porphyrius in usum suum vertit vit. Pyth. cap. 2.
„ 10 „ ult. pro ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος lege τοῦ ἡμετέρου διδασκάλου.
„ 16 „ 20 pro Pythogorae lege Pythagorae
„ 29 „ 3 pro p. lege cap.
„ 29 „ 10 „ p. „ cap.
„ 30 „ 5 „ recessu lege regressu
„ „ „ 29 „ 174 lege 175b.
„ 34 „ 10 „ 195 „ 198.
„ 37 „ ult. adde hanc notam ad lin 9: Sane quidem Plotinus divinationem ex sideribus repetitam improbat enn. III 1, 5 sq. IV 4, 30 sqq. et astrologorum superstitionem impugnat II 3. Magica arte vim aliquam in vitam terrestrem exerceri non negat, quamvis non omnia eius genera probet. IV 3, 13. 4, 26. 4, 43 sq. Porph. vit. Plot. cap. 10.
„ 39 et 40 et 42 in paginarum indice pro libris lege librorum
„ 51 not. ad lin. 22 adde: Num forte Thrasybulus ille Iamida est, de quo p. 200 dixi?
„ 58 pen. pro Aesculapio lege Aesculapii
„ 80 lin. 11 pro κάρπον lege καρπὸν
„ 83 „ 23 „ οὐδε lege οὐδέ
„ 97 „ 3 „ μοίρης lege μοίρῃ
„ 101 „ 31 tolle p. 204 d.
„ 102 „ 13 post supposuerunt adde: oraculum de templis fatidicis nescio cui p. 204 d.
„ 108 „ 21 pro collecta lege ex vetustiore corpore repetita
„ 114 „ 7 „ 18 lege 19
„ „ „ ult. adde: Hippocr. de morbo sacro tom. 1 p. 593 Kuehn.: καὶ τὰ μὲν τῶν καθαρμῶν γῇ κρύπτουσι, τὰ δὲ εἰς θάλατταν ἐμβάλλουσι.
„ 126 „ 37 adde: Iulianus imperator in epist. p. 302 Pet.: οἱ πλεῖστοι τῶν ὕμνων ὑπ' αὐτῶν τῶν θεῶν ἱκετευθέντων ἐδόθησαν.

Pag. 127 lin. 35 pro Aegyptis lege Aegyptiis
„ „ „ 36 adde vetustioribus ante certe
„ 137 „ 19 adde: Cf. imagines a Panofka in acad. Berol. cl. hist. phil. act. menstr. a. 1855 p. 467 sqq. allatas.
„ „ „ 30 post ea adde incisum, pro sequuntur lege sequantur.
„ 145 „ 30 post κατιούσαις adde ψυχαῖς
„ 146 „ 10 pro Planude lege librario codicis Laur.
„ „ „ 12 „ Huc Augustini fortasse pertinet lege: Porphyrius aliter h. l., aliter de animae regressu apud Augustinum.
„ 148 „ 37 post portans adde: Ita tamen etiam Hippocr. de morbo sacro tom. 1 p. 593 Kuehn.: ὁκόσα δὲ δείματα νυκτὸς παρίσταται.. Ἑκάτης φασὶ εἶναι ἐπιβουλὰς καὶ ἡρώων ἐπόδους.. Καθαίρουσι τοὺς ἐχομένους τῇ νούσῳ αἵμασι.. ἔχοντας ἀλάστορας.
„ „ „ 38 pro 14 lege 13
„ 166 „ 1 „ librum, sed ad lege libro, sed ex
„ „ not. 1 adde: Respexit haec Mich. Psellus quae Graeci de daemonibus sentiant p. 37 (ed. Boissonadius Norimb. a. 1838): τὴν δὲ γνῶσιν δαίμοσι καὶ τῶν μελλόντων τὴν πρόγνωσιν ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἐπιμαρτυροῦσι, μάλιστα δὲ ἐκ τῶν περὶ τοὺς ἀστέρας σχημάτων. ταῦτα δὲ Πορφύριοί φασι καὶ Ἰάμβλιχοι.
„ 176 lin. 23 post centra adde: Sextus Empir. adv. mathem. 5, 12.
„ „ „ 36 adde: Cf. Sext. Emp. 5, 18 sq.
„ 182 „ 37 pro supplevi lege suppleri possunt
„ 185 „ 3 „ ntrumne lege utrumne
„ „ „ 8 „ Χαλδαιων „ Χαλδαίων.
„ 193 „ 11 adde: At rectius pro ὄρτυγας Iablonskyus ὄρυγας scripsit. Cf. Eglium Mus. Rhen. a. 1855 p. 464.
„ 195 „ 3 textus pro adhiberentur lege adhibeantur
„ 197 „ ult. adde not. 3 ad lin. text. ult.: Scribe ἁ ἐ ἰ ὀ ὐ ὠ.
„ 198 „ 17 tolle Apollini usque ad significat.
„ 204 „ 6 pro ἐκ lege ἐν.
„ 217 „ 11 adde: Noverat etiam Hippocrates eam opinionem, quae nocturnas hominum aegrotorum perturbationes a daemonibus malis repeteret. Hecatae eas et heroibus et daemonibus, quos ἀλάστορας vocent, tribui ait de morbo sacro tom. 1 p. 593 Kuehn. Idem de insomniis tom. 2 p. 10: περὶ μὲν τῶν οὐρανίων σημείων.. χρὴ.. γῇ καὶ ἥρωσι ἀποτρόπαια γενέσθαι τὰ χαλεπὰ πάντα, p. 13: εὔχεσθαι δὲ γῇ καὶ Ἑρμῇ καὶ τοῖσιν ἥρωσιν.

INDEX SCRIPTORUM,

qui librorum de philosophia ex oraculis haurienda reliquias servarunt.

INDEX RERUM.